6
20-c
57

BIBLIOTECA NAZIONALE
6
42 A
38
VITTORIO EMANUELE

B 2/20

liotheca
oll. Rom.
. Jesu

# DELITIÆ
# C. POETARVM BELGICORVM, HVIVS SVPERIORISQVE ÆVI illustrium,

*TERTIA PARS.*

*Collectore*

RANVTIO GHERO.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

FRANCOFVRTI,

Typis Nicolai Hoffmanni, Sumptibus Iacobi Fischeri.

ANNO M. DC. XIV.

# ORNATISSIMO EXCELLENTISSIMOque Iuueni, Dn. Henrico Albertio Hafniæ-Dano, Poëtæ,

Ranutius Gherus S.P.D.

QVid opus prolixiore orationis syrmate? Etiam ad te venit corolla Poëtarum Belgicorum, Alberte elegantissime; nulla alia quidem de causa, quàm vt nominis tui virentis præscriptione, Germa-

niæ vniuerſæ minus diſpliceret; cuius tu audis Delicium. Mores certè ac ſtudia ita, oppidò facta ſunt ab humanitate ad humanitatem, à Muſis ad Gratias; vt te omnes animæ non vulgares, à minima ad maximam diligant, magnificent, amplectantur. Quorum in numero, & me cenſeri, vltronea hac profeſſione libens promo. Tuum viciſſim erit, admittere cultorem muſteum, eiuſque hæc miſcella defendere ac tueri contra eos quibus pluſculum eſt familiaritatis cum Inſcitiæ, aut Inuidiæ vernulis. Nam quod ij fortè heic

mihi

quidem de huius contumeliæ cauſis non obiter diſſeruerim in Dedicatorijs Poëtarum Germanorum, nihil heic repetam: tantùm Deum optimum maximum oro venerorque vt te, Alberti cordatiſſime, ſtudia hæc Poëtica iuſto æſtimantem fouentemque pretio, ad altiora omnia prouehere dignetur, patriæ tuæ Daniæ, imò & Germaniæ, bono publico, quo in omine finio.

# CATALOGVS
# IN POETARVM BELGICORVM TOmum Tertium.


A Deodati Mariouordæ Brugensis 400 p
Adolphi Mekerchij Brugensis 541 m
AEgidij Periandri Bruxellensis 800 p
Andreæ Papij Gandauensis 798 p
Antonij Meyeri Atrebatis 559 m
Bartholomæi Latomi Artumensis 57 f
Caroli Langij Gandauensis 34 m
Caroli Liebardi Langmarei Flandri 295 f
Casparis Lanthonij 55 f
Christiani Pierij Colonienſis 805 f
Cornelij Musij Delphensis 667 m
Cornelij Kiliani Duflæi 37 m
Cornelij Martini Antuerpij 476 f


Danie-

Danielis Lindani Gandensis 298f
Dominici Lampsonij Brugensis 44m
Erycij Puteani 855 m
Francisci Modij 597 m
Francisci Moncæij Fridevalliani Atrebatij 631 p
Friderici Iamotij Bethunienſis 1 p
Gerardi Listrij Rhenensis 368f
Hadriani Iunij Hornani 7p
Hadriani Marij Maclinienſis 402m
Heliæ Putschij Antuerpienſis 841p
Iacobi Latomi Louanienſis 58p
Iacobi Marchantij Neoportani 396 m
Iani Melleri Palmerij Colonienſis 545m
Iani Lernutij Ocelli 114 m
Ieremiæ Pierſſcnæi Antuerpiani 817 m
Ioannis Latomi Bergani 62f
Ioannis Meurſij Batavi 561p
Ioannis Murmelii Rūremundenſis 665f
Ioannis Rami Gonſani Zelandi 856 f
Iſaaci Memmij Vltraiectini 548p
Iuſti Lipſii 302 m
Lamberti Ludolphi Pithopæi Dauentrienſis 831m
Ludouici Nonij Antuerpiani 693 m

Ludouici

*Ludouici Mazurii Nerui* 479 *m*
*Nicolaui Oudardi Bruxellens.* 699 *p*
*Nicolai Mamerani Lucembugensis* 396 *m*
*Petri Pantini* 796 *p*
*Philippi Mori* 664 *f*
*Samuluelis Nærani Dordracens.* 680 *m*
*Simonis Ogerii Audenaropolitæ* 706 *p*

FEDE-

mihi vitio vortant, vix aliquem datum locum tanto in conſeſſu,

Barlæis,
Carpenterijs,
Fauolijs,
Gamerijs,
Gazæis,
Graphæis,
Grotijs,
Hecquetijs,
Hortenſijs,
Iunijs,
Latomis,
Marchantijs,
Meyeris,
Muſijs,
Nannijs,
Oudartis,
Panagijs,

Pantinis,
Pierijs,
Ramis,
Ratalleris,
Salijs,
Schottis,
Smetijs,
Susijs,
Tiaris,
Torrentijs,
Van der-Hagijs,
Viuianis,
Vulcanijs:

imputari debet ei qui sumptum præbuit ad horum collectaneorum editionem. Noluit enim opus excrescere in tomos plures, hoc vnum. Sed & cum viderem, supradictos Poëtas ad alias nihil-

nihilominus classes commodissimè adgregari posse, vbi scilicet nomen suum dignè sustinerent; minus difficulter ab eis abstinui manum. Cum enim versentur vel in sacris, vel profanis; & quidam nonnulla è Græcis verterint, plures verò historica pedestribus numeris adstrinxerint; alij quoque Tragœdiam Comœdiamve sollicitarint; nec desint, qui Satyrico felle, qui Bucolico melle, animi sui adfectus exprompserint; nemo non videt tales seorsim iure meritò aliquando publicandos. Imo nihil eiusmodi hactenus fa-

ctum, miror: mirarer magis nisi constaret mihi de frigore quo hodie laborat luuentus, ad literas videlicet humaniores, hactenus ita adfecta, quatenus magis amet Compendia, Rhapsodias, Epitomas, Excerpta, Breuiaria, Catalogos, Medullas, Flores, Electa, Aureorum libellos, Gemmas gemmarum, aliaque similia; quàm libros non truncatos, non deartuatos, non: sed non patitur rei indignitas vlterius dicam quæ volo. Quis enim non doleat ac suspiret, in tam alta pace sic iacere ac despici pacis alumnas? Verùm quando-

qui-

# FEDERICI IAMOTII BETHVNIENSIS.

*Carolo Hugino, Longastrÿ, &c. Dño.*

Los Equitum, flos alme virûm qui ſtemmate fulgent,
Carole, Pierij gloria rara gregis:
Quem iuuat herbarum varios cognoſcere cultus
Mille iuuat formas, mille notare modos!
Dum vacat, & ſtirpes glaciali compede vinctas
Ignaua horrenti bruma coercet humo;
Perlege quæ Luſi, Siculæ telluris alumnum
Dum ſequor, agreſti carmina clauſa pede.
Carmina miſſa tibi, qui carmina, quiq; poëtis
Diligis & celebri carmine digna facis.
Paruula ſunt fateor: ſed ineſt ſua gratia paruis.
Vnio ſic magnas paruulus æquat opes,

*Andreæ Hoio.*

Scire velis, Hoi, tacito quid agamus in agro?
Bella foris nobis; otia grata domi.
Bella foris gerimus cum ſæuis ardua morbis,
Et graue hœbea pellimus arte malum.
Pace domi fruimur, natis & ad oria Muſis,
Quæ reparant animum, feſſaque membra iuuant.
Sed mihi nec Moſchus, nec ſiluius adſidet, ore

Dulciloquo pigrum qui vetet esse diem.
Nec me Castalij rarissima gloria cœtus
Detinet obrisius, colloquijsque fouet.
Si tamen & nostram placituro carmine mentem;
Et docta interdum sedulitate leues:
Tu mihi amicitiæ tria pectora cognita, Moschus,
Siluius Obrisius scilicet vnus eris.

*In Adrianum Turnebum.*

Aurea quis nitidi depingat lumina Solis?
Carmina splendori quis canat apta tuo?
Perstringunt aciem radiantia lumina Phœbi:
Laudibus obstupuit mens hebetata tuis.
Mitius ingenium, placidique modestia vultus;
Insignis pietas, iudiciumque sagax:
Excultus doctrina animus, suadæque venustas,
Et nitor eloquij, Pieriusque canor.
Vis intenta manens studijs, expersque senectæ,
Ossa minutatim depopulante lue.
Hinc tibi grande decus, puroque micantius astro
Contigit, illustris mnemosynon Sophiæ:
Grande decus, rigido immitique perennius æuo
Victurum, extremas orbis ad vsque plagas.
Nec iam denati tumulo superaddere carmen,
Nobile nec ciuis proderit elogium.
Ignibus vt rapidus rutilans Hyperionis ardor
Illustiat terras terrigenumque genus:
Sic tua Scriptorum claro fulgore coruscans
Gloria per gentes, per loca quæque meat.

*In Iac. Tamelum, Episcopum designatum, tumulus.*

Tamele florebas nuper, sed flore caduco,
Cui Gessoriaci tradita cura gregis
Dignus Nestoreæ metam contingere vitæ,
Carpere vel Phrygij sæcula longa senis:

Cum

Cum quæsita foret requies tibi certa laborum,
Reddita cum studijs præmia digna tuis;
Occidis ante diem, neque in hæc te tempora seruas,
Infelix, vitæ prosperiora tuæ.
O nunquam sors æqua tibi! dum turbine vasto
Sæuit hiems perstas: dum fauet aura, ruis.

*In Franciscum Gryphium tumulus.*

Quod nuper Gryphos, & vatum ænigmata, Gryphi,
Excutieres dubijs ingeniosa locis:
Quodque velut Gryphes Scythicis è vallibus aurum
Erueres sacris aurea dicta libris;
Nominis omen erat tibi. Nunc mortalia linquens
Digna refers studijs præmia, digna fide.
Namque sub Auroram, molli ceu lumina somno
Deuinctus, placida morte repente cadis.
Tale Biton quondam pretium Cleobisque tulerunt,
Munere diuino, pro pietate sua.

*In Dagolthij obitum.*

Dum nuper visit fratrem Dagolthius ægrum,
Et nimis admisso membra fatigat equo,
Occidit; at fratrem conuersa morte redemit.
Sic Pollux vna est factus, & Hippolytus.

*De eodem.*

Lucifer hac vrna vel maior Sole quiescit:
Nam fratri lucem, dum cadit ipse tulit.

*In Ioach. Bellaium Poetam Clariss.*

Seu dicis Reges, Diuum genus, & fera Regum
Prælia, & hostili signa recepta manu.
Mœnia seu densa canis expugnata phalange
Seu leges pacis, fœderaque arcta refers.
Seu iuuenem caræ raptum describis amicæ

Aut tumulo inscribis marmora secta breui.
Seu cum festiuæ iuuat indulgere Camœnæ,
Ludis & inuersum nomen in omen abit;
Omnia, Bellai, belle facis: omnia bellè
Cum facias, vt tu nomen & omen habes.

*In Henr. Stephani Anacreontem,*

Tænarias adijt fauces, cœca ostia Ditis,
Orpheus Eurydices percitus igne suæ.
Et latebris reducem stetit irremeabilis Orci,
Persephonem blandæ dum mouet arte lyræ.
Tu quoq; (eigenam speluncis eximis atris,
Nec sinis obscuro decubuisse situ:
Custodemq; ferum aurata testudine mulces,
Rumpis & aurata ferrea vincla manu.
Si matrona breui-perituræ reddita luci,
Coniugis egregium nobilitauit opus;
Teïon æterna quando tu in luce reponis:
Tu decus æterna nobile laude manet.

*In Fabri Tetrasticha à Florente versa.*

Dedolat arte Faber, iustamq; secutus amussim,
Exæquat Gallis vtile Gallus opus.
Gallus & hoc Graijs opus Ausonijsq; recudis,
Contingens grato gentis vtræq; sale;
Scilicet vberior: patriæ nam profuit alter:
Gentibus externis tu quoq; grata feres.

*In raptum Orithyiæ Barthol. Tagantiũ.*

Eumolpin rapuit Boreas: Tagantius ambos
Raptorem & raptam rursus in astra rapit.
Dumq; rapit, rapitur diuino percitus æstro,
Et rapit attonitos ad sua plectra viros.
Qui (mirum) insanos Venti cum dicat amores,
Ventosum inres, heic tamen esse nihil.

Ad

*Ad Federicum Morellum Profæssorem.*

O qui Parisiam decoras virtutibus vrbem,
Quique foues annis doctius ingenium:
En tibi particula pręsli, non copia, lactis,
Quæ Berbunea nomen ab vrbe tenet.
Grata futura tamen: veteri nam lege Medentum
Caseus ille bonus quem dat auara manus.

*In Meuchenem Medicum.*

Fata olim strepitu Latia Chen propulit arce:
Et Meu-Chen læto fata sonore fugat.
Scilicet instrepere hic melior nam profuit alter
Ille semel: nostri densior vsus erit.

*In Mordacem quendam.*

Quemlibet opprobrijs Mordax mordere paratus,
Raptaq; mordaci mandere dente ferox,
Sic neq; procubuit moriens nec humũ ore momordit:
Sed stetit, alituum morsibus esca feris.

*Amor Faber.*

Nuper volante cursu
rras Amor peragrans,
mana mouit, artis
ræ sciens vt esset:
c tam nocentis artis
asit hunc cupido;
carte quàm nocente
rrale cor domandi.
nũm focum perennem
cordijs locauit;
achrimis misellum
ntium rigauit:
follibus, gementum
irijs abutens:

Veniſque, pro rubente
Carbone: pro fabrili
Incude, denſiore
Iecuſculo, volucres
Vbi parat ſagittas;
Et æra ſæua tingit
Amariore felle.
Quin & tacente lima
Humana corda radit:
Bonæ ſpeique plenus
Curas leuat recentes,
Et credula futuras
Opinione nectit.
Sed hoc magis dolendum,
Quod quidquid ille peccat
Tyro manu fabrili,
In hos redundat, artis
In queis facit periclum.

*Simon Ogerius, Anagr.* O Minos factis.

O Minos factis! ſedem tibi ceſſit & vrnam
Creſſius, vt caſſis lumine iura dares.
Infelix, quem tartarea caligine damnas:
Felix, Elyſio quem ſtatuis nemore.

*Guislenus Clytius, Anag.* Tu Clytius & Linus es.

Prælia ſi miſces, patruum ſibi vindicat Hector
Te Clytium Phrygio Laomedonte ſatum.
Sin citharam puiſas, & dulcia carmina condis,
Tu Linus arguta diceris eſſe chely.
Sic, rigidum quoniam moderaris Apolline Martem;
Tu Clytius nobis, tu Linus eſſe potes.

# HADRIANI IVNII HORNANI.

*In nuptias Philippi & Mariæ, Hispaniæ Angliæ, &c.*

Liacum excidium, Dircęaque funera, & Argo
Per freta quęrentem Phryxęi velleris aurum,
Cognataſque acies ciuilia ad arma ruentes,
Deſcribant alij, aut Seſtęis naufraga membra
ittoribus, Stygijque feros rectoris amores,
orporaque in varias rerum tranſumpta figuras:
ateries vatum hęc, ſed ſęcli lęta prioris.
noua fert animus, tedas cantare iugáleis,
toties votis exoptatos Hymenęos,
olidæ Auguſtam qui coniunxere Britannam,
ſtoſque applauſus, & lętos gentis honores.
mihi da vires in carmina magne *Philippe*,
Solymas arces, & victam pandere Idumen,
nſpirat cœlum: Libyę quem fama ſubactę,
que Aſię rerum non gloria parca ſequetur:
Cynoſura eſto currenti fida carinę,
noſtra orſa iuues, cœptiſque faueto ſerenus.
anguineam Mauors quatiebat turbidus haſtam,
rrendus galea, clypeique vmbone coruſci:
tifideque facis ſtridore armata Megęra,
ortium vibrans Bellona cruenta flagellum,
nuſque Furor, pugnę & Diſcordia mater,
abant armis miſerè furialibus orbem:
is ſe falce potens, noxę irreparabilis autor,
dijque parens Saturnus iunxerat acer,
luens populos feralis turbine belli.
us Iſmarium dum Medus Acinacis haurit

Sanguinem, & Æous Turcarum pascitur ales
Visceribus: dum Belga acer, Galliq; feroces
Concurrunt odijs fatalibus arma cientes:
Dnmque potens vexat turritam Hetruria Senam:
Et fortuna parum respondens nomine, terras
(Heu) Fortunatas spolijs malè multat opimis:
In tua dum sæuis furioso viscera bello,
Atque intestinis odijs gliscentibus Angle.
Iuppiter ast hominum casus miseratus iniquos,
Pertæsus toties Heroum martia corda
Indignantem animam crudeli ponere læto,
Absumi igne casas gelidæ solatia brumæ
Diripi opes, mœstas abducto pignore matres,
Et passim fluuios per rura natare cruoris:
Consilium indicit superum, seriemq; retexit
Causarum, & fati quæ sit sententia pandit.
Sicque orsus fatur solio sublimis ab alto.
Illicitos hominum furiata mente calores
Olim vlti fuimus, superi, stagnantibus vndis,
Pœnituitque iræ: sed enim caligine tanta
Obuoluit mentes extinctus numinis horror,
Audiat vt virtus scelerum assuetudo pudenda.
Exemplo sæuire nouo, consurgere in iras
Par fuerit iustas: Sed qui? flamma ne rapaci?
At non fata sinunt: funesti an vortice belli?
Sed ius fasque armis temerent. impune trucident:
Mutua damna legant: hæc iusta sit vltio. creuit,
Creuit in immensum intoleranda potentia Turcæ,
In præceps ruitura sua iam proxima mole:
Hanc agitet spargens fugiendo spicula Parthus.
Senaque turrigero concedat vertice Cosmo,
*Cosmo* ornamento diues tibi Thuscia raro.
Et coniuratis coniunctos fœdere Lunis
Iunonis flores vt Lilia, conterat ales
Grata Ioui rostro bifido, fera Parca minatur.

Iamque

amque furor rabidus per bina triennia sectas
Distrahit in varias semotos orbe Britannos.
Dum rerum arbitrium nunc huc, nunc ille proteruus
er scelus inuadit, ludibria dira securis
anguineæ exercens magnatum in mutua colla.
t nunc ambitio vecors, & tetra libido
egnandi. stimulis versat furialibus actam
udlæi mentem rerum qua scandere culmen
ossit, & imperium funesta cæde cruentus
sserat (& vix dum crudelibus occubat vmbris
*lvvardus*, puer indignus. quem pallida tabes
ncinet) & iam nunc facinus ferale volutat,
c *Mariam* sceptri decus immortale Britanni,
qua labentis spes vertitur vnica regni,
ctandam patrijs sceleratè destinat aris:
luereas cogit turmas, atque expedit arma
rfidus, & natam ad cædem deposcit herilem.
verò nostri cultrice in virgine durum est
l ruit exitio præceps: ita voluitur ordo:
torique suæ nectentur colla catenæ.
m *Maria* aduersum molimina sæua tyranni
repidum opponet pectus, seseque periclis
rabit victrix, & vindex mascula nobis
ura dabit, votis onerans lustralibus aras.
æ postquã acciderit, certũ est (Styga iuro profundã)
ncta catenato rerum sic agmine volui,
ada opera est nobis, vt ne stirps regia damno
gineo intereat: vos huc aduertite mentem
lestes, nec consilium damnate salubre:
tua quo tandem cesset laniena, Fidesque,
ax alma suas vires rediuiua recepter,
epetat sedes fugitiua Astræa relictas.
tenus innuptæ castra intemerata secuta est
adis obnixè virgo: verùm hora requirit,
eneris fraudem præstet, zonamque Hymenæo

Soluat: coniugio non dignior orbe maritus
Quæratur quam *Carolidæ* spes Cæsaris vna.
Hanc Venus Vranie curæ mea filia sumet:
Illa dabit ceston, nexuque ligabit amanteis,
Et populos stabili coniunget fœdere binos.
Communemque operam ponet Cyllenius ales,
Connubij qui spem retegat fatumque *Philippo*.
Dixerat, vt subito concussus pondere olympus
Intremuit, concorsque stetit sententia diuûm.
Communi audito assensu, mox iussa facesse
Nata meæ vires, inquit diuûm atque hominum rex,
Ad *Mariam* fato cui sceptra Britanna parantur,
Remigio, haud ita post multum, delabere pennæ.
Insinua, quæ cœlicolum, quæ nostra voluntas:
Fac bibat insolitos (erit hæc tua cura) medullis
Ignes, ter magni tenerescat amore *Philippi*.
Adijce spem prolis, paruique hæredis in vlnas
Adsultaturi matris. Nec tu quoque longùm
Differ iter Maia genite, & mollissima carpens
Tempora colloquij cum nato Cæsaris, illum
A vidui thalami reuocato cupidine, fati
Et seriem reseras: hic facto fine quieuit.
Nec mora, continuò patris mandata capessit
Maiugena, & pedibus pernicibus aëra sulcat:
Nam petasus caput, armabant talaria plantas,
Dextram virga leuis, bijugi quam molliter angues
Cauda innodabant, vibrantes sibila linguis.
Iamque Caledonij sub se freta concita ponti
Miratur, refluosque sinus, & Cantia rura.
Cernit oloriferum Thamesin sua Doridi amaræ
Flumina miscentem, & tectis opibusque refertis
Londinum & (si fas) numeroso ciue superbum,
Larga vbi fœcundo rerum vndat copia cornu,
Collustrat: teque ò nimium Vintonia tanti
Connubij auspicijs felix, Vectamque iacentem.

Inde

Inde superuectus spumosi marmoris iras,
Despicit hinc terras Britonum, hinc syluestris Iërnes
Littora: tandem oris volucer consedit Iberis.
Hinc alios ducens vultus, Hæcmundius Heros
Ore habituque fuit toto, filoque decente
Corporis egregij: mox atria longa subintrat
Carolidæ: is tum fortè sibi conquestus amores
Succisos viridis primæuo in flore iuuentæ,
Ducebat mœstus suspiria pectore ab imo,
Quem sic aggreditur placido Cyllenius ore.
Arbiter Hesperiæ rerum, ter maxime Princeps,
nxia quid te cura coquit? quid vulnere crudo
onficis infelix animum? viduos ne perenni
ugebis mœrore thoros? hanc exue mentem,
vanum cineri atque vmbris permitte dolorem:
eque ipsum rebus serua melioribus. Ecce
ta viam pandunt vltro: Iacet insula diues
Squore in occiduo, vatum non indiga laudis,
glia non pridem, vocitata Britannia priscis.
us imperio virgo successit auito,
æ vel Eleusinæ Cereris mysteria casta
ntrectare manu queat, & te digna marito:
nisonæ virgo cultrix studiosa Mineruæ,
yta progenies regum, parituraque Reges.
tibi seruatur fatis fidissima coniunx,
ubitata loquor: voti hanc sectabere certus
tam multis prędam, pacisque serenę
ere bina simul cœlesti regna beabis.
summa est: his tu contraire caueto: paterque
olura vetat. Tenues sic fatus in auras
scit, ceu longa solent glomeramina fumi.
na mox partes versare *Philippus* in omneis,
r, ait, mentem num vana insomnia ludunt?
isquam nostris impune illusit ocellis?
e hausi coram? non ille? at cessit imago:

Quisquis

Quisquis es ætherei cœli, lucentis & axis
Incola, te sequor, obsequium tua iussa merentur.
Talia dicentem latitans cornu occupat aureo
Ortus Amor cœlo: namque hic dum limina matris
Alta per ætherei repetit confinia tractus,
Olbuius alipedi, & causas properantis odorans,
Eminus assequitur, relegit vestigia Diui
Præuia, clamq; illo subiens eadem atria furtim,
Post villosa stetit pendentia stragula tectus.
Ex illo igniculis mens inflammata *Philippi*,
In niueos vultus, & lactea colla, manusque
Vertitur, & faustum tratinat primore labello
Nomen, vel chartis victuris illinit: & iam
Sæpe pudor tingit secreti proditor ora:
Sæpe etiam nuptam præsentem insomnia sistunt.
Quin iam dona parat sponsæ rarissima, vestes
Attalicas auro, baccata monilia, & indo
Aut exportatas Erythræo ab littore gemmas.
Et magna inuidia, ac fulgore Adamanta corusco
Vincentem lunare iubar, Titaniaque astra.
Ardentesque ostro Tyrio, pictosque Tapetas,
Tunetis testes victi, & Carthaginis altæ,
Inclyta Cæsarei (certum est) monumenta triumphi.
Sæpe dies queritur lentos iam tardius ire,
Festinusque auidos complexus coniugis optat.
Sed rerum momenta vetant: componere regnum
Dum studet, exemploque bono complere labores
Se dignos, sancto & defungi munere Regis.
Interea exquiri mandat Venus aurea Amorem
Absentem, non quem peperit lasciuia Dione,
Non illum, quem vana oculis radiantibus orbat
Græcia sed nitido pollentem lumine natum:
Aurea cui tergo pharetra, & non liuida plumbo
Spicula, sed fuluo pendent fabricata metallo:
Quo sine turpe nefas, & tristi morte piandum,

Carpe-

Carpere iter ducit. tam nil cum Cypride quidquam
Desultoria habet commune hæc Cœlica. tandem
Conspicitur reuolans à gurgite pinguis Iberi,
Quem complexa sinu mater quid frons sibi læta,
Quid vult effusa ait, vel quo diuersus abisti
Ex oculis volucer cui libans oscula natus,
Gloria magna refert, parta est: insigne trophæum
Hispanis posui terris, nostrumq; Philippus
Hesperiæ princeps oræ ter maximus arcum
Fecit, virgineoque calet nunc igne Britannæ
Reginæ cuius proles Cyllenia suasit
Coniugium, properato parens atq annue votis,
Et socios coniunge toros. Vultuque reniden-
Hoc ago, mater ait. nec tu dilabere quoquam.
Continuo non tarda, ala se præpete librat
Ipsa polo, niueo quam Lactea semita tractu
Candet. Londiniique petit regalia tecta,
Accedit q; hortis, Thamesis quos gurgite lambit,
Qui Corcyræi vincant pomaria regis.
Nato comitata intrat secreta cubile
Regifico fartum luxu, quod fulua metalli
Lactea Dalmatici exornat pulchriq; tapetes:
Regia vbi grates reddebat virgo Tonanti,
Qui fastu Arsacio tumidum fregisse tyrannum
Cognatus, solio fraudatam imm sit auito.
Atque exorsa dedit tales de pectore voces.
Salue ô cœlituum virgo certissima cura,
Cura pudicitiæ & constantis gloria mentis.
Quoniam hic vsque pudor pauidus, vacuique cubilis
Integritas perstat: nunquam ne iugalia cordi
Facula erunt: sociumque odio damnabis acerbo,
Tu nimium tibi iniqua, thorum: labi ne potentes
Ante fortunas regni patiere, genuſq;
Impitus Henricum cadere? ah procul ista facessat
Fama tam sæua & damnosa Calumnia: quin tu

Redde

Reddere ſpem gentis, damnum ſarcire iuuentæ
Labentis ſatagas: grauior mox ingruet ætas.
Non ideo tibi tale decus, formamque venuſtam
Contribui, aut Pallas doctrinæ munera raræ,
Non Muſæ eloquium, vt marceres cœlibe vita:
Fata parant aliud, numenq; his auribus hauſi
Ipſa Iouis, nec tu fatis immota reſiſtes.
Heſperio late dominatur in orbe *Philippus*
Carolides, tibi cognato de ſtemmate Regum
Iunctus, gentis honos, ſpes & votum vnicũ Olympi:
Imperium cuius iam ſuſpicit accola Iberi
Diuitis, & placidi Bethis, Rhenique bicornis,
Prænitidique vndis Ticini, Scaldiſque recurui:
Ipſa ſinu puerum foui, puerumq; papillis
Gratia lactauit, docuere Heliconis alumnæ:
Quod Titus, orbis amor: quod Pyrrhus, fulmen in ar- (mis:
Ingenium velox, ſollers prudentia, priſca
Nobilitas, comiſque decor, ſumma omnia in vno.
Suaue micant oculi frons alta, & pondera rerum
Ferre potens, vmbratque genas lanugo tenella.
Hunc tibi conſignat cœlum, hunc conſigno maritum
Alma Venus: labem hic generis præſtabit, & ante
Lucida quam decies repararit cornua Phœbe,
Maternas feriet teneris vagitibus aures
Paruulus *Henricus*, matris qui ludet in vlnis,
Et molles riſus iactabit, & oſcula blanda.
O felix virgo, quum mutuo amore calebis,
Vnum obſeruabis, merito poſſeſſa marito.
Ipſa ego (dicam etenim) repeto cœleſtia templa,
Natales nobis ſedes: natumq; relinquam
Hîc vice depoſiti tranquillæ pacis amicum:
Ille noui ignaros ignis, primique caloris
Hîc rudes docet ac venis flammam imprimit altis.
Quumque dies veniet, quo pronuba pinus odores
Incendet (memori hoc dictabit Parca tabellæ)

Ipſa

*Ipsa* adero, Musæ gnato comitata Hymenæo
Dixit, & in ventos abiens se condit Olympo.
Ipse amor interea vires acquirit vtrinque
Crescendo, ceu flos paulatim adolescit in hortis,
Quem cultura fouet, sol roborat, educat imber.
Secula Abydeni iuuenis mirentur amores
Antiqua, & celeres superantia brachia remos,
Sestiacæque canant flagrantes virginis ignes:
Mutuus at calor hic veteres transcendit amores.
Cogitur inteream ingenti molimine classis,
Per mare veliuolum fausto vectura *Philippum*,
Alite, oliuifera quam Bethis fronde reuinctus,
Quam Tarthessiacis armarat Duria in vndis.
Hic Batauûm classis, contemptrix illa minarum
Oceani, exæquans immania templa profunda
Sole, sinus pandit velorum: hîc anchora dente
Terrea mordaci Zelandica robora firmat.
Hic Tartareis puppis tonat Anglica bombis,
Atherias imitata Iouis quum perfurit iras.
Modo delassat lentis Neptunia remis
Aua, modo effusis velis effertur in altum.
Nimbus ah quoties Zephyris Africoque ferenti
Vare inualidis optauit nauita votis
Ebasa, in ingrata iussus statione morari.
Tempus erat, quum iam Nemeæi terga Leonis
Ardus accendit Titan: quum Sirius astro
Erit segetes rabido: Callecia quando
Ita, & frustra obluctans dimittere natum:
Itur, Irenes placidæ, mirisque Galenes
Arias, curam ter magni Cæsaris vnam.
Iustam merito & Thracum de more notandam
Am, Romulidæ hac vitulam placasse leguntur
Iæ dulcis (nec enim vacat omine) Diuam.
Piis ornans altaria fumida donis
Am intrat liquido auspicio, stipatque carinis

Ingens.

Ingens argentum & magna famulante caterua,
Principibusque viris vehitur comitatus in altum.
Aspirat blandi genitabilis aura fauoni.
Namque pater cœco fremebundos carcere ventos
Clauserat Hippotades: iratum straurat æquor
Fuscina Neptuni trifida: hic Patrice reuectus
Hispidus ante rates Triton exciuit acuto
Aquoreæ sonitu conchæ Nereidas omneis.
Atque Anthedonius viuaci gramine Glaucus,
Littoreaque alga redimitus tempora Nereus,
Fluctibus extollunt cupita, Inousq; Palæmon:
Extabat toto Neptunia pectore coniunx,
Et pariter viridis Glauco, Panopæaq; blanda,
Et fidum numen curuis Euplœa carinis.
Cymothoeq; leuis Galatheaq; lactea, & alba
Leucothoe Aonij soboles Athamantis. & vda
Cymodoce, horciq; chorus numerosus in alto
Æquore ludentes ratibus gratantur amicis:
Ac placido vectas pelago statione capaci
Tranquilli exponunt portus: quam Vecta minaces
Oceani insultus reflui nemorosa refringit:
Qua Thetis Antonæ sinuato gurgite mordet
Turritæ muros, & propugnacula sæua.
Aspera perpessi nautæ iam pectora curis
Soluite: iam plenis spumantia dona Lyæi
Læti haurite cadis: stratis Cerealia mensis
Ponite liba hilares & adorea ponite ciues.
Publicus ætherij lambat confinia cœli
Omnigenos Ignis spirans per compita odores.
Thura sacris adolenda focis: pia numina Diuos
Exoret Flamen, celebrem Pœana canendo.
Neue dapes mensis saturæ genialibus absint,
Tantæ lætitiæ testes. Baccheia læti,
Infundant famuli non parcis munera dextris.
Sacchareisq; pilis late omnis semita inunder:

Suti-

ibusq; caput virgo redimita corollis
llat tremuli numeris socia agmina cantus.
cias citharas agite, & Phœnicia nabla
re, Pieriasque lyras, & cymbala rauca,
ndantq; breuem Berecynthia tympana noctem,
orique aures satiet caua fistula buxo
uc Caledonios portus atque hospita sospes
a magnanimus subiit cum classe Philippus.
r haud venit victricia signa reportans
s nigris superatis Liber ab indis.
te recensebant memores tunc annua Fasti,
egina die iamdudum saucia curis,
Deo tamen, euentus & certa futuri
Deo innixam mentem fiducia cœli
er ignaram immergi) cecidisse Tyrannum
auente tuba Regina edicitur hæres
Reginamque omnes clamore sequuntur,
o illi fasces omnis submiserat ordo.
mensis Phrigij de nomine dictus Iuli,
li solis duodenos viderat ortus:
quum croceis Aurora inuecta quadrigis
eos vidit proceres multo agmine vtrinque
ipantes Regum, promptisque paratos
iis: cuncti gemmis, auroq; trilici,
s lucent sagulis, ars dædala certat
e Naturam quicquid prata herbida Veris
e purpurei pingunt, hortiq; virentes,
eas: quicquid lapidum maris accola rubri,
r aut Indus diuerso in littore legit.
s Arabum hic lustres, auriq; feracis
& extremi quæ mittunt munera Seres:
bis Afrum chlamydes saturauerat ostrum:
ue prope medium Titan vrgebat Olympi,
o sacro ritu commissa piacula lustrans
votiua Deo libamina ponit,

Insula cui nitidis mordebat tempora gemmis:
Antistes, dignum cui vox dat Græca coronæ
Nomen. & auspiciis felicibus vtile regni:
Et sacrosancta obiens antiqui symbola ritus,
Connubii nodo stabilis confarreat, orbis
*Caroliden* decus Hesperij, *Mariamque* Britanni.
Quis fando enumeret primorum gaudia patrum?
Omnigeni & cœtus hominum vulgique profani
Applausus lætos: non mihi ahenea lingua,
Non si centenis resonent mihi vocibus ora,
Et rigeat ferro pectus, canere omnia possim.
Inteream allapsæ medium per mane quaternæ
Astiterunt nymphæ sacrata altaria circum.
Quas diuersicolor, certo discrimine picta
Instita vestierat, præstanti corpore cunctæ.
Quæ verbis fuerint quibus vsæ, & fausta precatæ,
Vati Musa refer: fas vestro hæc pandere mystæ.
Ante omnes, cuius vestem tria lilia fulua
Cœruleam, ternique interstinxere leones
Exauro, tali est sermone affata morantes.
Exoptatus ades longinquis aduena ab oris
(Fatidica hoc cecinit quercus, cecinere Sibyllæ)
In quo naturæ certant miracula. Princeps,
Nunc noster gener, & regni spes maxima nostri.
Illa ego cœruleo quondam notissima crine,
Atque cutis vario maculosæ stigmate plena,
Nunc cultu haud impar ciuili aut moribus vlli:
Cui dederant olim (fama est) memorabile nomen
Aëriæ nimia spectatæ albedine rupes:
Illa ego terrarum, refluus quas Doride salsa
Circuit Oceanus, princeps reginaque longe
Insula, quæ nulli cœli bonitate solique
Cessero. lanigeri pecoris ditissima, fœto
Vbere dites agri, studiisque asperrima belli.
Hactenus incessi macie prælurida tristi,

Vitale

Vitalemque bibit Dudlæi insania succum,
Exugens penitus venas, regnique medullas.
Hactenus ingemui. & corrupi lumina fletu,
Dum queror infelix orbam me stirpe virili.
Pristinus, at (nil dissimulo) vigor ossa subiuit,
Postquam te aspicio proles Lancastria, nostra
Progenies, vectum longinqua per æquora, natam
Exoptasse meam, ac fac coniunxisse iugali.
n qua omnis viduæ spes inclinata recumbit.
Tunc homini summam stellas affundere sortem
agina promittit Babylonia, quando supremo
ardine cœliuagi voluuntur clarius ignes,
tque acie haud dubia feriunt, & lumine recto:
unc me felicem dicam quum pondera rerum
rbiter imperij summa in statione tenebis.
acte animo iuuenis, macte ô virtute *Philippe*.
e tutare opibus sociis animisq; labantem.
stirpe; & natam fœcunda prole beatam
te auge, decies quam Cynthia compleat orbem.
ite concordes cornicis sæcula longa:
c opto, hæc superi non irrita vota sequantur.
roxima quæ pœnum contrectat pollice malum,
ula turrigeræ Cybeles, & multicolore
uitur palla placidum sic ora resoluit.
adsum ob raras vocitata Hispania dotes:
eriæ extremæ cognomine nota poëtis.
uleis olim regio cantata tropbæis:
minus Hesperidon hortis celebrata sororum.
a occiduo soli, læta vbere glebæ,
s agri diues pecoris, fuluiq; metalli,
idi venis ferri plumbique liquentis.
rum genitrix. meritum quibus Aurea nomen,
lis & vinis. queis non Mareotica certent
a, non Chij latices. collesq; Falerni.
n Tagus aurifluis scindit fœcundus arenis,

orte illati compressis faucibus atris
so pariter vitam cum sanguine ponant.
go cum regni sceptro, Mauortia bello
ora, & horriferas hominum, nil fingo, figuras,
cursu alipedes norint præuertere ceruos,
co, piscososque lacus, volucrumque paludes
igenûm lustris fœtas, stannique fodinas
ri argenti venas, quas terra refossis
ribus manes imos visura recludit:
cta ego commuro fidei dextræque resigno.
*Philippe* opto chara cum coniuge longum
re, Pylij vltra Nestoris annos,
li & decimum partu præuertere mensem.
st omnes longo trahitur cui syrmate palla,
igenûm vario distincta colore Leonum,
pha vigens firma laterum compage, modeste
te curuato, verbis sic talibus infit.
ud quaquam postrema adsum prouincia, regno
mpar, (titulum regni fortuna negauit)
a Romulei verbis vocitata Senatus
a: quam bifido Rhenus disterminat amne,
nque secas curuo Scaldis sinuose meatu:
ris toro claris mercatibus orbe.
uum nomen, iussu genitoris adoro,
bi do, dedo, generose *Philippe*, tuæque
ugis vnanimi arbitrio: communibus armis
ineant si quam Scoti Pictique dolosi,
nalegrata, tamen concedens Francia regni
Anglis, sæuas armorum concitet iras,
ulsare potens & classe & milite, quicquid
le est, adero, & præsente ope mutua tradam.
ia fatidici est aliquid summo ab Ioue nobis,
lopen casta & constans Alcestin amore,
n cas Nioben partu Regina beata,
e auiam facti clara immortalibus æques



BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EM.

Fortuna Auguſtum, Marcum pietate *Philippe*;
Traianumque tuum ſuperes virtutibus, opto:
Ac patriam obſcures famam victricibus armis.
Veſtraque ceu nodo coniungat mutuus ardor
Pectora Lemniaco: veluti Magneſſia cautes
Illigat, & vinclo chalybem retinere tenaci
Aſſolet: aut adamas ferrum inſuperabilis ab ſe
Dimittit nuſquam: ſic nodo perpete amoris
Illicium liget ac confirmet pectora amantum.
Et tibi quod voto Regina optatius omni eſt,
Antea quam decies fraternis ignibus orbem
Delia complerit, gremio vagire puellus
Materno incipiat, patrem & placido ore referrē.
Finierant omnes, quando en clangorque tubarum
Et litui incurui ſonitus laquearia templi
Perſtrepit, ingeminatque Echo vocalis imago,
Reſponſant valles felicia nomina Regum,
O ſi Mœonidæ diuinos fata labores
Exæquare darent, Andinaue carmina nobis,
Quo digne hiſtoriam poſſem pertexere rerum:
Iuſtitiæ ancipitem vrgladium Penbrokius heros
Darbæuſque Comes, regali ſtemmate creti
Ambo, Marte ambo, & clari caſtrenſibus armis,
Prætulerint pompa ſolenni Regibus: vtque
Vindice perfidiæ vel ſola mente receptæ
*Carolide* torque, ac pericneme, inſignibus aureis
Quæ poſuit fidei ſpectatæ ſymbola nota
*Edvvardus*, de quo ſtirpem deducis auitam,
Indueris: vel quas epulas, quæ fercula luxus
Conturbator opum & ganeata palata coquorum,
Regifico aptarint faſtu. Sed lege tenemur
Noſtra, atque hæc melius, quibus hæc tam cura diſerta
Incumbit, dicent: vos cætera pandite Muſæ.
Poſtquam exempta fames dapibus, menſæq; repoſtæ
Torqueretque breues Veueri ſacer Heſperus ignes:

Accen-

cendunt noctem finalia lucida opacam.
rpſichore en nymphas & virginea agmina iunctim
mbinat, choreaſque cient tellure recuſſa:
erniſque pedes rendunt, repedantque, nouoque
emate congeminant, obliquaq; Zeugmata iungunt.
fuit hic aures demulcens murmure Terpſis,
apiens animos Thymele, viridiſque Thalia:
que Erato recte ſaltandi prima magiſtra.
mius & fidibus canere & modulamine vocis
ſtere cuncta potens, amborum ſtemmata Regum
git, ab *Edvvardo*, qui nomine tertius audit,
ipiens geminos ortus corriuat in vnum.
i pater Oceanus fons eſt, pariterque fluentorum
eus, à quo ortum ducunt, quo cuncta recurrunt.
enſerat Vranie perlecta pinace (namque hanc
ca Iouis ſolio affigit, quid quæque ferat lux,
cantem ſcripto) Mariæque cubile ſubintrat.
nque illa facilis locus, atque Thalaſſio, Muſæ
idos natus, Graii dixere Hymenæum:
m Venus alma ducem thalami præfecit amœnis
piciis: tædam pinguem tetigiſſe virorum
ſine fas nulli eſt: Syrio fragrabat amomo
a domus quacunque intrant, ſpicæque Ciliſſæ
oroſiis nimbis. Phœniiique aſpergine Cyphi.
uit in comitum numero & Concordia comis,
reſſum geſtans Cornicis ſymbolon auro.
nuba quinetiam Iuno, & quæ Cinxia fertur,
geminæque Deæ Charites, Iunonia & Hebe
ætas viridem vocitauit priſca iuuentam)
ſuerant: prompte expediunt ſua munia cunctæ.
ndo ecce ingreditur thalamum Regina iugalem
lis quæ ſequitur pelago Titana cadentem
la Dionææ Veneris, nitidiſſimus ignis.
qualis violas inter caltaſque rubentes.
pureus foliis Amarantus mollibus extat.

Occursu prima Vranie gratatur amico,
Dictorumque fidem nuptæ refricare tenacem
Institit: illa Deam agnouit roseoque rubore
Accendente genas memorem testatur honorem:
Depositique monet vultu pudibunda venusto:
Nec mora, dispoliat zonam cinctumque resoluit
(Virgineus quamuis pudor ingenuusque resistat)
Cinxia: & Herculei inspirat vim roboris Hebe.
Gratia pactilibus redimiuit tempora sertis:
At Fescenninos alacer locus, atque Hymenæus
Excluſere sales, lasciuaque carmina lege
Amsancta, quicquid mordax fœdumque vetantes,
Ipsa torum verbis conceptis consecrat alma
Vranie: & faciles in vota cupita vocauit
Cœlestes omneis facilesque precata labores
Lucinæ exoptat nouies quum exegerit errans
Curriculum Phœbe: votum Concordia firmat.
Inspirant leni lustralia verba Camœnæ
Concentu faustumque iugum felixque precantur.
Peruigil interea noctesque diesque fatigat
Artifices operas Labor, indefessaque cura,
Dum studio certat magno, ingentique paratu
Excipere augustam frontem populosa *Philippe*
Londini vrbs, festosque tibi decernere honores.
Feruet opus veluti furuo si quando sub antro
Æra oui Æthnei fratres Liparæa retractant.
Regali passim consurgunt Pegmata fastu
Ædificata, altum ferientia vertice cœlum.
Arduus hìc quadrupes efflare è naribus auras
Creditus, assultans phaleris præsignis & auro,
Bellerophontæi pennas sibi deesse volucres
Indignatur equi, eniti nec posse sub astra
Dædalea arte dolet picto sessore *Philippo*
Dum gaudet crispansque iubas temere alta ferocit.
Hic tibi pacíferas nectit Victoria lauros:

Romu-

uleique duces, Troianus origine Cæsar.
iades Magnusque tibi assertorque Camillus
cedunt, conduntque enses tibi iure *Philippi*.
quatterni ostendunt sua fata Philippi,
item Macedo, baptismi semina primi
us Arabs & nota Boni potioraque gazis
ina Burgundus referens, Audacis & alter.
rahit illicibus numeris moduliſque ferarum
na Threicius quercetaque montibus Orpheus.
alia ramis diffusa patentibus arbos
o ab Edvvardo radices egerat altas,
geminam stirpem *Mariæ* magnique *Philippi*
u illustrem & claris natalibus edit.
rono Icarios imitatur pondere lapsus
tum librans per restim corpus berus.
i parte alia reserans se machina nympham
tit. Regum aptantem cervice coronas.
icitum omittam vultu te *Edmunde* verendo
es, vitta crines gemmante reuinctum,
ntem Reges Panchæi thuris honore,
receptantem sacri intra limina templi,
us orantem dictis placidumque ruentem.
redere ô Princeps toties optate, malorum
lsor, merito Alcidæ cognomine nobis
de & nostris adytis succede, sacrisque
itor: tu macte animo, rediuiua ope vestra
scat pietas: sic ætheria itur ad astra,
eueheſ pacto Saturnia secula nobis,
da sic fagus producere mella natare
omnes, Ceres incultis exurgere campis,
ficique vuas grauidas producere sentes
ient, rictumque lupi non agna timebit.
bona spes & cura vigil simul vret amantes,
gnæ accipiet Thamesin gremio Amphitrite,
stra inuictum delubra *Philippe* loquentur.

Carolidæ nomen discent hæc reddere saxa.
Cypriaci interea iam machina multa metalli
(Tartarea hanc primus conflauerat arte Pyracmon)
Puluere sulphureo buccas obfarta patenteis,
Fulmineum ruit ore globum, qui ferreus aluo
Sederat interiore latens. tonituque minaci
(Horrendum) ætherios ignes mentitur, olympus
Quo sonitu immugit, penitusque exterrita tellus.
Tristis Hyas non tam spisso rerram obruit imbre,
Nec tam confertis Pleias furit aspera nimbis.
Machina quam crebris dirum tonat ænea bombis.
Et iam quadrupedans agmen procedit equorum.
Insigues titulis proceres, sanctusque Senatus,
Et clari Heroës, generis quos fama vetusti,
Aut vitæ laudatus honos euexit in altum,
Atque apices fidei, puræ quos relligionis
Cura manet, longam seriem pompamque trahebant.
Post quos regali fastu ornatuque superbo
Pergunt, cornipede inuectus Rex aureus acri,
Et iunctim socio lateri Regina subhærens.
Iactabat solito Titan rutilantior ignes,
Et leni Zephyrus nigrantia nubila flabro
Dispulerat: rabidi cessarant murmura ponti:
Et Thamesis viridi præcinctus tempora iunco
Iam refugos Nerei linquens nitidissimus æstus
Exerit os alueo, & Reges miratur euntes.
Obsidet artificum numerosus strata viarum
Cœtus. quos vel opes numero exemere potentes,
Vel meriti dederunt plebi præcellere honores.
Effusi passim festa in spectacula, stipant
Compita cirrati pueri, facilesque puellæ,
Augustumque omnes læto clamore salutant,
Atque aliquis media in turba sic fausta precatur.
Eia age felici diuinitus omine nobis
Addite Rex salue, communia sceptra Britanni

Orbis

Orbis iustitia meritò recture salubri.
Parcito subiectis clemens, duroque superbos
Frenato imperio. & lætæ sequere otia pacis.
Nempe sagittipotens tandem te Rege vigebit
Anglia, & antiqui reddentur secla metalli.
Per te armis toga succedet. fornacibus enses
Sudabunt calidis conflandi in sarcula: duri
Vomeris in faciem cassis curuabitur: hastas
Integet vmbriferis vitis frondosa racemis.
Nimirum Pax alma oleæ quæ termite gaudet,
Impia Bellonæ franget molimina diræ,
Ferreaque occludet gemino sua limina Iano.
Tu vero, seu nunc mortaleis fallere sensus
Iuppiter, armigera & vectarier alite gaudes:
Seu te aliquem superûm mutata dixero forma:
Æternum hos populos Arctoo quotquot in orbe
Viuimus, & rege consilio, & rege legibus æquis.
Nec fraudare tuo veniat tibi dira cupido
Numine venturam sobolem, seroſque nepotes.
Inde tuo nutabundum sub pondere dextrum
Axem fac serus repetas: tunc sat cito gratam
Excipiet molem conuexi regia cœli.
Quâ se Tyndaridæ complexi mutua fratres
Alternis vitam mutant, lucemque resumunt.
Sic tandem, optatos veluti succedere portus
Nauita cœruleus gaudet, regale subintrant
Leucæum Reges (dederant memorabile quondam,
Atria quæ niueo candebant marmore, nomen)
Quod Thamesis, prima est cui gloria pascere olores.
Ledæos, rauco pronus subterluit æstu.
Hactenus exortus rerum, lætoſque receptus
Principis, & nexus Hymenæi rite peractos,
Londinique Heroa suum cecinisse triumphum
Musa dedit, quæ nunc lassata excedit arena,
Et spatium ceditque locum maiora canendi

Vani-

Vatibus intonsi quorum præcordia fœta
Accendit Phœbi numen, venamque beauit.

*In Regis & Reginæ Symbola, Philippi.*

*NEC SPE, NEC METV.*

Intrepidum, fortemque virum, & constantiæ amantem,
Nec ipes à recto, nec metus acer agit.

*VERITAS TEMPORIS FILIA.*

*Mariæ.*

Nil latet abstrusum, Tempus luci omnia sistit,
Et veri aut falsi Tempus elenchus erit.

*Ad Philippum Regem.*

Iunoni saxosa Samos: Tyrus inclyta cessit
Amphitryoniadæ, Cretaque magna Ioui.
Mulciber accepit medicatam Lemnon: vt Isthmum
Neptunus binarem: Cyprigena alma Paphon.
Sorte Rhodos Soli, Phœbeio clara colosso,
Est data: Gradiuo Thracia belligera.
Hanc peperere fidem Naturæ singula dona,
Legerit vt diuos insula quæque suos.
Quod tribuit sollers Vulcano industria: belli
Gloria Mauorti: gratia Cyprigenæ:
Quod tibi maiestas Neptune: & dextera fortis
Alcidæ: Soli munifica vsque manus:
Iunoni magnæ studium auxiliare iuuandi:
Tractandi rerum pondera iusta Ioui.
Summarum hoc vni tibi conspiratio dotum,
Munus tractandi sceptra Britanna dedit.

*Admonitio ad æquum Lectorem.*

Ne mireris, candide Lector, cur *Philippum* Regem in sua oratiuncula, Prolem Lancastriam nominet Britannia, scias istud ex Anglicorum annaliuin fide repetitum esse,

ſſe, qui genus Philippi ad Ioannem Edvvardi eius no-
inis Tertii Britanniæ Regis filium referunt, & qui-
em bifariam, nam Catharina Ioannis cognomento
ândauensis Lancaſtriæ Ducis, fortiſſimi Herois, filia
inupſit Henrico Caſtellæ & Legionis Regi, ex quo ge-
tus fuit Ioannes Caſtellæ rex, pater Elizabethæ regi-
, quæ ex Ferdinando Aragonio geminam prolem pe-
rit, qua & Hiſpaniæ & Angliæ regia ſtirps gloriatur,
m Ioanna illius filia, ex Philippo Auſtriaco *D. Caro-*
Imperat. Auguſt. peperit, huius, de quo ſcribimus,
*lippi* Inuictiſſimi genitorem: Altera vero filiarum
tharina *Henrici* octaui coniunx, nobiliſſimam hanc
gliæ gemmam *Mariam*, ex eo dedit. Atque hæc qui-
vna eſt proſapiæ ſeries: Altera ſe refert ad Philip-
prædicti Ioannis Lancaſtrij filiam, Luſitaniæ regi,
vardi Luſitani parentii innuptam, ex quo Edvvardo
nata Leonora Friderici Imperatoris vxor, Maximi-
im Imperatorem in lucem edidit, cuius filius Phi-
s Auſtriacus, *Carolum Quintum Philippi* huius no-
arentem feliciſſima generis propagine orbi pro-

*In Parentum indulgentiam.*

ede corruptos populi concerpere mores:
ntaro, multum mentis anceps differor.
la cet irati ſaturnia lima Metelli:
que carmen linquo vati flebile.
s ſeruet numeros ſibi Lesbia Sappho:
les ſoluta amet pedes Ionia.
ne conueniunt Pario lita ſpicula felle,
ſque pugnat acer hoſtem in Bupalon.
nax: iræ, lachrymæ, laſciua faceſſat
pagina, atque virulenta oratio.
lacet mage temperies, cauteria mentes
Radunt,

Radunt, & aures delicatas fauciant.
Matura idcirco Heroï grauitate fategi
Condire lambos criminosos carminis.
Vt maculam nitidis crimen quod inurere rebus
Solet nigrantem, quodque liberos modis
Mollibus exercens, sanctas exterminat artes,
Moresque sanctos: lege miscellanea
Carminis expositum castigem lance sub æqua,
Censoris induens simul tetrici grauem
Personam, atque animos simul oblectare Poëta
Studens. Adesto & Diua conatum iuua.
Tartareum est monstrum, rediuiua immanius hydra,
Cœco Furore, & nocte Lethæa fatum:
Virgineos præfert vultus, vitiata sed intus
Irâ Deûm mens Simiæ ingenium exprimit.
Non dispar Sphingi Aoniæ frons ardua surgit:
Bilingue, nunc melore, nunc fel funditat.
Mollis Olorinis vestitur dextera plumis:
Pandæ tot aures, tot sequacia emicant
Lumina quot custos fertur Memphitidos Iûs
Habuisse: liberûm gregem secum trahit
Effrenum, nitidos mulcens, pulmentaque buccis
Infarciens: quam nomine Indulgentiam
Indigitant veteres. hæc nunc caput exerit Orco,
Et Myrteam ambiens, tyrannidem nouam
Vsurpat, natos hæc molliter educat, vnctam
Luxu profuso vincere Sybarin docet.
Delitiisque rudes dissoluit & efferat annos:
Nidore pellacis popinæ fumido
Acreis exatiat nares, fingitque palata
Intelligentibus cocum intra septimam
Messem: mox picta & Tyrio saturata venene,
Tectura corpus molle, tegmina apparat.
Hæc prætextatis verbis, digniſque suburra,

Infan-

Infantis imbuit tenellum os, qualia
Ne ſiſtrata quidem Pellæi turba Canopi
Effutiat prono cachinno hæc excipit.
Indulget ſomno in lucem torpere ſupino:
Curaque molli fingit artus iunceos.
Simius excelſæ turpiſſimus incola Abylæ,
Fœtus ſuos recente iam partu æditos
Dicitur obſtipo defixus lumine, tanquam
Simulacra quæpiam obtueri intentius:
Nempe ſtupens rara eximiæ miracula formæ.
Nec ſegnius miratur hæc fœtum ſuum.
Hæc eadem inceſſus fractos, geſtuſque loquaces,
Mileſioſque nulla motus dedocet.
Crimen ineſſe putat nimium parere magiſtro:
Pudore proiecto docet ſani nihil.
Heſperio æſtiuum ſol merſerit igneus amne
Diem ante, quam propudia cuncta perferam.
Iam ſi forte manum ferulæ, ſuadentibus annis,
Submiſerit (ſi diis placet) mollis puer,
Et forte imperium. torpens ignauia, virgæ,
Neceſſitaſque verberis ius poſtulet:
Maternaſque leuis rumor manarit ad aures,
Quanto Adria tumente plus exæſtuat?
Acidæ tonat illa minas, iam territat ipſum
Iouem ſupremum, ac deuouet diris caput
Plagoſum Orbilii: ſtudiis moxalitis albæ
Gnatum abdicat, meliore victurum otio.
Sic ferulæ vltrices, ſceptra imperioſa, miniſque
Dicta grauida. & lentæ exulant virgæ procul.
Nomina commiſſis illuſtria prætexuntur,
Purgationumque agmen ingens cuditur.
Quæ ſpecioſa quidem certæ velamina culpæ
Obtendit, vt ne puſio cauſa cadat.
Degener inſidiis his Indulgentia fallit,

Lucs

Lues acerba, & ingeni pestis grauis.
Illecebris cuius fallacibus ebria magna
Mortalium vis, bellulis parcit suis:
Quæ dum conniuet vitiis puerilibus, eheu
Infanda quæ non damna quod dedit nefas?
Atroces peperit turbas, rixasque calenteis.
Nempe inuehunt plus noxiæ indulgentiâ
Incautæ matres, quam vel Cadmæis Agaue
Nato perempto: quam sceleſta funere
Quæ mersit Colchis chariſſima pignora acerbo:
Torriſve fato quæ ferocem abſumpſerat
Oeniden genitrix: crudelia nomina matrum.
Hæ ſingulos, at iſte grex totas rapit
Turmas, peſtifero venis ſubeunte veneno,
Dum proxima inuoluit mali contagium.
Non ſecus exiguo carpit ſatus ignis ab auctu
Syluas comantes, & coloni ſpem grauem.
Hic equidem noſtri ſortem reor Automedontis
Nimis pudendam ac deſpicatam, qui manu
Contrectat ludi infelix moderator habenas.
Æſtu Euripæo vulgus incertum magis,
Præceps ſe ſtudio nunc huc nunc diuidit illuc.
Leui, nec ipſi ſat Ioui æquum maximo.
Sit facilis licet, aut quam Mitio lenior: ora
Permeſſidos rigarit alma gurgite
Muſa ſacro: imbuerit quanquam Charis aurea pectus
Humanitatis artibus: vili tamen
Vix dignus concha, Myſoſque inglorius infra
Sordebis omnes, ni popello obtrudere
Palpum indulgendo noris, cirrataque blandus
Dictis ineſces agmina, & conniueas
Ad vitia ac ſegni cedas marcere veterno:
Haud otio pugnans Vacunæ torpido.
Ni qua pinguescunt glires ſatiare ſagina.

Illos

Illos ſinas vecorde. Quiſquis obſequi
Hac in parte, auram & popularem carpere quibit,
Hic bracteatus ſcilicet merebitur
Ex auro Piſæa inter monumenta locari:
Cœli hunc Catonem tertium dederit fauor.
Ne tamen hæc animum coquat ægrum ſollicitud●
Quemcunque dura exercet hæc prouincia.
Pectore at infracto, veluti Marpeſſia ſpernit
Neptunias vaſti ſilex minas maris:
Securus contemne rudis labioſa popelli,
Rodentis alienam vſque vitam, murmura.
Nec bene de ingrata quicquam te plebe mereri
Poſſe arbitrare, maceres corpus licet
Peruigil, Heſperij quantum non excubet anguis
Horti arbiter: ſudore diffluant genæ
Perpete: deuotum feriat licet igneus aſtro
Caput furente Sirius, non te niues
Riphææ includant laribus: Boreæque furentis
Nimboſa temnas flamina, & canum gelu:
Nil facis, officij plebs finibus æſtimat iſta:
Hæc ſumma: cortinam intonare Delphicam
Iſta putes: vulgo nihil eſt feciſſe benignè
Credas quod vſquam poſſe te, ni protenus
(Quod dixi atq; iterans repeto) indulgere licenter
Turbæ capillatæ velis, & turpiter.
At poſt liminij veteri nunc iure reuertor
Ad nota ſermonis redux compendia.
Theſſala deducens innoxia ſidera rhombo,
Manes ſepultos dum inquietat carmine,
Luctatur laruis. & ſe placita ipſa fatigat
Inſania: ſed perperam natorum amans
Indulgenſque vrbes corrumpit fœmina totas:
Nociua maximè, quibus reuerentia
Vnica deberur. pueris: nil officit annis
Creſcentibus, domeſtico exemplo magis.

Talibus imbuitur vitijs plerunque tenella
Pubes, parentes qualium autores habet;
Et quibus à teneris assueuerit vnguibus altè hæc
Tyrocinio in ætatis hausta se induunt.
Sic quem lana rudis fucum semel imbibit, altè
Hæret, nec elui potest: & fictilis
Vsque sapit primos quos hauserit ollula succos.
Fereque pertinacius praua insident.
Fœdaque si mollem capitis depascit honorem
Vulpes profunda, pharmacis non cesserit.
Inueterata oculos quæ Lema obsederit, ipse
Vix huic ferat Pæon salutarem manum.
At nascens facili vitium molimine pellas,
Nondum profundis reptitans cuniculis.
In naturam abit, atque habitum firmum induit, vsu:
Quicquid inoleuit, prorsus indelebile.
Lustralem idcirco & puram tibi cura parenti
Esto, imbibat puer saliuam vt flexilis.
Talia adhuc rudibus pangantur semina in aruis,
Queis nec freti ira, nec trisulca fulmina,
Nec grauis vredo officiant: assuescat habenis
Arctis: malignos ferre discat Sirij
Ardores: sæuumque gelu: tua castra Thyoneu:
Infesta viter illices fugiat dapes.
Interdum haud pudeat te conditrice ciborum:
Hunc frangere fame. Sancta nempe eniritur:
Excelsam in rupem per dura, per aspera virtus:
Huic æmulam pro viribus carpat viam.
Dicta animum volucrem moueant Iessæa (nunquam
Prudentiorem hoc vlla regem ætas dedit)
Non semel ille monet ferulis conscindere dextras,
Scuticisque carnulenta natium tubera.
Sic animam Stygio addictam subducier Orco:
Hinc crescere almum differit patri decus.
Exercere piger concessæ verbera virgæ

Qui

ui parcit, angue peius odit liberos.
tenda est ceruix, dum nondum induruit ætas,
ræsens minatur hîc periculum mora.
næ citius capita expugnaueris Hydræ,
Quàm contumacis ingeni cadat rigor.
æ se firmauit nodis & robore crudo
Perdifficulter planta curuari potest:
ii vitium furca quanquam emendare bicorni
Pares, redibit pristinum mox ad statum.
lentum partes est ductile vimen in omnes,
Mollisque cunctas cera formas accipit.
domitus primis annis qui dura lupata
spumante rictu cornipes non triuerit,
espuit obsequium, nunc intractabilis, omne:
Tergoque sessorem excutit sternax suum.
Duram ira ceruicem sumit, luxuque solutus
Exlexque natus peruicaciam induit.
Nimirum dum Palladium malesana liquorem
Gens fomitem flammæ voraci subijcit.
Rusticus exanimem miseratus sub Ioue crudo
Tollit rigentem vviperam fouet sinu:
Quo fotu, vitæ rediuiua recurrit in artus
Scintilla, & armat in suum nutricium
Lethales denteis, morsu quem conficit atro.
Sic matribus vicem reponit improbs
Natorum soboles: sic Indulgentia fraudi
Iis cedit atque regerit illarum in caput
Exitij fontes, etenim grauioribus Ætna
Has proteri curis videmus, tempora
Ante diem niuea haud vltro canescere pluma,
Mittique properè sub Stygа illætabilem.
Nempe (memor caueas) Nemesis tralit arbitra rerum
Seuera. Pœnas vindices longo agmine.
Diua potens, tumidis infesta, aspérrima duris:
Offendere hanc caueto, vel time asse clam.

Hæc Dea carnipetas vt pensilis aëre coruos
Malè nata turba filij pascant, facit:
Compagem membris soluit: sæuo vstulat igni:
Distendit aculeo: terebrat lumina:
Fulmineo caput ense rotat: diro insuit vtri:
Proscriptiones, carceres, ergastula
Intentat: mille exquirit tormenta manere
Quæ digna constat negligentes præmia.
Ipse Helius vates, cui vinxerat infula sacra
Comas, ob indulgentiorem in liberos
Mollitiem, quorum commissa piacula nullus
Culparat in se vindicem acciuit Dei,
Exitio præceps, iram: retroque relatus
Ceruice fracta, sub profunda it Tartara.
Proinde parens quisquis soboli bene consulis, vltro
Prudens sequare Phædriæ factum Cati:
Mollitiem ex animo fac pellas funditus omnem,
Vbi te tibi indulgentiorem senseris.
Fixa tuæ sedeat menti Ioue digna supremo
Sententia: educatio quod mollior
Corporis atque animi neruos viresque resoluit,
Et frangit excelsos domando spiritus.
Inclyta sed macula hac ne te vrbs patiaris inuri,
Quam Lemus acer condidisse dicitur,
Quæ Pelusiacos portus iam tum ausa subire
Ni deroganda sit fides annalibus)
Ferrea serrata rumpis retinacula classe:
Hinc clara latè & nobilis super æthera.
Extimulet te adeò gestarum gloria rerum,
Mentique tantus autor accendat facem.
Mollitie enerui ne colla obnoxia tendas,
Blandumque virus occupet sensus, caue.
Aut si quid tacitum venis insederit imis,
Excinde putrem, pars sequatur ne integra.
Quos penes est vrbis sanctissima cura vetustæ,

Gnaui

naui ſtudere publicæ Patres rei,
nenta, & rerum certiſſima pondera, peſtem
rcete tantam ciuibus veſtris procul.
praui docilem cohiberi poſſe iuuentam
ræno extimate mitiore paululò.
lius nihil eſſe, arctis quam legibus intra
Modeſtiæ fines rebellem flectere
ritiam pubis, dicto cenſete ſeuero.
Sic mactet vrbem voſque honoribus Deus.

*In Abrah. Ortelij Theatrum Orbis.*

errarum tractus, cœlum, anfractuſque Profundi
Certius vt radio ſcriberet Ortelius,
aptatum Phœbus ſuperain conuexa retraxit,
Multiplicique auxit cognitione virum.
nde hic deſpiciens terras, freta, templaque cœli,
Diſtinxit ſpatijs omnia regna ſuis.

---

# CORNELII KILIANI DVFFLÆI.

## Luſus in Europæ Nationes.

*Prologus Laudator.*

EVropam celebrabo laude dignam,
Et quales Regio vnaquæque mores.
Virtuteſque habeat, palam docebo.
Illuſtri eſt celebranda laude Virtus.
Europæ tuas ſatis ſuperque
Laudes, non vitia aut probra vlla dicam:
Vt laudum ſtimulis probè incitatus
Virtutum ſtudeas viam tenere.

## Germanus ſuperior ſiue Almanus.

*Laudator.*

Germanus comis, clemens, ſyncerus, honeſtus,
Conuictu gaudens, hoſpitibus facilis:
Æquali ſocijs hauſtu mera vina propinat,
Reſpondetque itidem munere, Bacche, tuo.
Eſt lepidus ſalibus, lingua facieque venuſtus
Arguta ſollers dexteritate valet.
Nil ſimulans, ſimplex & rectus, pectore apertus,
Prouidus & prudens, conſilioque bonus.
Morum etiam grauitate ſuos ſic temperat actus,
Vt præceps leuitas nil loci habere queat.
Inſignis bello ac armis, animoque virilis:
Audax atque alacris: ſeruat amatque fidē.

*Calumniator.*

Ohe, Laudator, virtutum encomia ſiſte:
Occurrit calamo fæx vitioſa meo.
Germanus ſtupidus, ſimul inciuilis, ineptus,
Moribus inſulſus, torpidus ingenio;
Fronte ferox, oculis toruus, linguaque proteruus,
Brutus conuictu eſt, hoſpitioque rudis.
Ebrius inſanit, bacchatur, fulmina iactat:
Iurando cœlum, terram, Acheronta mouet.
Intentus prædæ, latro, furaxque rapaxque:
Bellum cauponans belligerare nequit.
Prælia detrectat conſpecto protinus hoſte.
Æs æs exclamat: mox fugit ære dato.
Vina flocces, oleumque fraces, paleaſque ſiligo;
Gignit & humanum turpia monſtra genus.

## Germanus inferior, Teuto, Belga.

*Laudator.*

Teuto vel inferior Germanus, qui quoque Belga,

Morum

rum cultura pollet & ingenij.
pifex celebris toti spectabile mundo
nne opus assidua sedulitate facit.
animus docilis, promptus, subtilis, acutus;
nsque sagax, velox; ingeniosa manus.
a larga quibus cerebrum humectatq; rigatque,
scio id obtundant, exacuántne magis.
anos multa veteres probitate fideque
ondam sectari non sine laude solet:
ieque bonas florens exercuit artes,
m stetit imperium, Carole Quinte, tuum.

*Calumniator.*

o conuictu Galli, Hispanique, Italique
tatus, fœdis polluitur vitijs.
inteſtina discordans peste laborat,
vix sedanda seditione perit.
ria profugus longinqua petit loca: & artes,
quascumque potest. portat opes alio.
sub Hispano langueſcit Rege Philippo,
æ regnante potens patria patre fuit.
ores nocuis maturè occurrite turbis,
ud facilè exstingui seditio orta solet.

## Gallus, Francus.

*Laudator.*

s seu Francus, toto notissimus orbe,
edere iustitia, relligione, fide:
rnæ cultor linguæ, cultor peregrinæ:
candiloquus, constans, propositique tenax:
tia egregius generoso stemmate clarus:
orpore & ingenio viuidus ac vegetus:
mulat, simulat, cum tempus postulat aut res:
conniuendo plurima cautus agit.

*Calumniator.*

An Gallus tandem contemptor relligionis,
Spretor virtutis, iuſtitiæ, fidei;
Inconſtans, vanus, ſimulator, diſſimulator;
Vindex crudelis, ſubdolus atque vafer;
Nominis & tituli tantum iactator inanis;
Prædo, ſtuprator, trux homicida, latro;
Oſtentum ac toti mundo mirabile monſtrum
Fiet, & in vitij prorumpet omne genus?
O Franci Franci quæ vos dementia adegit
Regnum inteſtinis perdere diſſidijs:
Atque die diuo qui feſtus Bartholomæo,
Dedere crudeli millia multa neci:
Et nulla ætatis ſexúſve habitâ ratione,
Sanguine ciuili commaculare manus!
Poſtetiam Antuerpæ populum, emporiúmq; celebre,
Fœdere dirupto, turpiter opprimere?
Creditis inſani, ſcelus vltum impune relinqui;
Somniaque æterni iudicia eſſe Dei?
Guiſius in celebrem conuentum à Rege vocatus,
Inſtinctu Regis tollitur è medio.
Rex idem Henricus paulo poſt inſidioſi
Occulto moriens enſe cadit monachi.
Sunt inteſtini dira hæc ſtipendia belli,
Iuſtaque veſanæ præmia perfidiæ.
Summus iuſtitiam iudex exercet in omnes,
Proſpiciens oculis æqua & iniqua ſuis.

Italus.

*Laudator.*

Italus eximio lautus cultuſque nitore.
Amplus, magnificus ſplendidus atque grauis:
Serius & prudens cum maieſtate ſeuerus:
Magnus vtingenio, ſic quoque iudicio.
Præclarè doctas ſtudioſus percolit artes:

Curæ

Curæ illi virtus, gloria, relligio.
Impiger & præstans opifex: mercator honestus:
Bellator valida strenuitate potens.

*Calumniator.*

talus effrænis, diraque libidine feruens,
Flagitij quas non audet inire vias?
ullis, segmentis, ostroque micante superbus,
Grandi proloquitur verba supercilio.
eruersus, vanus, fucata mente dolosus:
Vafrè hosti insidias exitiumque struit.
indictam differt ter denos vltor in annos;
Sumere supplicium si priùs hora neget.
ctator scorti, rabidus Ganymedis amator:
Cætera consultè Musa tacenda monet.
c rerum Natura parens operatur in orbe,
Quæ fert terra bonos, vt ferat illa malos.

## Hispanus.

*Laudator.*

spanus fortis, constans, & fidus amico,
Magnanimum sese munificumque probat.
uti parcè delibat pocula Bacchi:
eruida ne cerebro vina nocere queant.
enium nactus Naturæ munere acutum,
erfacilè eximijs proficit in studijs.
pla alacri Diuûm gressu sacrata frequentat:
ipplex ante aras vota precesque facit.
o eques atque pedes velox, prædurus in hostem,
rritum pugnans voce boante refert.

*Calumniator.*

etiam Hispano labes, maculæque notæque:
c normam vitæ seruat vbique bonæ.
nus sæuus, fallax, malefidus, auarus:

Ne quidquid reprobis malisque dixi,
Id dictum sici censeant siniſtre,
Qui delicta hominum tacenda credit,
Multum decipiturq; falliturque.
Vt prauum à vitiis pudor reducat,
Sunt planis Vitia arguenda verbis.

---

# DOMINICI LAMPSONII BRVGENSIS.

*Typis Vitæ humanæ ex Tabula Cebetis.*

FLore, decus noſtri pictorem, & gloria ſecli,
Si quid forte rogas cupiam te pingere, quid me
Delectare queat ſimul, & prodeſſe videnti:
Non ego diuinis poſt argumenta libellis
Tradita, iure loco ſemper donanda priori,
Vllam, Saturni fano quæ ſacra pependit
(Si qua fides priſci chartis adhibenda Cebetis?)
Prætulerim tabulæ, qua perfectiſſima noſtris
Subiecta eſt oculis vitæ mortalis imago.
Scilicet hîc primum latebroſa matris ab aluo
Eiicitur puer, & recens pappare minutum
Incipit. hinc certo pede humum ſignare potens, aut
Puppas mirari, aut equitare in arundine longa
Semihomo amat: donec mẽtis iam vtcunq; per annos,
Et linguæ compos ſinuoſa intrare videri
Humanæ poſſit adoleſcens compita vitæ.
Primum ergo ante aditum ſeſe accedentibus offert
Ille ſenex. Genio nomen cui diâ vetuſtas
Impoſuit ſpecie venerabilis, & grauis annis:
Chartam dextra tenet vitæ præclara docentem
Ducendæ præcepta: licet Fortuna ſereno

Si vul-

Si vultu adnuerit sua munera sobrius illis
Vtare at nimium nec habens lætere, nec idem
Amissis doleas, amitti nescia quære,
Quæ doctrina dabit, Luxus quæ suauia cunque
Aut Venus obtulerit, sectans potiora relinque.
Nec tibi doctrinæ veram simulantis adire
Hospitium sit opus veram solidamque petenti.
Si tamen incideris, vbi pauca viatica carptim
Sumta tibi, ad veram properantes dirige gressus.
Hæc tantum, & portæ digitos intendit apertæ,
Cuius vestibulo in primo fulgente sedili
Culta sedens meretrix pulchro impostura paratu
Excipit intrantes, & pocula dira ministrat
Nec sinit hoc quenquam immunem transire veneno
Vlterius, plus hic licet, & minus hauriat alter.
Ergo hoc imbutos cerebrum & præcordia potu
Cuncta viatori similis motorius Error,
Et frontem digito semper sibi Opinio signans,
Et contecta oculos spisso Ignorantia velo,
Et bellum suadens rationi inferre Cupido
Circumeunt densaq; hinc inde indagine cingunt,
niectisq; dolo vinclis per deuia raptant.
Hinc inconsulti Fortunæ humana rotantis
euenere domum celeres vbi concutit alas
ssidue simul illa oculis, simul auribus orba,
nstabiliq; globo titubans alterna vacillat.
is temere. & quæque vt primum sors obtulit, aurum
unifica spargit dextra: qui laudibus illam
ertatim super astra ferunt diuamque salutant:
st alij. quibus ipsa negat sua munera, iniquam
ccusant stulti. atque ore execrantur acerbo.
Discedunt læti donis & turpia Luxus
sere festinant iuuenes & Cypridis antra.
ic malesuada habitat. vitiisque applaudere sollers,
mulcens blandis aurem Assentatio verbis,

Con-

Talibus imbuitur vitijs plerunque tenella
Pubes, parentes qualium autores habet;
Et quibus à teneris assueuerit vnguibus altè hæc
Tyrocinio in ætatis hausta se induunt.
Sic quem lana rudis fucum semel imbibit, altè
Hæret, nec elui potest: & fictilis
Vsque sapit primos quos hauserit ollula succos.
Fereque pertinacius praua insident.
Fœdaque si mollem capitis depascit honorem:
Vulpes profunda, pharmacis non cesserit.
Inueterata oculos quæ Lema obsederit, ipse:
Vix huic ferat Pæon salutarem manum.
At nascens facili vitium molimine pellas,
Nondum profundis reptitans cuniculis.
In naturam abit, atque habitum firmum induit, vsu:
Quicquid inoleuit, prorsus indelebile.
Lustralem idcirco & puram tibi cura parenti
Esto, imbibat puer saliuam vt flexilis.
Talia adhuc rudibus pangantur semina in aruis,
Queis nec freti ira, nec trisulca fulmina,
Nec grauis vredo officiant: assuescat habenis
Arctis: malignos ferre discat Sirij
Ardores: sæuumque gelu: tua castra Thyoneu
Infesta vitet illices fugiat dapes.
Interdum haud pudeat te conditrice ciborum
Hunc frangere fame. Sancta nempe enititur
Excelsam in rupem per dura, per aspera virtus:
Huic æmulam pro viribus carpat viam.
Dicta animum volucrem moueant Iessæa (nunquam
Prudentiorem hoc vlla regem ætas dedit)
Non semel ille monet ferulis conscindere dextras,
Scuticisque carnulenta natium tubera.
Sic animam Stygio addictam subducier Orco:
Hinc crescere almum differit patri decus.
Exercere piger concessæ verbera virgæ

Qui

ui parcit, angue peius odit liberos.
ctenda est ceruix, dum nondum induruit ætas,
Præsens minatur hîc periculum mora.
rnææ citius capita expugnaueris Hydræ,
Quàm contumacis ingeni cadat rigor.
iæ se firmauit nodis & robore crudo
Perdifficulter planta curuari potest:
ui vitium furca quanquam emendare bicorni
Pares, redibit pristinum mox ad statum.
t lentum partes est ductile vimen in omnes,
Mollisque cunctas cera formas accipit.
ndomitus primis annis qui dura lupata
spumante rictu cornipes non triuerit,
Despuit obsequium, nunc intractabilis, omne:
Tergoque sessorem excutit sternax suum.
Duram ira ceruicem sumit, luxuque solutus
Exlexque natus peruicaciam induit.
Nimirum dum Palladium malesana liquorem
Gens fomitem flammæ voraci subijcit.
Rusticus exanimem miseratus sub Ioue crudo
Tollit rigentem viperam fouet sinu:
Quo fotu, vitæ rediuiua recurrit in artus
Scintilla, & armat in suum nutricium
Lethales denteis, morsu quem conficit atro.
Sic matribus vicem reponit improba
Natorum soboles: sic Indulgentia fraudi
Iis cedit atque regerit illarum in caput
Exitij fontes, etenim grauioribus Ætna
Has proteri curis videmus tempora
Ante diem niuea haud vltro canescere pluma,
Mittique properè sub Stygа illætabilem.
Nempe (memor caueas) Nemesis tralit arbitra rerum
Seuera. Pœnas vindices longo agmine.
Diua potens, tumidis infesta, aspérrima duris:
Offendere hanc caueto, vel time asseclam.

Hæc Dea carnipetas vt pensilis aëre coruos
Malè nata turba filij pascant, facit:
Compagem membris soluit: sæuo vstulat igni:
Distendit aculeo: terebrat lumina:
Fulmineo caput ense rotat: diro insuit vtri:
Proscriptiones, carceres, ergastula
Intentat: mille exquirit tormenta manere
Quæ digna constat negligentes præmia.
Ipse Helius vates, cui vinxerat infula sacra
Comas, ob indulgentiorem in liberos
Mollitiem, quorum commissa piacula nullus
Culparat in se vindicem accipiut Dei,
Exitio præceps, iram: retroque relatus
Ceruice fracta, sub profunda it Tartara.
Proinde parens quisquis soboli bene consulis, vltro
Prudens sequare Phædriæ factum Cati:
Mollitiem ex animo fac pellas funditus omnem,
Vbi te tibi indulgentiorem senseris.
Fixa tuæ sedeat menti Ioue digna supremo
Sententia; educatio quod mollior
Corporis atque animi neruos viresque resoluit,
Et frangit excelsos domando spiritus.
Inclyta sed macula hac ne te vrbs patiaris inuri,
Quam Lemus acer condidisse dicitur,
Quæ Peluſiacos portus iam tum ausa subire
Ni deroganda sit fides annalibus)
Ferrea serrata rumpis retinacula classe:
Hinc clara latè & nobilis super æthera.
Extimulet te adeò gestarum gloria rerum,
Mentique tantus autor accendat facem.
Mollitie enerui ne colla obnoxia tendas,
Blandumque virus occupet sensus, caue.
Aut si quid tacitum venis insederit imis,
Excinde putrem, pars sequatur ne integra.
Quos penes est vrbis sanctissima cura vetustæ,

Gnaui

naui ſtudere publicæ Patres rei,
nenta, & rerum certiſſima pondera, peſtem
rcete tantam ciuibus veſtris procul.
c praui docilem cohiberi poſſe iuuentam
fræno extimate mitiore paululò.
lius nihil eſſe, arctis quam legibus intra
Modeſtiæ fines rebellem flectere
ritiam pubis, dicto cenſete ſeuero.
Sic mactet vrbem voſque honoribus Deus.

*In Abrah. Ortelij Theatrum Orbis.*

errarum tractus, cœlum, anfractuſque Profundi
Certius vt radio ſcriberet Ortelius,
aptatum Phœbus ſuperain conuexa retraxit,
Multiplicique auxit cognitione virum.
nde hic deſpiciens terras, freta, templaque cœli,
Diſtinxit ſpatijs omnia regna ſuis.

---

# CORNELII KILIANI DVFFLÆI.

## Luſus in Europæ Nationes.

*Prologus Laudator.*

EVropam celebrabo laude dignam,
Et quales Regio vnaquæque mores.
Virtuteſque habeat, palam docebo.
Illuſtri eſt celebranda laude Virtus.
Europæ tuas ſatis ſuperque
Laudes, non vitia aut probra vlla dicam:
Vt laudum ſtimulis probè incitatus
Virtutum ſtudeas viam tenere.

## Germanus superior siue Almanus.

*Laudator.*

Germanus comis, clemens, syncerus, honestus,
Conuictu gaudens, hospitibus facilis:
Æquali socijs haustu mera vina propinat,
Respondetque itidem munere, Bacche, tuo.
Est lepidus salibus, lingua facieque venustus
Arguta soilers dexteritate valet.
Nil simulans, simplex & rectus, pectore apertus,
Prouidus & prudens, consilioque bonus.
Morum etiam grauitate suos sic temperat actus,
Vt præceps leuitas nil loci habere queat.
Insignis bello ac armis, animoque virilis:
Audax atque alacris: seruat amatque fide.

*Calumniator.*

Ohe, Laudator virtutum encomia siste:
Occurrit calamo fœx vitiosa meo.
Germanus stupidus, simul inciuilis, ineptus,
Moribus insulsus, torpidus ingenio;
Fronte ferox, oculis toruus, linguaque proteruus,
Brutus conuictu est, hospitioque rudis.
Ebrius insanit, bacchatur, fulmina iactat:
Iurando cœlum, terram, Acheronta mouet.
Intentus prædæ, latro, furaxque rapaxque:
Bellum cauponans belligerare nequit.
Prælia detrectat conspecto protinus hoste.
Æs æs exclamat: mox fugit ære dato.
Vina flocces, oleumque fraces, paleasque siligo;
Gignit & humanum turpia monstra genus.

## Germanus inferior, Teuto, Belga.

*Laudator.*

Teuto vel inferior Germanus, qui quoque Belga,

Morum

Iorum cultura pollet & ingenij.
: opifex celebris toti spectabile mundo
Omne opus assidua sedulitate facit.
ic animus docilis, promptus, subtilis, acutus;
Mensque sagax, velox; ingeniosa manus.
cula larga quibus cerebrum humectatq; rigatque,
Nescio id obtundant, exacuántne magis.
ermanos multa veteres probitate fideque
Quondam sectari non sine laude solet:
gregieque bonas florens exercuit artes,
Dum stetit imperium, Carole Quinte, tuum.

*Calumniator.*

'euto conuictu Galli, Hispanique, Italique
Mutatus, fœdis polluitur vitijs.
Hinc intestina discordans peste laborat,
Et vix sedanda seditione perit.
E patria profugus longinqua petit loca: & artes,
Et, qualcumque potest, portat opes alio.
Lassa sub Hispano langueſcit Rege Philippo,
Quæ regnante potens patria patre fuit.
Rectores nocuis maturè occurrite turbis,
Haud facilè exstingui seditio orta solet.

## Gallus, Francus.

*Laudator.*

Gallus seu Francus, toto notissimus orbe,
Fœdere iusturia, relligione, fide:
Maternæ cultor linguæ, cultor peregrinæ:
Grandiloquus, constans, propositique tenax:
Militia egregius generoso stemmate clarus:
Corpore & ingenio viuidus ac vegetus:
Dissimulat, simulat, cum tempus postulat aut res:
Et conniuendo plurima cautus agit.

*Calumniator.*

An Gallus tandem contemptor relligionis,
Spretor virtutis, iustitiæ, fidei;
Inconstans, vanus, simulator dissimulator;
Vindex crudelis, subdolus atque vafer;
Nominis & tituli tantum iactator inanis;
Prædo, stuprator, trux homicida, latro;
Ostentum ac toti mundo mirabile monstrum
Fiet, & in vitij proruet omne genus?
O Franci, Franci quæ vos dementia adegit
Regnum intestinis perdere dissidijs:
Atque die diuo qui festus Bartholomæo,
Dedere crudeli millia multa neci:
Et nulla ætatis sexúsve habitâ ratione,
Sanguine ciuili commaculare manus?
Post etiam Antverpæ populum, emporiúmq; celebre,
Fœdere dirupto, turpiter opprimere?
Creditis insani, scelus vltum impune relinqui;
Somniaque æterni iudicia esse Dei?
Guisius in celebrem conuentum à Rege vocatus,
Instinctu Regis tollitur è medio.
Rex idem Henricus paulo post insidiosi
Occulto moriens ense cadit monachi.
Sunt intestini dira hæc stipendia belli,
Iustaque vesanæ præmia perfidiæ.
Summus iustitiam iudex exercet in omnes,
Prospiciens oculis æqua & iniqua suis.

Italus.

*Laudator.*

Italus eximio lautus cultuque nitore.
Amplus, magnificus, splendidus atque grauis:
Serius & prudens, cum maiestate seuerus:
Magnus vtringenio, sic quoque iudicio.
Præclarè doctas studiosus percolit artes:

Curæ

Curæ illi virtus, gloria, religio.
Impiger & præstans opifex: mercator honestus:
Bellator valida strenuitate potens.

*Calumniator.*

Italus effrænis, diraque libidine feruens,
Flagitij quas non audet inire vias?
Bullis, segmentis, ostroque micante superbus,
Grandi proloquitur verba supercilio.
Peruersus, vanus, fucata mente dolosus:
Vafrè hosti insidias exitiumque struit.
Vindictam differt ter denos vltor in annos;
Sumere supplicium si priùs hora neget.
Sectator sorti, rabidus Ganymedis amator:
Cætera consultè Musa tacenda monet.
Sic rerum Natura parens operatur in orbe,
Quæ fert terra bonos, vt ferat illa malos.

## Hispanus.

*Laudator.*

Hispanus fortis, constans, & fidus amico,
Magnanimum sese munificumque probat.
Diluti parcè delibat pocula Bacchi:
Feruida ne cerebro vina nocere queant.
Ingenium nactus Naturæ munere acutum,
Perfacilè eximijs proficit in studijs.
Templa alacri Diuûm gressu sacrata frequentat:
Supplex ante aras vota precesque facit.
Bello eques atque pedes velox, prædurus in hostem,
Barritum pugnans voce hoante refert.

*Calumniator.*

Sunt etiam Hispano labes, maculæque notæque:
Nec normam vitæ seruat vbique bonæ.
Hispanus sæuus, fallax, malefidus, auarus:



Digitized by Google

Vt sese ostentet, multa superbus agit;
Furfureo cùm pane domi vescatur egenus,
Sordeat & vacua pauper inopsque casa.
Non artem exercet, non terram sulcat aratro:
Accinctus gladio nobilis esse studet.
Hinc inculta iacent camporum millia passim,
Atque deest vastis gnauus arator agris.
Fur, latro, incestus, stuprator, turpis adulter,
Quidquid agit, iactat nobilis acta viri.
Ædibus in sacris plerumque superstitiosus:
Mente absens vanas murmurat ore preces.
Et seges & lolium fundo nascuntur eodem:
Idem homo virtutis fit vitijque ferax.

## Anglus.

*Laudator.*

Anglus siue Britannus, aquis terraque beatus,
Corpore conspicuus, floridulus facie.
Cultu habitu nitidus: gestu, vultu generosus:
Conuictu largus dapsilis, atque hilaris.
Ingenio sollers: cursu facilisque celerque:
Arcu est præsignis: bellica ad arma citus.

*Calumniator.*

Anglus inhumanus peruersus sæuus, iniquus,
Præ se contemnit quosque, sibi ipse placet.
Proditor inconstans, infidus, perfuga furax:
Periurus, mendax: desidiosus, iners:
Lurco, popinator, lauta & pretiosa ligurit:
Sacchara dulcia edit, mollia vina bibit.
Stupro & adulterio; nisi lege coërcitus; ægrè
Abstinet: occultis perpetrat ista dolis.
Irrita vesanus præsagia mente volutat:
Fatidicus vanis nititur augurijs.
Hoc equidem in primis mirum dignumque relatu:

Non

Non fert quadrupedes Anglica terra lupos.
Ast vero hocce bipes homini lupus est homo tractu
Et plena est auidis Anglia tota lupis.

Danus, Noruegus, Suecus, &c.

*Laudator.*

Danus, Noruegus, Suecus, Scandi simul omnes;
Atque alij, regio quos Borealis habet;
Humanus, mitis, totus teres atq; rotundus
Felle atro, & tacita fraude carens populus.
Exercet duro fortissima membra labore:
Vomere sulcat agros, æquora naue secat.
Auceps, piscator, venator sedulus arte
Captat aues, pisces, persequiturque feras.
Non sæuo infestum bello offendit prior hostem
Vt vim propellat, militiæ arma capit.

*Calumniator.*

Dani, Noruegi, Sueci, Gothi, hoc genus omne,
Cuius toto orbe est cognita barbaries;
Nil habet in gestu, lingua, veneriue salisue;
Rusticitas vasto corpore inepta patet.
Non homines, sed monstra hominū Septentrio gignit.
Gens rabida, immanis, sæuaque progenies.
Hinc piratarum, latronum millia surgunt:
Hinc sceleratorum sordida colluuies.
Septem harum Europæ minus improba Natio quæ sit,
Librare exacta si ratione velis:
Æqua cum Vitiis Virtutes pende bilance;
Examen, Lector, spernere nolo tuum.

Epilogus.

*Calumniator.*

Europæ populos bonos proboſque
Obnixe simul hic velim rogatos,

Ne,

Ne, quidquid reprobis malisque dixi,
Id dictum sici censeant siniſtre,
Qui delicta hominum tacenda credit,
Multum decipiturq; falliturque.
Vt prauum à vitiis pudor reducat,
Sunt planis Vitia arguenda verbis.

---

# DOMINICI LAMPSONII BRVGENSIS.

*Typis Vita humana ex Tabula Cebetis.*

FLore, decus noſtri pictorem, & gloria ſecli,
Si quid, forte rogas cupiam te pingere, quid me
Delectare queat ſimul, & prodeſſe videnti:
Non ego diuinis poſt argumenta libellis
Tradita, iure loco ſemper donanda priori,
Vllam, Saturni fano quæ ſacra pependit
(Si qua fides priſci chartis adhibenda Cebetis?)
Prætulerim tabulæ, qua perfectiſſima noſtris
Subiecta eſt oculis vitæ mortalis imago.
Scilicet hîc primum latebroſa matris ab aluo
Eiicitur puer, & recens pappare minutum
Incipit. hinc certo pede humum ſignare potens, aut
Puppas mirari, aut equitare in arundine longa
Semihomo amat: donec mētis iam vtcunq; per annos,
Et linguæ compos ſinuoſa intrare videri
Humanæ poſſit adoleſcens compita vitæ.
Primum ergo ante aditum ſeſe accedentibus offert
Ille ſenex. Genio nomen cui diâ vetuſtas
Impoſuit ſpecie venerabilis, & grauis annis:
Chartam dextra tenet vitæ præclara docentem
Ducendæ præcepta: licet Fortuna ſereno

Si vul-

Si vultu adnuerit sua munera sobrius illis
Vtare at nimium nec habens lætere, nec idem
Amissis doleas, amittu nescia quære,
Quæ doctrina dabit, Luxus quæ suauia cunque
Aut Venus obtulerit, sectans potiora relinque.
Nec tibi doctrinæ veram simulantis adire
Hospitium sit opus veram solidamque perenti.
Si tamen incideris, vbi pauca viatica carptim
Sumta tibi, ad veram properantes dirige gressus.
Hæc tantum, & portæ digitos intendit apertæ,
Cuius vestibulo in primo fulgente sedili
Culta sedens meretrix pulchro impostura paratu
Excipit intrantes, & pocula dira ministrat
Nec sinit hoc quenquam immunem transire veneno
Vlterius, plus hic licet, & minus hauriat alter.
Ergo hoc imbutos cerebrum & præcordia potu
Cuncta viatori similis motorius Error,
Et frontem digito semper sibi Opinio signans,
Et contecta oculos spisso Ignorantia velo,
Et bellum suadens rationi inferre cupido
Circumeunt densaq; hinc inde indagine cingunt,
Iniectisq; dolo vinclis per deuia raptant.
Hinc inconsulti Fortunæ humana rotantis
Deuenere domum celeres vbi concutit alas
Assidue simul illa oculis, simul auribus orba,
Instabiliq; globo titubans alterna vacillat.
His temere & quæque vt primum sors obtulit, aurum
Munifica spargit dextra: qui laudibus illam
Certatim super astra ferunt diuamque salutant:
Astalij quibus ipsa negat sua munera, iniquam
Accusant stulti, atque ore execrantur acerbo.
Discedunt læti donis & turpia Luxus
Visere festinant iuuenes & Cypridis antra.
Hic malesuada habitat vitiisque applaudere solers,
Et mulcens blandis aurem Assentatio verbis,

Con-

Contentumq; docens nullo satis esse paratu,
Donec, vbi fundo nequicquam numus in imo
Suspirat, fœda heu! miseros inuadat Egestas
Fuste dolans, atque ad furta & periuria cogat,
Aut homines doceat iugulare, & viuere rapto.
Queis simul insueuisse malis & claudere vtramque
Ausi sunt digito meliora monentibus aurem,
Confestim Dis inuisos teterrima monstra
Tisiphone dextram diris armata flagellis,
Nec timidos Ignominia ausa ostendere vultus:
Anxietasque animi Luctusque Ærumnaque demens
Corripiunt mox multa incassum orare parantes
Turpis anus macie, sperandique insscia pugno
Crinibus implicito per inhospita saxa rotatos
Infortunatum compingit Athymia in antrum,
Mille vbi cum morbis reliquum & cruciatibus æuum
Monstra hæc inter agant, nisi fors miserata iacentes
Respiciat Metanœa, malis hæc eripit illis
Et geminas dat amica duces, quarum vna priore
Exoptanda magis, fateor, sed Opinio & ipsa est,
Altera nobilior, potiorque priore Cupido.
Hæ tandem extractos circo exteriore secundum
In septum, hinc veræ ad doctrinæ limina ducunt.
Sed magnum hoc, pauciſque datum. nã peruigil adstãs
Ipso aditu veram mentiri gnara decenti
Veste, ducum manibus non raro extorquet, & illinc
Doctrina abductos falsas rapit improba ad artes.
Ergo alii præter normas & scita loquendi
Nil quærunt alii tantum dialectica quidem.
Orandi causas studium, cœlique meatus
Signandi radio, surgentiaque astra canendi,
Aut vacuam implendi variis concentibus aurem
Sectantur, nec abest cui carmina inania vatum
Eripiunt dandas studiis grauioribus horas.
Nec non & quibus æra labor conuertere in aurum

Post

Post paruo esuriem passuri tempore: quique
Ad prauos passim sensus sacra dogmata torquent
Dementes, hodie ante alios quæ maxima turba est.
Adde his secta quibus sophiæ placet vna magis, quam
Altera, discentes semper, sed semper eosdem
Expertes veri, & rectæ rationis inanes,
Adde vrinam oculis qui contemplantur ineptis
Mendaci in phiala, atque impune occidere possunt.
Aspicias limo infixos, crassæque paludi
Ranarum socios, ranarum & more querentes.
Quod metuens illic longo mihi tempore neques
Hæserit. at procul aspectis, quæ forte geruntur
Veram ad doctrinam, Genii præcepta secutus,
Si sapit, haud segni studeat cito tendere cursu.
At paucis hæc trita via est. dura omnia late
Saxa tenent, celsasque horrenda cacumina, rupes
Scandendum. sed adest, validæ quæ robore dextræ
Sudentes largum, in præcepsque subinde ferendos
Subleuet, assiduisque animos hortatibus addat
Inuicta indomitæ Tolerantia iuncta sorori,
Cuncta recusanti sensum quæ dulcia tangunt.
Iamque vbi ad excelsum læti euasêre cacumen,
Prata intrant multa circum fulgentia luce,
Et vario florum passim distincta colore:
Tertius hic, non vt reliqui, latere inque polito
Exstructas tofo, leui sed marmore surgit
Ambitus. ad portam stat nullis illita fucis
Quadratum Doctrina premens firmo pede saxum.
Adstat Alethia hinc illinc, Persuasio matri,
Illæ ingressuris prius Impostura veneni
Miscuerat quicquid, pellentia pharmaca præbent;
Atque animis robur solidasque addentia vires,
Vt nil solliciti paueant exinde malorum,
Quæ terrere solent hominum nutantia corda.
Continuo ingressos adaperiis excipit vlnis

Virtutum chorus omnis. eas Perfectio mentis
Ducit agens, illam rerum Prudentia callens
Germanæque suum quæ dat iustissima cuique,
Quæque animi inuicto præcellit robore quæque
In rebus iubet vsque modum seruare, sequuntur,
Virtutesq; aliæ manibus per mutua nexæ.
Stat medio in septo foribus domus alta superbis,
Hæc Eudæmoniæ (Latio nam dicere versus
Nomine me prohibet) Dis est gratissima sedes.
Quò cum perductus venit à virtutibus hospes,
Illa virum indomitis longo certamine monstris
Imposita donat capite de more corona.
Ipsum exsultantes Virtutum turba reducunt
Victrici crines redimitum & tempora lauro.
Inde beatu agit vitæ quod restat, & alter
Ceu positus cœlo spernit terrena sibique
Sufficiens, in se ipse sibi sua cuncta reponit:
Iamque adeo, quibus, heu, iactentur casibus & quam
Sint miseri quibus haud vitæ cura vlla beatæ,
Perpetuo at septis errare prioribus instant,
Perspicit. hos æuum degat licet inter & ipse,
Non ipsum illa tamen, velut hos incommoda lædunt,
Non pestes, illic cecini quas ante vagari.
Sed tanquam antidoto medicus munitus, vtrumque
Inuiolatus obit circum, reliquisque medetur
Non ita, qui durum nequiêre ascendere callem
Heu, segnes sed Apollineæ sine frondis honore
Illaudati agitant, pressi quibus ante malis, &
Regressi ad Venerem & Luxum, prius vnde fugati,
Siue his sese iterum velut ante immergere possunt
Siue volunt sed sors æta sque volentibus obstant,
Veram exsecrantur Doctrinam, & quisquis ad illam
Nititur, at geminæ quibus in sublime cacumen
Cura laborantes est attraxisse sorores
Semper eunt redeuntque alacres, nec quisquis in altũ

Euasisse

Euasisse cupit tumulum succurrere cessant;
Ad veræ donec Doctrinæ limina ducunt.

*De potatoribus duobus blasphemis vera narratio.*

Sic est, Sodales. Est Deus, est Deus;
Est numen est vis prouida Numinis;
Est maior humanâ mouentis
Cuncta supercilio potestas
Auditis. heus! an verba velut vagis
Flores sinetis spargere me Notis?
Quod ante credebamus, ecce,
Nunc oculis licet intueri.
Ille, inquam, ab æterno Omnipotens Deus,
Quamuis nec vlli visus opus docens,
Dignatus est patrare, longam
Quam fuit ante sibi esse dextram.
Non vt videri se modo non neget;
Quodam, sed & iam non renuat modo
Ab omnibus palpari, & ipsis
Ceu manibus, digitisque tangi.
Tu die Diuorum, Optime maxime,
Tu numen enarrabile nemini,
Æterna mens mundi; Patrem quem, &
Filium & Auram ab vtroque adoro,
Indigna cœlo tollere me tuo
Ora expauescentem, sed opus tuæ
Non artis aduersatus, ad te
Mentis vtroque genu recuruum,
Descende sublimi à solio tuo, &
Nostro benigne illabere pectori;
Tuæque nostras flamine auræ
Exanimes anima Camœnas.
Da, sancte, raucæ stamina da lyræ:
Hoc magnum & admirabile opus tuum,
Ingens patet quam mundus, omnium

Omnia ferre hominum perora.
Est inter altorum oppida Teutonum,
Cui nomen ex re Curia Neccari;
Leni quod hanc formosus vndâ
Vitiferam viget amnis oram
Septemvir olim sceptra Loci gerit
Boiorum ab alto sanguine Principum;
Rheni Palatinum recepto
Nomine quem perhibent vocantes.
Sat nota, cuius hîc dabat aduenis
Mercede turbis hospitium, domus,
Quam picta signabat tabella
Punicei specie Leonis
Ter quina supra secula vicies
Quaternus annus quartaque septimi
Mensis notabat restitutam
Lux generi misero salutem:
Cum forte bini ciuibus hospites
Ignoti ad illam deueniunt domum,
Panem sibi apponique vinum:
Vt fit in hospitiis, iubentes.
Astalter, Auctumnum haud satis vltimum
Coxisse questus vina, nouum negat
Se velle; & hortatus ministrum,
Det sibi de veteri poposcit.
Paret volenti, fert vetus hic bibax
Turpe aut ineptum nescio quid canens
Vitrum implet, ac longum sodali
Præbibit increpitans cylindrum:
Raptimque guttur proluit hauriens;
Turpesque rursus cantat ineptias;
Et rursus impletum cylindrum
Flore meri socio ministrat.
Hic sumit &, cui, mox rogat, hoc age.
Genses propinem? Si lubitum, Deo.

Respon-

Respondet alter. Vah scelestam,
Suppliciique ream loquelam!
Sic, ebriosi, sicsine vos iocis
Summo impiis illudere Numini?
Vitæ arbitro vestræ, necisque
Corporis atque animi tremendo?
Sic Liberalis munificentia
Vobis alendis assiduâ Patris
Per luxum, inexpletumque potu
Nequiter ebrietatem abuti?
Non desituris vrere ab ignibus
Qui concremandos, si placitum, breui
Vos temporis momento in imum
Præcipites dare possit Orcum?
Nequiquam at, heu heu, vos mea iurgia
Terrent. Furit in segnius, & vitrum
Abs se proterue exhaustum ad astra
Tollit, & heus, tibi ego hoc, Olympo
Si quis gubernas, præbibi & ebibi
Respondeas nunc tu mihi ius erit.
Sed, vtrum ei, quærit sodalis,
An vetus, anne nouum ministro?
Mox alter; at tu sit vetus an nouum,
Nil quod labores; alterutrum licet.
Fundit nouum & iusto vel ipsi
Subiicit, hoc melius futurum;
Qui procreasset si melius nouum
Et funderetur, tu modo, tu Deus
Responde: &, hoc si fors probabis,
Nempe mihi libeat videre.
His dum sibi atris ille placet iocis,
His atriores adiicit, ac vitrum
Dextrâ manu, extentoque ad auras
Porrigit ætherias lacerto:

O feruide vltor, nominis ô tui
Tuęque vindex vnice gloriæ,
Tange ò sceleſtum, tange nullĩ
Viſo homini, nec ei, flagello:
Olli omne ſaxi diriguit modo
Repente corpus nulla cadunt labris
Iam verba; torpentiſque nullus
Corporis articulus mouetur.
Tantum ora pallor luridus occupat;
Orbeſque apertorum ambo oculorum & hinc
Et hinc reuoluuntur, manetque
Quo prius attonĩtus ſedili.
Conata quantum vis valuit virûm,
Conata equorum (nam tria iunxerant
Valentium quamuis equorum
Colla) loco nequiit mouere.
Viuo ſodali guttura carnifex
Eliſit infami laqueo; ſibi
Patrata Manadata, ac nefanda
Plurima flagitia ante faſſo.
Vſtura deuotam & domum & hoſpitem
Immane flagrans ſtat pyra: ſed Deo
Vetante, nil auſura ſuetum
Flamma miniſterium negauit.
Sic, ecce, viſum ſupplicium Deo, vt
Illius, olim quæ lapidis ſuam
Mutauit in ſalſi figuram
Hoc oculis ſupereſſe noſtris.
Sic iſte ſpectaculum horribile omnibus
Fixus ſedili viſitur, vſque dum
Iuſtiſſimo auctori ſtupendi
Hæc ſua mens operis ſedebit.
Neu vana quiſquam quæ canimus, putet;
Iurare, coram cernere queis datum,
Auſi, Magiſtratuſque ſanctis

Ipſe loci tabulis docere.
Quas & petitas Lampſonio mihi
Miſit rogatus, pollicito recens
Miraculum æternare noſtris,
Si quid erant poterantve, Muſis.
Eſt nam, Poëtæ qui tribuat mihi
Nomen, ſed illi non ego credulus:
Læuine Torrenti, tibi huius
Do tibi nominis vni honorem.
Te myſticæ vnum te decus ô Lyræ,
Hoc magnum & admirabile opus Dei
Myſten Dei fas atque vatem
Fatidico celebrare cantu.
Ambabus ingens hauriet auribus
Erneſtus, oræ Legiacæ ferens
Cum ſceptra ſacris; ille Regum
Auſtriadûm ac Bauarûm propago.
Hic & ſeueri Numinis horridum
Torrentiano carmine opus canet,
Plus vna Apelleiſque pinget
In tabula digitis Othonis.
Quin arte texens Attalicâ dabit
Argento & auro ac fulgere ſerico,
Tuiqne donum auguſta templi,
Legia, parietibus dicabit:
Ætas vt omnis ſexus & intuens,
Læuine, diſcat carminibus tuis
Rem tantam inexhauſtamque in æuum
Omne Dei reſonare laudes.
Hæc inter altos aduena Teutonas
Quæ picta paſſim ſcriptaque videram,
Facunde Torrenti, ad penates
Vindelicâ rediens ab orâ,
Dum forte ſomnum Luminibus negant,
Heu bella noſtræ ciuica Belgicæ

Mœsto reuoluentem cubili
Per geminas vigilare noctes.
Media suasit, noster amor mihi
Curis vt ægram abducere tristibus
Dulcique delinire mentem
Nitituralloquio Thalia.
Quæ si iocosi Curia Neccari
In somniorum sede locauerit;
Maroniani emittet Orci
Porta mihi ad superos eburna.

---

# CAROLI LANGII GANDAVENSIS.

*In Europam seditionibus agitatam.*

FEcunda terras iam decies quater
Bearat almis mater honoribus,
Suosque diti afflarat aura
Bacchus agros toties colonis:
Spem miles illam perdidit impius?
Europa (sed quondam) inclita cùm domi
Sæuis, & in te irâ Deorum
Ipsa tuum fera vertis ensem;
Quo regna Ponti, & fertilis Africæ
Tot Martiarum sæcula gentium
Subegeras, coniunxeraſque
Sceptra, potens maris atque terræ.
Tantum nefas est imperium Iouis
Magnâ vibrantis fulmina dexterâ
Spreuisse, cœlestesque honores,
Masculaque haud adolesse turma.
Tu prima ritum auersa parentium

Ger-

Germana pubes, progenies Pholi,
Ferroque & igni audax adorta es
Sancta Dei violare templa.
Mox qui niuosis callibus Alpium
Pascunt secuti: deinde Britanniæ;
Et qui patenti plaustra ducit.
Barbarus Oceano Suedus.
Postrema nunc vrget decimo impetu
Quidquid sacrati est, Gallia mobilis,
Rhenique scriptis vsque ab ore
Auxiliis quatit impia arma.
Vna hos furores nescia fortium
Altrix virorum Oenotria, & alteri
Quæ iusta nunc dat sceptra mundo
Hesperia. O ita te vsque seruet
Magnus sacerdos: regia Numinum
Sic te Philippus seruet Hiberia.
Sed pœnæ abundè est: pone sæuas
Pone pater Superum sagittas.
Remitte cœlo Atlantiadem tuum,
Qui dissipatos relligionibus
Et Marte acerbatos nefando,
Mulceat ore agilique virga.
Hunc delinitos in veterem modum
Tranquam expiatâ tristiâ, asserat:
Iterque se nodo priori
Vinciat ingenuaque pace.

---

## CASPARIS LANTHONII.

*Vini potentia.*

Hercula mille pares quantumuis pinguia mensæ,
Mensa tepet, læti si desint dona Lyæi.

At si vina fluunt, quacunque paropside canes;
Omnia conspicias sumpto iuuenescere Baccho:
Sic curæ cyathis & tristia cuncta lauantur:
Vina parant animos, & curis pectora soluunt.

*Virtus.*

Nobilitat virtus, dat stemmata, præbet honores,
Dat duraturas secula diues opes.
Denique post mortem comes est: comitatur euntem:
Hac vere felix qui comitatus abit.

*In Auarum.*

Hoc fit pauperior quo plus ditescit auarus.

*Iuuentus.*

Nescia post- vitæ, seclique ignara futuri,
Vix vocat ante oculos præsentia, cœca iuuentus.

*Gastrimargia.*

Res gula blanda nimis, præbet fallaciter escam;
Melle sub oblato tecta venena latent.
Decipit allectos, captosque perenniter vrget:
O gula quot perimis pernicioſa viros!

*Christus.*

Christus, & ingressus libri sit & exitus; vt qui
Omne pium merita fronde coronat opus.

*Ad Robertum Monchium.*

En bissena tibi mitto pira, candide Monchi:
Non pira, sed pira qua sint data mente vide.
Is dat multa suis, vellet qui plura dedisse.
Præcipuum ex animo munera pondus habent.

*In mundi cultores.*

Qui terrena petit, præponens illa supernis,
Errat, & est veri nescius ipse boni.

Segnitia

*Segnitia fugienda.*

Sunt inopes multi, sectantur vt otia multi:
Cui robur membris, vis res tibi crescat abundè?
Pauperiem foribus veluti vis pellere furca?
Inde domi vt viuas partis frugaliter vsque?
Denique vis ne tibi dilecta pecunia nubat?
Ferre suesce graues, artem exercendo, labores
Disce pati pluuias, ventos, & frigora & æstus.
Nam comes esse solet pigris vt turpis egestas,
Solerti ac vigili sic cara pecunia nubit.

*Prudentia.*

Ante videt prudens quam tentet quidquid agendum
Vt vitet, vel agat sibi iam præuisa decenter.

*Iustitia.*

Propria dispensat vir iustus, cuique relinquens
Quæ sua sunt: malens lædi quam lædere quenquam.

*Temperantia.*

Temperat à licitis rebus quoque sæpe modestus;
Affectus vetitos semper ratione coërcens.

---

# BARTHOLOMÆI LATOMI ARLVNENSIS.

*In Odas Salmonii Macrini.*

HInc postquam niueo victurus in alite Flaccus
Aurea cygnæum fudit ad astra melos,
Excessit terris; sed plectra lyramque reliquit
Macrino: decet hunc carminis alter honos.
Omnis & Aonidum chorus annuit, annuit ipse
Phœbus: & hoc tantum, Gallia, munus habes.

# IACOBI LATOMI LOVANIENSIS.

*Tota pulcra es amica mea, &c.*

INter formosas, mea dulcis amica, puellas
Tota decora nites.
Quæ Charitum superat decus atque Heroidas omnes,
Semideumque genus.
Gratior Hyblæo facundia melle, diserto
Cuius ab ore fluit.
Balsama quod redolent, quod stacte & cinnama pura,
Quod Cilicumque croci:
Quidquid mollis Arabs profert, & quidquid odori
Barbara Memphis habet.
Quidquid & extremis mittit niger Indus ab oris,
Quidquid & Assyrius;
Hoc vnguenta meæ rodolent purissima Nymphæ:
Gratius illa tamen.
Sythonius Boreas & aquosus abiuit Orion:
Cana recessit hiems.
En mollis Zephyrus genitali vberrimus aura
Germine soluit humum.
Terra parens rerum fundit sua munera circum
Corpore restibili.
Et votis auidi iam iam responsura coloni
Exilit alma Ceres.
Quid volucrum genus, aut pecudũ, nonne omnia grato
Suautter igne calent?
Quàm nos, si nescis, mea lux, hoc vrimur igne,
Nos calor iste coquit!
Quem tu, Diua, potes, si vis, restinguere, sola

Quæ

Quæ facis vt caleam.
Ergo veni, mea lux, votis optata secundis;
Te mihi da facilem.
Viuamus pariter tempus dum suadet & ætas,
Et finit ipse Deus.
Surge age: quid gelidi fragosa cacumina montis
Incoluisse iuuat?
Surge veni: quid dura moras innectis amori?
In mea rura veni.
Nostra Phœbæa cingemus tempora lauro,
Subtilibusque rosis.

*De furibus & legibus.*

Comprensum duci furem cum forte videret
Is cui cognomen vita canina dedit,
Magnus ait paruum rapit in sua vincula furem,
Sumpturus pœnas dignior ipse pati.
Hæc Cynicus. magni subscribunt dicta Catonis,
Censuræ gestus quem celebrauit honos.
Priuatas hominum res qui furantur, in arcto
Carcere dicebat, degere more feræ:
Publica qui rapiunt, prædaque implentur opima,
Læta etiam sceleris præmia ferre sui.
Purpureos videas illos auroque nitentes
Agmine seruorum terga sequente gradi.
Nimirum telis similes quos texit Arachne,
Iure queant leges dici Anacharsis ait:
Constringunt inopem, perrumpunturque potenti:
Huic parcunt; illi vincla crucemque parant.

*Quis verè potens.*

Nomine non falso qui se volet esse potentem,
Ille suos animos, & fera corda domet:
Nec sua fallaci deuicta libidine colla,
Vnquam sustineat vincula fœda pati.

Iudia

India tota licet longe tua iura tremiſcat;
Vltima ſit Thule ſubdita terra tibi;
Si tamen haud animi poteris componere fluctus,
Nomine mentito diceris eſſe potens.

*De Scipione, ex Val. Max. lib. 3.*

Scipio Pompei partes & ſigna ſecutus,
Dum certat genero fidus adeſſe ſocer;
Cæſareo infelix ſuperatur milite: victus
Per maria Hiſpanos non bene tuta petit.
Dumque ferox hoſtis fugienti inſtare ſequendo
Continuat, captam conſpicit ecce ratem.
Pectora correpto ſua mox tranſuerberat enſe;
Dumque capi non vult, occupat ante mori.
Nec mora, dum celeri moribundus puppe iaceret,
Aduolitant hoſtes: de Duce quiſque rogat.
Ille ſed infeſto poſtquam ſe milite ſenſit
Quæri, nil aliud, *Dux bene*, dixit, *habet*.
Tantillum vitæ pulcros ſeruarat in vſus,
Signa quod inuicti pectoris apta daret.

*De Catone ex eodem.*

Clara tuæ æternum mortis tenet Vtica nomen,
Quam tua conſciuit dextera, magne Cato.
Illic manauit generoſo è vulnere maior
Gloria, quam fuerit ſanguinis vnda tui.
Namque inuicta fodis rigido dum pectora ferro,
Et conſtans animo nil dubitante cadis,
Nempe doces, quanto melius ſit morte decora
Exſtingui, vita quam ſine laude frui.

*De Prætore contra ſe ferente ſententiam.*

Prætoris fundo cum proxima rura teneret
Ruſticus, in medio vt non niſi foſſa foret,
Accidit illius fors taurus vt huius in arua

Ierue-

Irrueret nullo vim prohibente metu;
Ipsius vtque ferox occideret ante iuvencam,
Aduenies aliquis quam sibi daret opem.
Ergo miser damno perculsus rusticus itto,
Consilium vafro pectore tale capit:
Prætorem facti ignarum petit impiger, atque
Ciuibus vt vidit reddere iura suis,
Tempore quo voces nullas emittere nulli
Fas erat assensum ni prius ille daret:
Heu bone Prætor ait fas ne est mihi dicere pauca?'
Cui Prætor, fas est si modo pauca refer.
Quam tenuis limes nostros disterminet agros,
Fossaq; vt hos dirimat non spatiosa tenes.
Hanc noster taurus transgressus forte, iuvencam,
Quod doleo, occidit Prætor amice tuam:
Quam pœnam tauri dominum sit pendere iustum,
Et quid constituant heic tua iura, doce:
Cui iudex; pretium vaccæ, vicine, necesse est
Soluere: sic leges iuraque nostra volunt.
Rusticus, vt rursum dicendi facta potestas,
Errauii imprudens, optime Prætor, ait.
Quippe tuus nostram volui tibi dicere vaccam;
Occidit taurus; lapsaque lingua mea est.
Heic Prætor: res est alia hæc, respondet. at ille;
Imò eadem iudex, vnaque prorsus ait:
Gaudeo, dixisti mihi ius æquumque bonumque,
Quale facit leges, scitaque vestra iubent.
Sic vafer interpres iuris delusus iniqui,
Iudicii pœnam pertulit ipse sui.

*In obitum Ioan. Costeri.*

Costerius iacet heic: satis hoc monuisse viator:
Nempe quis audito nomine plura roget?
Sponte tibi heic subeunt niuei & sine crimine mores,
Canaque cum summa religione fides.

Inuictum

Inuictum pectus, nulli penetrabile culpæ,
Virtutis custos, nequitiæque fugax.
Intentum studiis semper. sanctoque labori;
Denique per cunctos vita probata modos.
Artibus in cœlum si quis grassetur eisdem,
Exspectet placidum post sua fata Deum.

*De Diogene contra populum nitente.*

Exiret pleno populus cùm forte theatro,
Densaque compressum turba teneret iter,
Confertos contra Cynicus contendere certat,
Vrget & aduersus millia multa gradum.
Conantem rident omnes, ceu mentis inanem;
Pergere conatur non minus ille tamen.
Cur faciat, rogitant? hæc dicta rogantibus infert:
Ingenio quadrant scilicet ista meo.
Nimirum vt populo semper contrarius irem,
Omne fuit studium propositumque mihi.
Quidquid enim magno consensu amplectitur ille,
Inuisum merito debet habere sophos.

---

# IOANNIS LATOMI BERGANI.

*In Elogia Iouij. ad Roberti à Bernemicourt pios manes.*

AN mihi præcipes etiam, Mors inuida, quæ tu
Vulnera feciſti, vulnera vt esse negem?
Nec mihi concedes, vt iusto verba dolori
Impendam? & Iustus qua ratione, loquar?
An quem tu perimis, vel aperto crimine, nostris
Sensibus ereptum, carminibusque voles?

Ah, Mors, non possum. nec erit tua tanta Tyrannis,
Vt paria in viuos regna tenere velis.
An ne etiam gaudes (vt falsè es liuida) fastum
Ornari lachrymis, carminibusque tuum?
Et tua tum demum iactas illustria facta,
Insigni è luctu quum grauiora vides?
Vtcunque est: seu te doleat, seu dura, iuuabit,
Me sanè in lachrymis, & gemitu esse iuuat,
Et iuuat in miseros deducere carmina questus,
Carmina cupresso conspicienda nigra:
Et tecum miscere elegos, miscere querelas,
Et casum generi, Schete, dolore tui.
Et iuuat hoc etiam defuncti manibus illam
Quam possum vitæ ferre decenter opem.
Ah, non tam validis, vt quondam Epidaurius, herbis,
Non quibus est medicis Phasias vsa focis:
Sed cantu, & numeris. vtinam vel qualibus Orpheus
Plutonem fregit, perdomuitque canem.
Nostra, nec addubito, Geticam illam causa grauaret,
Dignior & lachrymis, & pietate foret.
Illi rapta licet fuerit crescentibus vxor
Annis: tu solo pectore adultus eras.
Vxor primus amor fuit, at non vltimus, illi:
Hoc nisi, non alio tu potes igne frui.
Prolibus at petiit forsan spatia apta creandis:
Sed fuit in sterileis pronior ille mareis.
Quo minus ast iterum bis denis mensibus extos,
Si quid obest, oberunt hæc tua Fata: pater.
Ne dicam, lachrymas quod iam deterserat illa,
Casum iterum Fati segnis obire noui:
Quid tua non luget? quid non dolet Agnia, fletu
Exoraturos impediente sonos?
Cum qua Instauramus socii, quibus ille carebat:
Cum lachrymis blandas, turba prolixa, preces.
Hæc ego Bistonia canerem si voce, mouerem

Perse-

Perſephonem durum Perſephoneſque virum
Non grauis ille foret Stygias inflectere leges,
Et ſinere ad reditum ſtagna patêre tuum
Tu neque reſpiceres: neque quod toue nata, timeres
Ne quid Auernalis ſumpſeris ante cibi.
Ipſe opere inſueto gauderet nauta: nec è quo
Littore conſueuit cymba referret onus.
Hoc demum officii noſtrum exæquaret amorem,
Et pietas animo par feret iſta meo.
Quod cano ſed minus eſt: non eſt potis iſta mouere
Vena Meduſæis horrida monſtra comis.
Infra animum longe ſubſidit carmen: ad ima
Fertur vt inſuetus, dum petit alta, faber.
At quæ cymba minus firma eſt procurrere in altum,
Littora, nil prohibet, per vada tuta legat.
Sed neque tuta lego: nam me meus ardor in æquor
Altius, ingenii pro ratione, rapit.
Scilicet excolui doctos in imagine vultus,
Quos in Muſæo condidit ille ſuo,
Ille, inquam, Iouius: cui ſcriptus piſcis, & herbæ,
Et tenor Hiſtoriæ nomina longa dedit.
Quemque per ingenuæ laudis genus omne vagantem, &
Carpentem titulis optima quæque ſuis:
Impulit huc ſtudium pietatis, vt ora virorum,
Ingenii propriis qui enituere bonis,
Seu noſtra miſeri, ſeu ſunt meliore beati
Sorte, ſua in villa viua videnda daret,
Quam mire extruxit victuro in nomine, Comum
Qua patriam Lari verberat vnda lacus.
Picta videnda dedit: ſed multo illuſtrius, addit
Ex merito laudes quando cuique ſuas.
Huic ego conatus noſtris ſubſcribere Muſis,
Carmina quæ luſi dedo, dicoque tibi.
Quæ precor vt viuant, ne tu moriaris in illis,
Et iubeas vitæ damna iterata tuæ.

Sedl

Sed bene quod mors est non hic, velut ante, timenda:
Attineæ, & blattæ, tempus & illud edax.
Et sane hæc timui: tamen & protrudimur vltra,
Tardanteisque meos spes rapit acris equos:
Tum quod nostræ aliquod forsan quoque pondus habe-
Quæ nullo laudes sunt mihi felle litæ. (bunt,
Tum mea quod pietas in te præclustrior esset;
Firmior ad longos si queat esse dies.
Spes est, quum fide mea vitis inhæreat vlmo,
Fondere quæ proprio pressa iaceret humi.
Donec erunt Musæ, donec qui diligat illas,
Et iam non totus barbarus orbis erit,
Musæum Iouii, Iouius dicetur & ipse,
Illaque pictorum docta caterua virûm.
Et puto iam famam transisse Themistidos oram,
Inque Peruranis consenuisse locis.
Quis scit, si nostra hæc illo vsque Roberte sequantur?
Mancipia à Dominis non decet esse suis.
Quos inter melicos non ibis vt anser olores,
Vt pudor Aonii parsque pudenda, chori.
Sed tua te virtus, doctæque scientia mentis
Asseret illustri constituetque loco.
Quem licet octaua iuuenem trieteride raptum
Vsum bis linguis nouit Apollo tribus.
Nouit & ingenii quam multa recondita in ipso
Tempore prompturus, si licuisset, erat.
Iudicium accedit soceri post omnia Scheti,
Et quasi de rapto nunc quoque patre dolor.
Nomine doctrinæ de mille sodalibus vnum
Legerat, ex eius stirpe futurus anus:
Nomine doctrinæ curarum dulce leuamen
Ingemit, estque sui (credite) parte minor.
Troin si quid mereor, si factum Paule probabis,
Sit fas hunc libro præposuisse tuo.
Quod quis vt inuideat: satis est hæc gloria nobis.

Materies morbi cteſcat vt vſq; ſui.
Tu mea apud doctas quum carmina legeris vmbras,
Grata celebratis ſintque Raberte, viris,
Hæc per me Latomus vobis encomia ſcripſit,
Dic, & amicitiæ pignus id eſſe meæ.
Sic tibi det requiem qui verſat ſortibus vrnam
Æacus: & longum care Roberte, Vale.

*Ad Paulum Iouium Iuniorem.*

Paule, ſi adhuc ſuperas, Iouiani nominis hæres,
Ad te hæc miſſurus qualiacunque fui.
Sed quia longa via eſt, inieſſaque forſan ab hoſte:
Ah, nimium, dixi, longus hic error erit.
Non dare patronum, qui vindicet iſta, verebar,
Qui tamen è viuis hoc agat, vnus eris.
Nam tu, cui volui pars eſt mihi magna, placere,
Muſæi dominum quum reor eſſe ſacri,
Cuius in extrema precor hæc quoq; parte locari,
Si tamen hoc gratum eſt; immo erit: es Iouius.

*Albertus Magnus.*

Quantum erat, hoc quondam cognomẽ, Magne, tuliſſe,
Quum ſolide doctus nullus in orbe foret?
Eſto, vetuſtatis factum laudatque, probatque,
Et tibi poſteritas ſancit, habetq; ratum.

*Sanctus Thomas.*

Doctior, an dicam vixiſti purior? atqui
Vixiſti quo non tempore debueras.
Ingenium, ſterili quod tunc defloruit æuo,
Hoc natum cœlo ſi meliore foret,
Fallor, vel poterat paraſangis vincere multis,
Quotquot ab exculta pectoris arte vigent.

*Iaannes Schotus.*

Quæcunque humani fuerant, iuriſq; ſacrati,

In

In dubium veniunt cuncta, vocante Scoto.
Quid? quod & in dubium illius sit vita, vocata,
Morte illum simili ludificante stropha?
Quam non ante virum vita iugularit adempta,
Quam viuus tumulo conditus ille foret.

*Dantes.*

Maior ab exilio parta est tibi gloria, quam si
Non esses patriam vertere iussus humum.
Ingenio siquidem stimulos dolor addidit, & te
Fecit ad ignotos condere verba modos.
Vt modo non certent de te tantum oppida septem
Italia affirmet tota sed esse suum.

*Francisco Petrarcha.*

Qui tanta Etrusci carminis dulcedine,
Tamque æstuosis vexeris præconiis
Tuam puellam, vt nemo te non crederet
Flagrare, quantis nec vel Æthna incendiis,
Atqui idem amoris frigidus neglexeris,
Quem spectat omnis amans vel in tenebris scopum:
Amasse Lauram, an Lauream te dixerim?

*Io. Boccatius.*

Inter Auernaleisanimam dum cogeret vmbras
Cyllenius Bocacii:
Ergo, ait hæc nostri spes est præclara laboris,
Vestrę que gratitudinis?
Antea qui nulla vixistis lege diremti,
Misti noti cum gnesiis,
In certam primus stirpem, classeisq; redegi,
Secans minorum gentium
Maiorumque tribus: vt sit cognoscere promptum
Suos cuique posteros.
Immo ait ille, arcte dum nos facis ipse sedere,

Totamque farcis curiam
Patribus, astra tibi quis te magis inuidet ipso?
Nam plena sunt subsellia.

*Bartolus.*

Vnquam si poterunt perire leges,
Cum ipsis Barthole legibus peribis:
Ast si harum steterit perenne nomen,
Non est quod timeas mori perennis.

*Baldus.*

Qui Baldum iuri negat accendisse lucernam,
Ille potest medio Sole negare diem.
Nam dudum extinctam hæc meliora secula lucis
Opprimerent: radiis sed micat illa suis:
Illa suo authori tanto speciosior, orbis
Fulgida quod mediis luxerit in tenebris.

*Leonardus Aretinus.*

Si quis bene vnquam meritus est de litteris,
Is Leonardus erit.
Qui fluctuantes litteras Pelasgicas,
Exilioque vagas.
Iam iam futuras: scilicet Byzantii
Sceptra premente Deo.
Late excitatis Barbaris: Quiritium
Primus ad arua vocans,
Septena duxit vrbis ad palatia.
Vnde statim Italiam
Missis per omnem plurimis coloniis,
Tam bene nunc habitant,
Solo vt nequirent in patrio opulentius.
Proin Leonarde tuo
Fruêre merito, gens Latina litteras
Dum colat Argolicas.

*Poghius.*

grauibus potui ſtudiis qui clarus haberi,
Corrupi ingenium plus ſatis ipſe meum.
onuerti a rixas animum, nugaſque facetas,
Sed Cato quas nolit, quaſque Sabina legi.
ac ego quæſiui vitam male ſanus in herba,
Heu facit ad vitam ſed nihil iſta ſeges.
uo tamen: ſed non aliter quam Heroſtratus ille:
Quæſita & parta eſt crimine vita meo.
os moneo, ingenio quicunque & ab arte valetis,
A ſolidis vitæ quærite rebus opem.

*Ambroſius Monachus.*

ui legis hunc tumulum, legeres ſi ſcripta ſepulti,
Poſſentque hîc oculis nuda parére tuis:
iam fluit eloquio, quam dulciter afficit, vtque
Nil niſi nectareum quolibet ore ſapit:
uinus fieres nec quamlibet ante ſciiſſes,
urares dictum protinus Ambroſium.

*Antonius Panhormita.*

m Valla, fateor, mihi non conuenit ob idne
Et ſalis & Veneris laus mihi tota perit?
ixi comis & (credite) ſemper amaui,
Qui iuuenem duxi iam ſatis ipſe ſenex.
n colui Muſas; quæ Valla, quia omnia ſpreuit,
Dico illum humanum non tenuiſſe modum.

*Laurentius Valla.*

baries Gothicis inuecta ferociter armis,
Conſtiterat ſolido per Latium omne gradu,
ue clientelis quum iam muniſſet, & annis,
nq; hoſtem blattas mitteret, & tineas:
ignans patriam tam fœde Valla iacere,

Armauit subitam, conseruitq; manum.
Illa supercilio sperans rem posse teneri,
Debacchata quidem, sed prope fracta fuit.
Et nisi per mortem, cecidisset tota profecto;
Interea vinci qua valet arte, liquet.
Quis tibi pro meritis (si grata est Roma probabit)
Ponimus hæc tumulo carmina Valla tuo.
Romulus est Vrbis, Valla est idiomatis author.
Hic reparat primas, primus vt ille struit.

*Flauius Blondus.*

Dum stetit augusto Romanum limite regnum,
Termine, Diis magnus æquiparandus eras.
Cedebant illi venturo ex arce Tonanti:
Custodi imperii mansit, vt ante, locus.
Cur nunc mortali cedis, die Termine, Blondo?
Pondus habet meriti num Iouis, atq; tui?

*Petrus Candidus December.*

Quis iacet hic multa formosus messe December?
Ingenium æstiuæ fertilitatis habet.
Quid non talis ager hac tempestate tulisset,
Ingenia autumno quando fouente calent?

*Donatus Acciaiolus.*

Quam vitam impartis aliis, abs te accipis ipse;
Et frueris meritis Acciaiole tuis.
Dignus, quem docti simili pietate Nepotes
Exornent: atqui sufficis ipse tibi.
Nec patria ingrata est, pro qua vel Fata subisti:
Quæ tibi dat tumulum, quantum habet imperium.

*Philelphus.*

Lis super accentus Græci ratione, Philelphum
Timotheumq; inter (Græculus ille fuit)

Orta-

Ita est: dissidium placet hoc sopire periclo,
Græculus æs barbam victor vt ille ferat.
Vii bene, Romanus superauit: & ille coactus
E pacti barbam tradere lege fuit.
Exultas spolio, Græcaque vxore superbis:
Non est ingenio laus minor ista tuo.

*Perottus.*

Cornu nobile copiæ Perotti
Non quale Oleniæ puer Capellæ
Sanxit Iuppiter, intulit Cœlo:
Aut quale Herculea manu reuulsum,
Ætoli fluuii perenne vulnus.
Thymo & baccare Naiades replerunt:
At doctum variumque multiplexq;
Et cunctis opibus cupediisq;,
Quas Musæ Oenotrides amāt, refertum,
Hic ille est liber, ille Martialis
Interpres. Latiæ illa lingua linguæ
Cornu nobile copiæ Perotti.

*Platina.*

Dum res Pontificum strueret, prope fractus ab alto
Collapsus est fastigio.
Romulus auspicio est, quia sacræ conditor Vrbis
Nec non Remus periculo.

*Iacobus Cardinalis Papiensis.*

Hic ille cardo. & alpha litterariæ
Gloriæ, Iacobus Papiensis accubat:
Pio parenti, homuncioni Syluio.
Vterq; quorum literis euectus est,
Ille ad tiaræ triplicis fastigium,
Hic ad rubentis purpuræ: in qua substitit
Patri hoc libenter deferens, honoribus

Vt præstet ipsi, cæteris ac doctibus:
Pio parenti filius gratissimus.

*Domitius Calderinus.*

Heus tu Viator, si vacat: sed accede
Sic, vt neq; anima, neq; strepitu molestus sis:
Namq; æger est qui hic dormit; & caput languet,
Adhuc misello tinniens, ob illas quas
Conuitiorum prope muliebrium pugnas
Pro literis plusquam viriliter gessit:
Humanitatis haud ferentibus *Musis*
Decus, tam inepte, turpiterque proscindi.
Factum vnde credo, quod, bene meritum quamuis,
Etiamque dum virum, annuêre sustolli.
Tu Calderinum Domitium, satis si vis,
Salueto notum: & rem tuam ito curatum.

*Antonius Campanus.*

Campani ad tumulum sedet, & facundia muta est:
Quo cum nempe viro tota prope interiit.
Aut si quid loquitur, triste est, & flebile: linguam
Contenta in cladeis expediisse suas.

*Emanuel Chrysoloras.*

Illustres inter doctrinæ laude Latinos,
Quem primum Argiuos conspicis ante suos:
Ille est Emanuel, peritura ex Hellade mœstas
Qui primus Musas transtulit in latium.
Quam sedem vt melius ferrent. & iam quoque amarent,
Miscuit hic strictis pallia lata togis.
Vt qui sit vestem modo non indutus vtranque,
Sit dignus neutro protinus ille choro.

*Bessarion.*

Damna quis amissæ si nesciat Helladis vno

Maxima

Maxima metiri Bessarione potest.
Qui si Romanas esset moderatus habenas,
Sortitus nostrum post sua Fata Pium,
Secula vidissent summum par illa virorum,
Quale nec vlla prius hora vel ora tulit.

*Georgius Trapezuntius.*

Quum nomen tumulus meum loquatur,
Qui sim, vel fuerim, vel hic sepultus
Dormiam, an vigilem, rogare noli,
Et turbare meam precor, quietem.
Nam cur ingenii tot illa nostri,
Tibi, inquam, monumenta publicaui,
Quam nunc ne fieres mihi molestus,
Atq;, me melius, mea inde nosces.
Nam vita incolumi, valens, videnſque,
Amisi omne penu mei cerebri.
Insectando malum Platona sed tu
In crucem: qui iterum facis, Platoni
Vt miser male vapulem, ito. abito.

*Theodorus Gaza.*

Ille Deûm munus (fer thus, & liba Sacerdos)
Atq; adeo hîc linguæ Gaza vtriusque, iacet.
Græcia quem genuit, suscepit Roma: sepultum
Communi titulo Græcia Magna fouet.

*Argyropulus.*

Hac Argyropyli teguntur vrna
Ambusti cineres & ossa tantum,
In qua nec cineres, nec ossa tandem
Ætas inueniet: sed ampla nunquam
Fama destituet locum sepulti.
Quæ per docta hominum volabit ora,
Totumque afficiet stupore mundum,

Donec Græcia Turcicos triumphos
Indigno ſtomacho feret, coquetque.

*Demetrius Chalcocondyles.*

Quid eſt quod vſquam ſit ſatis mortalibus?
Sui nec vlla parte cor quod torqueat.
Senex, nec abſq; literarum gloria
Vixi: at malorum hoc eſt catena longior:
Duriſq; emuntur litteræ laboribus,
Et ſane iniqui efferuntur præmiis.
Fœcunda coniunx, & domi perſtrenua,
Sui pudoris proximum eſt periculum.
Iam bis miſer, quod quid ſit educatio,
Simulq; ſcirem quid mali ſit orbitas.
Quare referta quum malis ſint omnia,
Vitam vt cito obeas quam leuiſſimis, pete
Quo tunc beatus, hic quod haud vales, agas.
Ito, & precare mutuum Demetrio.

*Marcus Muſurus.*

Arma Pelaſgiacas quaterent dum Turcica terras,
Inuecherent culto barbariemq; ſolo;
Quid facerent Muſæ? fugere Helicone relicto,
Thocin & Aſcræum deſeruêre nemus:
Regna Latina petunt: & erat Muſurus in illis:
Hoſpitio vtuntur hoſpitis ante ſui.
Nunc etiam buſtum, grata pietate, ſepulti
Officii quauis ſedulitate colunt:
Theſpiacas frondeis circum & Permeſſida laurum,
Et ſacro ſpargunt ex Helicone thymum:
Caſtalias lymphas aliæ: & cape munera dicunt,
Muſure, Aonii factus Apollo chori.

*Ioannes Laſcares.*

Laſcarus hic Graiæ doctrinæ, & nominis hæres.

Vltimus

Vltimus ex illa gente, domoque iacet.
Cum quo lugemus florem periisse Pelasgûm
Helladaque ingeniis obsoluisse bonis.
Damna tollenda nimis: sed quæ maiora futura,
Huius ni pietas aduigilasset, erant.
Qui non contentus priscos conquirere libros,
Italiam & tantis accumulasse bonis:
Semine Mygdoniæ pubis replenit eamdem,
Quos natiua penes linguaq; voxque foret.
Queis tibi pro meritis Latium sese obligat, illa,
Dempturum patriæ barbara vincla tuæ.

*Rudolphus Agricola.*

Qui putat ingeniis patriam conferre, Rodulphum
Agricolam Latii dixerit esse soli.
Aut extra Italiam nasci minus esse beatum,
Hunc ipsum Frisium, qui putat, esse sciat.

*Leo Baptista Albertus.*

Quisquis barbarus es, rudisque Phœbi,
Hoc saxum pedibus caue profanes,
Quod sane eximium tegit leonem
Peius angue tuum genus perosum.
Nam Musis sacer est: eaq; secum
Vel hîc in tumulo moratur oris
Docti blanditiis: vel ipse cum illis
Indagat Clarios comes recessus.
Doctis multiiugam referre prædam
Non raro vnde solet stupente Apelle,
Atq; Vitruuio sagacitatem.
Sed quid te dubium morer? Leonem
Albertum satis ii loquuntur vngues.

*Laurentius Medices.*

De te nil dicam: sed enim si dixero, quantum est,

Vel

Vel te Diis genitum, vel genuisse Deos?
Vatibus Ausoniis mandatum hoc muneris esto:
Carpere nam laudes, est violare, tuas.

*Petrus Leonius.*

Pallet conspectis vbicumque Leonius vndis,
Et velut à certo protinus hoste timet.
Scilicet has tacite didicit, monstrantibus astris,
Moliri vitæ Fata suprema suæ.
Cur sed vbiq; timet? cur omneis deniq;, semper?
Astra cauendi etiam cur tacuêre viam?
An non terra suos gignit, licet arida, fonteis?
Et cœlum pluuias non quoque seruet aquas?
Forsitan has aliquo in puteo tibi Fata reponunt:
Nec poteris clare cum Phaetonte mori.
Sed fugis Euganeos, Padumque, & aquosa Timaui:
Stulte, fuge, & longum de doceare metum.

*Hermolaus Barbarus.*

Quid stas, & titulum stupes, Viator,
Hoc sub saxo aliquem ratus sepultum
Gallum, Teutonicum, Scotum, vel Anglũ,
Genteis quas modo Barbaras vocamus?
Erras. Barbarus Hermolaus ille,
Ille Barbarus, vtriusque linguæ
Venus, delitiæ, lepor, voluptas,
Quo nemo melius tenebat omneis
Germanæ numeros locutionis:
Hoc sub marmore, nunc cinis, recumbit:
At non mortuus: imo mortis ipso
Victurus scelere vsq;, & vsq; & vsque:
Rumpatur Venetus licet Senatus.
At si te nouitas moratur huius.
Vocabli, ratione scito factum,
Qua suos Domini solent Quirites

Insigni-

Insignire duces, vt Africanos,
Cimbros, Pannonicos, Isauricosque:
Victarum pura gentium trophæis.
Sic & Barbarie per hunc latinis
Pulsa finibus, & iugum subacta,
Iure Barbarus optimo vocatur.

*Georgius Merula.*

Cur fugis à titulo? quo tam cito, quæso Viator?
Siccine, quod possim carpere, habere times?
Ingenio hoc vixi fateor: plureisque lacessi
Pro rigido exercens scilicet ense Stylum.
Parcebam nulli, gaudens è cæde frequenti
Lassa cruentatas figere in ora manus.
Et tu forte times, ne nunc quoque dentibus idem,
Quæque Theoninis non placitura petam.
Optarim sane: neque enim tibi abiret inultum
Phœbe sacerdotem sic habuisse tuum.
Nam fœdasse suas quod me malus arguit arteis.
(Tutari parteis hoc vocat ille suas)
Tergentis voluit pueris à clunibus essem,
Quos male mundatos mors inopina rapit.
Ah miser. at quod idem multi quoq; nunc imitantur,
Iam successorem mî fore spero aliquem.

*Angelus Politianus.*

Hoc tumulo Charites, lepor, & bona Suada, iocique,
Et Musæ, & Phœbus, plectra, chelysque iacent.
Cuncta obiêre simul (neq; enim sunt visa deinceps:
Nec viguit fuluis laurus, vt ante, comis)
Verus vt ille pudor Graiûm, columenque Latinûm
Angelus arguta desiit in cythara.
Nam fuit hæc (miserum) sæuæ culpa altera Parcæ,
Cantantis filum præsecuisse viri.
Ah, sæuûm potuit qua flectere corda ferarum,

Non

Non potuit duram flectere voce Deam.

*Picus Mirandula.*

Ne Pici ingenium deberi quis putet astris,
Nil genere hoc artis, vanius esse docet.
Quem vitam & mores frugi assiduumq; laborem,
Astrorum scimus percoluisse loco.
Sed tamen est aliquid (fateor) quo debeat astris,
Quod cito se nostris eripuêre malis.

*Pomponius Latus.*

Effert Pomponi dum te Romana iuuentus,
Et foret in gremio Roma beata suo:
Fama est, inuidiam summorum adeoq; Deorum
Hunc tumulum, hos gerulos conciliasse tibi,
Sed tamen hoc summi tibi debebatur honoris,
Vt tua mors Superis inuidiosa foret.

*Callimachus.*

Exuuias præter pellemque atq; ossa Latini
Nil hîc Callimachi Barbara terra tegit.
Illa Boryslhenides rapuêre, tenentq; Camœnæ,
Quarum primus amor, gloria prima fuit.
Hoc perfecturus, si copula longa fuisset,
Venissetq; suo iusta propago thoro
Sarmatide è nympha: ne Barbara terra videri
Posset Romanæ vel minus apta togæ.
Sed mors inuidit, qua nil odiosius: atqui,
Quæ feritas tacito non caret opprobrio.
Æneus est tumulus, mors Ænea: & Æneus ille,
Qui legit hæc siccis tristia verba oculis.

*Hieronymus Sauanarola.*

Dicere me prohibet pietas Hieronyme quicquam,
Tuo quod olim nomini

Officiat

Officiat: vetat aſt eadem me dicere, paſſum
Te præter æquum talia.
Illud nemo negat, vel Momo durior, eſſe
Quæ ſcripſeris piiſſima.
Quæ dum compono tibi, neſcio, numne dolere,
Vel gratulari debeam.

*Marſilius Ficinus.*

Hic hic Marſilius notiſſimus ille Ficinus,
Totius Auſoniæ luxq; decuſque, iacet.
In paruo ingenteis qui clauſit corpore dotes:
Immo non clauſit, ſed magis exeruit.
Quare etiam hęc parua fama eſt anguſtior vrna:
Ni tamen hæc potius, quem replet orbis erit.

*Galeottus Martius.*

Et galeæ & Martis tibi fecit nomina mater,
Illa nouis facibus trita doliſque Venus,
Ne ſi te Mauors reſciſcet Apolline cretum,
Vim tibi, vel matri, ſæuus vt eſt, faceret.
Proinde nec eſt mirum, ſi vincis vtraq; palæſtra,
Eſtq; tibi niuei copia tanta ſalis.
Quem voluit mater tinctum ſua olente ſaliua,
Et pater ornatum munere vterque ſuo.

*Eliſius Calentius.*

Eliſius tenere teneros dum ſcribit amores,
Durare ad ſenium tam tener haud potuit.
Sed nec erat diues nec mirum in vate negatas
Spernit is, ancillas aut facit artis, opes.

*Pandulfus Collenucius.*

Eſto, Tyrannus ſtrangulauit impia
Nimis, heu, apertum fraude Collenuccium,
Illumne, ô hoſpes, an magis ſe perdidit?

Sua

Sua ille viuit claritate in litteris.
Arctæque vitæ nobili præconio.
At iste tali morte viuens concidit,
Quod nunc morî vt nec vinere olim, non liceat:
Illius vtrumque præstruente gloria:
Proinde verum si tacere nolumus,
Non vim tyrannus intulit, sed passus est,
Quæ laurea illi prorsus est clarissima.

*Ioniæus Fontanus.*

Ab hoc si tumulo procul profani
Arcerent oculos manus, pedesque:
Et solis aditum darent poetis:
Huc suo Lepidina cum Macrone
Ductatum choreas, nouatum amores,
Et ad delitias nouas veniret.
Baianæ lepidæ & leues puellæ
Hic potos calida senes lauarent:
Queis lusum vt facerent proteruiorem
Cursarent pede, brachiisq; nudis:
Proferrent niueas sinu papillas:
Femur negligerent fluente veste;
Darent basia pluribus figuris,
Quam suis citrios colunt in hortis
Tum pulchra Antiniana, tum Patulcis,
Sed quos aureola coma virenteis,
Et gratos triplici colore fœtus,
Hoc circum ordine ponerent sepulcrum:
Vndas Eridanus suas rigandis,
Igneis Vraniæ daret fouendis.
Huius luminibus locus caleret:
Illius lachrymis solum teperet.
Et hæc omnia Gratiæ probarent,
Musæ percolerent, Amor, Venusq;:
Ab hoc si tumulo procul profanâ

Arce-

Arcerent oculos, manus, pedesque:
Et solis aditum darent poetis.
Queis nunc sancte senex tuo in sepulcro
Et nos perfruimur tuo in libello.

*Sabellicus*

Magnus in hoc tumulo iacet ille Sabellicus, orbis
Cuius ad ingenium non satis unus erat.
Tempora permodicis incluserat omnia chartis,
Seruire exemplo quæ potuêre aliquo.
In Venere incerta tamen hic contabuit: atque
Maluit Italicus Gallica Fata pati.
Qui iuuat humanos scire atque euoluere casus
Si fugienda facis, & facienda fugis?

*Laurentius Laurentianus.*

Candida laurus erat quondam prælata sepulti
In titulo, geminis (gloria rara) notis:
Artei: dum coluit, dum clarus Apollinis inter
Mystas; perpetuum viuere dignus erat:
Quæ super hunc tumulum fuluis modo passa capillis,
Stultitiam domini deflet & ipsa sui.
Qui sibi spes subitò quod erat præcisa parandi
Optabat quali commoditate domum,
Fortunæ impatiens, puteum se misit in altum:
Sicque miser vitam perdidit atque animam.
Hoc est versuram vitæ feciſſe, domusque:
Nempe, perire male, nunquam habitare bene.

*Antiochus Tibertus.*

Hos ego diuinos aliquid sane esse putassem,
Et tantum humanum non superare modum;
Si non præ reliquis illos humana viderem,
Enormi quadam cum nece Fata pati.
Adde quod est grauius, mala quum licet ante videre,

Non æque vt caueas ante videre licet.
Et tamen ac liceat secum, sine lumine, pugnant,
Vimque suis Fatis frustra adhibere student.
Hoc docet Antiochus; qui Fata nisi ante scisset,
Innocuus poterat & sine cæde mori.
Hoc supereſt Lector (si me patiare monentem)
Diuinus fias, si miser esse voles.

*Philippus Beroaldus.*

In lingua Venerem nequicquam quæris, Amice,
Partem aliam obsedit corporis illa mei.

*Hercules Stroza.*

Se Venus occultans Martis damnauerat vsum,
Caste cum fabro viuere certa suo.
Non tulit ille ferox: & se quærendo fatigat,
Alterutrum, vel quo tradat vtrumq; neci.
Frustra at discursans cœli per compita, lustrat
Lemnum, Imbrum, Lyparã, comq; Amathunte Paphũ
Pergit ad occiduas mundi perquirere partes,
Maxime vbi Eridanus læta per arua fluit.
Hic videt insignem, claudo sed poplite, Strozzam,
Quem circum semper plurimis ignis erat.
Hinc Mars non dubius Vulcanum credidit illum
(Quomodo enim vatem nosceret ille ferus?)
Non, ait, effugies: nec nox tibi fumida; nec quod
Multa, præsidio, claude veharis, erit.
Dixit: & intorsit sæuum per tempora ferrum:
Tempora puniceis sæpe reuincta rosis.
Ille abiit: aderat mox Cypria conscia cædis,
Efflantiq; animam sic ait illa viro:
Plus satis ad vitam cecinisti carmina: posthac
Tu mecum & tecum noster Adonis erit.
Certè indignus eras: sed pro qua multa tulisti
Viuus, debebas & mihi Strozza mori.

Bapt.

*Bartol. Coles.*

Cur caput armatum galea? latus enſe reuinctum eſt?
Vim fati radios dixtin' habere tuos?
Sed video melius Fatum eſt neſcire: ſciiſſe
Quando nihil prodeſt, tela, nec arma valent.

*Ioannes Cotta:*

Dic mihi: Pierides. Venerem neſcire fatemur:
Sed Venus eſt carmen nil niſi, Cotta, tuum?
Fallorian idcirco, Veneris quo gaudia Muſis,
Sera licet, repares, tam cito raptus abes?

*Petrus Crinitus.*

Iactent perpetuam quod vates carmine vitam,
Hanc quoque pro arbitrio dent, adimantq; ſuos.
Mortem irritarat, veteres vt acerba poetas
Temporis æternas mergeret in tenebras:
Seque tuebatur. dones Crinitus & illos
Temporis, & mortis tolleret è manibus.
Qualemcunque vicem, quamuis iam victa rependam?
Mors ait: & certe tu mihi ſtulte lues.
Tune magis ſtulta es, quæ illum euertere ſperas,
Per quem tam fœde tempus, & ipſa iaces?

*Hieronymus Donatus.*

Plus quam Roma ſuo Gallis defenſa Camillo,
Hoſtem ſemel quem fecerat:
Donati meritis nullo non tempore ſummis;
Semperq. ciuis optimi,
Illaque non vnis erepta potentibus armis,
Regina debet Adriæ.
Atque illo vberius: patriæ quod commoda ſpectans,
Sprenit paratam gloriam.

Quam raro ingenio multam cumularat Apóllo.
Sed patriæ donatus est.

*Alexander Achillinus.*

Quisquis Auerroem censes habuisse cerebrum,
Falleris: haud est me passus habere meum.
Regula non fallit: propter quod quodlibet vnum
Taliter affectum est, sed magis illud erit.

*Bernardinus Corius.*

Scripsisti patriæ: patria & tibi grata rependit
Ad bustum assiduas cum gemitu lachrymas.
Indoluit Phœbus lachrymasque in flumina roris
Et gemitus Zephyros vertit in herbiferos.
Illa rigant latè terram: terra ebria florum
Gignit opes circum laurea sylua viret.
In quam dum Zephyri incumbunt, vox redditur ista:
Viue Cori patriæ, viuat vt illa tibi.

*M. Antonius Turrianus.*

Quam cernis vnis linearum finibus
Nullo colore præter hanc fuliginem,
Has inter alias dedicatam imagines:
Ad vindicandam mortis est iniuriam,
Ab hoc locata literarum vindice.
Nam Turriam illius est Antonii:
Qui sanitati quum tuendæ incumberet,
Et proferendæ ætatulæ mortalium,
Daret salubria, amoueret noxia,
Ætatis ipso & artis, & conatuum,
Morte inuidente, raptus est è carcere,
Metam tametsi iam videret vltimam.
At hæc tua est ô Turriane gloria,
Quod in theatro solus hoc pulcherrimo
Mortis pudendo cum pudore prodeas.

Lan-

*Lancinus Curtius.*

Arguor, vt nimium salebroso in carmine durus.
Quid facerem? vita est taliter acta mihi.
Tradere difficile est tenero mollique poetæ
Virtutis duram, difficilemq; viam.

*Baptista Mantuanus.*

In ponte iuxta quos locatos cernitis,
Virtutis ergo, patriæque gloria,
Vterque Vates, & quidem ortu ciuis est.
Quos cognitos licet, tamen ne nescias,
Alter Maro, alter ille Mantuanus est,
Quem nil vetabit & Maronem dicere
Pensare venam si potest professio.

*Franc. Marius Grapaldus.*

Collustrans amplas Marius quas struxerat ædes
Extulit artificem Mors stupefacta manum.
Quæ tamen, vt bilis est iusto feruentior atra,
Subridens tumulum (dic, ait) hospes, vbi?
Iam video cæca es, nedum (intulit ille) maligna:
Pro tumulo erexi hanc inuidiosa domum.

*Tomas Linacrus.*

Dum longum Italiæ vale iuberet,
Thusque in graminea cremaret ara,
Qua tuas aperis Gabenna fauces.
Linacrus patrios petens penates:
Sic amore viri locuta fertur
Arnis, impatiens Etrusca nympha:
Ah sic Arnida? sic tuam puellam?
Sic linquis veteres tuos amores?
Et præ me petis Anglicas puellas?
Quid rerum hic quæ[illegible]ames valet deesse,

Illic quod cupias poteſt adeſſe?
Gaudes Barbarie? Hermolaon eccum? at
Quem pro delitiis habent Camœnæ.
Sin autem caperis nitore linguæ;
Hoc nil terſius eſt Politiano
Sed gaudes refluum vehi per æquor?
Ah iis iam in lachrimis poteſt natare:
Et quæ te huc reuehent redito tantum.
An rupeis patrias amas videre?
Telinacre, aperi: nec ibis vltra.
Quid? quod Italiam miſer relinquis,
Quum ſis italica eruditione,
Romano ingenio, lepore Thuſco?
Totus noſter homo es: ſed Angia mens eſt.
Ille abiuit: & hæc ſoluta in vndas.

*Anton. Nebriſſenſis.*

Secula tranſierant: neque adhuc Hiſpania quicquam
Ediderat, quales aſſolet ante viros
Iamque emarcuerat: neque erat quod gignere poſſet,
Semine maternos deſtituente locos.
Acceſſit Venerem Phœbus: quin hac tua in vrbe
Excimus: qui nos dixit, vtrumq; colat.
Illa ſed aſſenſa eſt, dignumque prioribus annis,
Tum veteri ingenio, tum veteri arte dedit.
Ipſe eſt (iam noſti) duce quo Tarteſſa iuuentus
Ad decus antiquum ſpirat, & aſſequitur.
Quilicet in patrem non paulo impenſior eſſet,
Non tamen in matrem deſidioſus erat.

*Bernardus Bibienna.*

Omnia captaui, nec ſegniter omnia cepi:
Eſt mea præcipuus præda galerus honos.
Preſſius at tandem captans: nec vt ante Leonem,
Venator perii caſſibus ipſe meis.

*Iasou Maynus.*

Lutetia vincor: & tu vis ire, Viator,
Expediam: iacet hic ille *Maynus*: abi.

*Christoph. Longolius.*

Illa caput regni, Phœbique Lutetia nutrix,
Longolium ciuem dixerat esse suum.
Interea attollens simileis Mechlinia cristas,
Asseruit titulo non grauiore sibi.
Roma sed indignans; meus est si Tullius, inquit,
Non hic & asscripsit: non meus esse potest.
Prosiliens tandem titulis Sconhouia veris,
Dulcibus ex hortis flore reuincta caput:
Gaudeo quod Batauam vel nunc amplecteris aurem,
Roma, ait, at partum tu mihi redde meum:
Septem vrbes certent de stirpe insignis Homeri,
Quatuor est harum lis speciosa magis.

*Aurelii Augurelli.*

Iocum vetustum refricans Aurelius,
Dum sperat aurum, luditur carbonibus,
Adhuc Leoni scribit auri prodigo,
Iam certus artis, nempe Chrysopeiam:
Vt quod minus collegit è carbonibus,
Auidi Leonis eriperet è dentibus

*Guido Posthumus.*

Me Iouis & Veneris fausto sub sidere natum,
Phœbus adoptauit, nomen & imposuit.
Vnde (nec est alia factum ratione) sciatis,
Me post defossum viuere corpus humo.

*Nicol. Leonicenus.*

Quod te cœlestem tueretur ducere vitam
Sic fore de Parcis sciuerat ante suis,
Fecit vt excideret morti tua rumpere Fata,
Nec te decrepitum cerneret esse senem.

*Petrus Pomponatius.*

Cur quis hic iaceam, referre cogor,
Et causæ iugulo meæ admouere
Hunc ensem, vt modo mortuus, ciniſq;
Si tecum fuero locutus atri
Conuincar placiti, reusque fiam?
Sed sunt ii rabidi & mali poetæ:
Qui quum plurima mentiantur ipsi,
Me verum prohibent tacere: nam sum
Pomponatius ille: qui professus
Maneis esse nihil, sed interire
Quidquid est hominis, patique Fatum:
Nunc contra experior: tacere proinde
Mallem, sed rabidi vetant poetæ.

*Andreas Maro.*

Quod spectanda data est, non Musa fruenda Maronis,
Phœbe tua est leuitas, gloria quanta fuit.
Non volo Vergilii: qui vel mediata dolebat
Carmina, maturæ non satis esse moræ:
Eius at Andreæ, solo quo Brixia alumno
Nil facere est cunas ausa Catulle tuas,
Cui fuit in subitos tam promptum ex tempore versus
Ingenium, vt quidquid pangere iussus erat,
Aptaret numeris, variatque verba ligaret,
Qualia vix longi temporis esse putes.
At periêre breuis breuibus cum versibus Author:
Deme quod æterno viuit in ingenio.

*Andreas Matthæus Aquiuiuus*

Dum grauis incumbit sæuos Aquiuiuus in hostes,
Vincendique aperit dextra animoque viam:
Contigit interea lustrantem castra Gradiuum,
Arma vbi penderent, non sua, ferre pedem.
Soluit, pertentat vocis modulamine captus,
Perstitit inuitam sollicitare chelyn.
At veritus Dominum mox hostibus adfore fusis:
Ille quidem vincat, sed capiatur, ait.
Quid vesane tibi pro talibus imprecer ausis.
Ni citharam vt quantum, classica semper anes.

*Petrus Grauina.*

Cuius hic tumulum vides, Viator,
Vatis eximii, Petri Grauinæ,
Tu forta sse putas obisse totum,
Et vel esse nihil, vel isse ad vmbras.
Erras: non obiit, sed vsque viuit.
Nam quum quæ cecinit, vel est locutus,
Vel misit teneræ preces puellæ,
Vel scripsit lepidos iocos amicis,
Quæque illa ingenii fuêre multa,
Nunc audis, legis excipis, teneſque:
Illum viuere quo negas colore?
Viuit: teque magis, supine caudex,
Cuius post cineres nihil manebit.

*Pomponius Gauricus.*

Mortalitatis vt neget post aleam
Nemo poetas viuere:
Nullum superstit vt rogi vestigium,
Musæ tulêre Gauricum.

*M. Anthonius Casanous.*

Si dare vitam
Qualiacumque
(Quod docuisti)
Carmina possunt:
Longa necesse
Carmina, vates
Maxime; non est
Ad tibi longam
Condere vitam.

*Balthasar Castellio.*

Qui iacet hoc tumulo magnorum munia Diuûm,
Immo bis impleuit, sustinuitq; trium.
Mars dextra, calamo Phœbus, Cyllenius arte,
Ore Charis, Pallas mente, lepôre Venus.
Sed quas exeruit hoc scilicet ordine doteis,
Semper vt in lætam desineret Venerem:
Quæ quum sit Phœbi nec vt olim, Martis amica,
Vel regat hic mundum, vel magis ipsa Venus.

*Andreas Naugerius.*

Dum lego. Naugeri lusus & ruris amores,
Et mittis Dominæ munera quanta tuæ:
Quam bene te niuei pecoris, pecorisque magistræ,
Et cannæ & vitis rustica cura decet.
Idem quum video Regem centum ora trahentem,
Verba graui serie dum Periclæa tonas,
Non possum studium non hoc damnare, vel illud:
Arca nam non est illa, vel illa tua,

*Ioan. Marius Catanæus*

Penè adisti ingens famæ Caraneæ periclum,
Sic insciis sodalibus

Qui

Qui Fato eripetis; studiorum creditus illis
Partu propinquo quærere
Secessum. idque satis fuerat conquesta Minerua;
Quam sic Apollo reppulit.
Hæccine (signabatq; libros) monumenta, vel omni
Perennniora marmore?

*Iacob. Syncerus Sannazarius.*

Dum vacat, & terras quoties petit illa Tonantis
Mater virgineo sed nec honore carens:
Syncerus ad tumulum properat visura, virescant
Candida cum rutilis lilia sparsa rosis.
Viuum dein laticem, dein altera munera flores
Fundit; & arrepta sic canit orsa lyra:
Conscie viue mei felix syncere pudoris,
Atque idem partus conscie viue mei.
Namque ego quo sacrum secretum teste peregi,
Hunc quoque tu testem carminis huius habes.
Esto: ventris onus fuerit sine pondere pondus,
Dum celebres, pontus sustinuisse velim.

*Eiusdem.*

Maior in assumpto ratio quo nomine constet.
Est vbi te cupiam fellis habere minus.

*Ioannes Manardus.*

In fouea qui te perituram dixit Aruspex,
Non est mentitus: coniugis illa fuit.

*Camillus Quernus.*

Quum matrem Thymelem, patrem Bathyllum
Per tot lustra tibi astruas Camille:
Argutis salibus, facetisque,

Et

Et primo numeris in vngue natis,
Exercens Domini gulam Leonis,
Et summi titulum ferens poetæ:
Quid est, quod moriens supremo in actu,
Ferro visceribus dolenter haustis
Tamquam sis rigido Catone natus,
Personam proicis, vetasque plaudi?

*Alb. Pius Carpensis*

Qui sic proscindas causa pietatis Erasmum,
Te, mihi relligio est summa negare pium.
Hoc ego cur faciam? quum nec pietatis Erasmus
Læsus personam detrahat ipse tibi?

*Ludov. Areostus.*

Arma, virumque canens. Etrusca carmina Musæ
Palmam Vergilio vel tribuente refers.
Scit sua te melius patrio sermone Latina,
Quam sese Latio Graia referre sono.

*Ægidius Cardinalis.*

Et tua debuerat summos conscendere honores
Virtus, & probitas, ingeniumq; sagax.
Sed tuus obtendis Genius, fuge protinus inquit:
Nunc fortunatos truderis in scopulos.
Non est iam merces, sed talio, summa referre:
Et tu pacem, alii belligerentur, amas.

*Io. Franciscus Picus Mirandula.*

Passus est immerritam (quis enim Francisce negarit?)
Non minus insigni cum feritate, necem
Sed iuuat interea sciolos inquirere quosdam,
Exitio quæ te Fata dedisse putent:
Sunt ea: laudatæ pietas sanctissima vitæ:
Verus amor recti, mens sine felle mali.

Nicol.

*Nicol. Macchiavellus.*

Quum sibi præteneras odioso radier aureis
Vero, vix aliquis Macchiauelle ferat,
Id vero facias: laudemque è dente pararis,
Quanta fuit linguæ visq; Venusque tuæ?

*Thilippus Decius.*

Quum Mors ad Decii nouum sepulcrum
Legisset titulos parum Latinos:
Certe, inquit, timui hactenus lucernam
Iuris tollere: quod minus venuste
Feciſſe arguerer, parumque docte.
Sed quum sic loquitur magister ipse,
Committam quoque & ipsa barbarismum

*Thomas Morus,*

Quid tibi cum Moro tali indignissima ciue,
Anglia? Quid pergis dicere inepta tuum
Tu ferro insontem, nec simplice morte, Catonem
Persequeris: tutô nec licet esse pium.
Proinde sile. nam quo maculam tibi demeret istam,
Ipse sibi patriam condidit Vtopiam.

*Rossensis Cardinalis.*

Quum te sancte senex, infami morte, Tyrannus
Perderet, æternis obiiceretque probris:
Perdere non potuit titulis cœlestibus auctum,
Turpiter haud famæ consuluisse tuæ.
Quin luit æternum scelus exitiale pudendum
Seque sibi, & populus reddidit ipse suis.
Postera nam dicet, quæ talia legerit ætas:
Anglia bina vno tempore monstra tulit.

*Leonicus Tomæus.*

Precare sacra verba, Viator;
Nam Tomæus hic sepultus ille,
Dulci fruitur memoria
Integritatis illibatæ,
Partaque litterarum gloria.
Funde puer dulce merum,
Odores sparge floscules:
Spiret vt buttum, madeatque tellus:
Illaque sancta & candida animula
Se totam nostram gratitudine inebriet:
Addemus titulum sepulcro & istum,
Barbarus, vt ne quis violet:
Hic iacet vir vnus omnium
Doctissimus, piissimus.

*Augustinus Niphus.*

Apagite vos Philosophiam qui tetricam
Putatis. & boni indigam
Lepóris, ebrii horridamque Cypridis.
Quid? Niphus an non melleus.
Perplexa suetus inter enthymemata,
Et syllogismos frigidos
Narrare suaues, Atticasque fabulas,
Multumque risum spargere?
At quam venustum hoc septuagenarium
Quod vndulatis passibus,
Et curioso, flexuosoque capite
Saltare coram cerneres
Modo Dorium, modo Phrygium, vel Lydium,
Amore saucium graui?
Tractare sic Philosophiam invisam, arbitror
Summi fuisse Philosophi.

*Ioannes Ruellius*

Hic vester ille est Galle, Ruellius,
Mentis tam acuto lumine præditus,
Perinde vultum nosset vt ætheris,
Seu læta nobis, seu mala plurima
Cordis recessu conderet intimo;
Ac si fuisset sensibus omnibus
Coniunctus astri & reor hercule.
Nam quæ reliquit scripta sat arguunt,
Nostris bonis tam commodum & vtilem,
Aut esse Diuum, aut munere proximum.

*Antonius Tebaldeus.*

Certe non modicam merêre laudem
A rara ingenii tui æquitate,
Antoni numeris poeta Thuscis.
Qui palmam tribuens, tuaque arena
Cedens posterioribus poetis,
Viuus, ac hilaris tuis dedisti
Musis inferias, quasi exoletis.
Sed quem ob ingenii tui lepórem,
Festiuumque animum, bonæ Camœnæ
Scribendis Epigrammatis Latinis
Immortale tibi dedêre nomen,
Vt iam sis numeris vtriſq; felix,
Vnis candidus, alteris venustus.

*Desiderius Erasmus.*

Teutona terra suum quum miraretur Erasmum,
Hoc maius potuit dicere, Nil genui.
Quippe Deos inter, cœlo ridente, relatum
Ipse suum dixit Iuppiter esse genus:

Eius de

*Eiusdem.*

Qui paucos habeas pares, Erasme,
Multorum inuidiam feras necesse est.
Istos quod logodædalos ab vrbe
Vnos præ reliquis, in immerentis
Manes sic videam styli cruentam
Strigentes aciem, perinde tanquam
Stupraſſes Charitum nouem sorores,
Indignum patria eruditione, &
Asserto titulo elegantiarum
Causſam scire velim, quid vrat illos,
Et quid tantopere tumultuentur.
Sed quid dissimulo? sat æstas illam
Prodit feruidus & malignus ille est.
Ille inquam est Ciceronianus, ille
Vno qui Cicerone stare, recte
Latinam negat elocutionem:
Et damnat stolidi laboris omneis,
Qui superstitione non ferenda
Vna non nisi Tullio loquuntur.
Hæc illa est Helene, viri elegantes,
Armis quæ Latium per vniuersum
Vindicanda videtur in Batauûm:
Vmbram scilicet, atque inane nomen:
Tamquam quo genito Allemannis ora, est
Vano ridiculè soluta portu.
At si tam modicas ob has labruscas
Perit vinea tota, ô vrbs Quirini,
Scribemus titulo hoc tibi columnam:
Quæ quondam meritos suo fouebas,
Ornabasque viros honore laudum
Iactura es modo facta publicarum.

*Rutilius.*

Qui tot Rutilium vitæ asseruisse videret,
Quos ante in libro cederet ipse suo:
Huic temere, Ridulphus ait patronus, honorem
Marmoris, & longos contulero titulos.
Ille quidem recte, nec nos non rectius, illa
Sarcimus gratis qui tibi carminibus.

*Gulielm. Budæus.*

Budæus columen, decusque Graiûm;
Budæus Latiæ corona linguæ:
Budæus dubii lucerna iuris:
Budæus pater elegantiarum,
Et fons totius eruditionis:
Budæus patriæ iubar coruscum,
Regis delicium sui, suæque
Tempestatis honos, lepor, voluptas,
Hic terræ exuuias reliquit, orbi
Famam, astris animam. Viator ito.

*Hieron. Aleander.*

Non tibi pro tumulo hoc, quantumuis nobile marmor
Ponimus: hoc cineres, aridaque ossa tegat.
Non longos titulos: subiectos casibus ipsos,
Et quibus erasis ipse superstes eris:
Sed totam Europam: quam docto in nomine oberras,
Quæque tuas laudes vix Aleandre capit.

*Lampridius.*

Mantua vicinæ prope linida honore Cremonæ,
Vt quæ Lampridio vate superba foret:
Ad se pellectum, & properata in Fata vocatum,
Hac visa est querulum voce leuare virum?
Munus erat nostrum similem genuisse Maroni:

Nasci hic debueras, siue poeta mori.

*Caspar Contarenus Cardinal.*

Lectus es in Venetum, Romanum deinde Senatum:
Firmior ingenio qui stat vterque tuo.
At nunc cœlesti fulges, trabeatus in ostro;
Sceptra magistratus aethereique geris.
Nam cur non capias defensi præmia cœli,
Quum non ingratos senseris hic homines?

*Henr. Cornelius Agrippa.*

Hunc tumulum haud Charites seruant, sed Erinnyes a-
Non musæ at sparsit anguibus Eumenides. (rasq;
Colligit Alecto cineres, misetque aconito,
Grataq; dat Stygio liba vorandа cani
Qui quod erat viuum comitatus, atrociter Orci
Nunc quoque per cunctas raptat, agitque vias:
Insultatque adeo, & Furias quia nouerat omneis
Salueat iniungit nomine quamque suo.
O miseras artes, quæ solæ ea commoda præstant,
Accedas Stygias notus vt hospes aquas.

*Baptista Pius.*

Qui nunc verborum bolos, & rauida ferta
Mense infers, structor non adeo bonus es;
Ignorasse tui sæcli Baptista palatum
Argueris, doctæ lautitiasq; gulæ.
Qui velit has Oscas tecum deglutiat escas:
Dulcibus assuetos mellea liba iuuant.

*Franciscus Arsillus.*

Siccine plebeius inter Francisce iacebis,
Tanquam haud sis alio dignior vmbra loco?
Immo iaces alio, nec enim pateretur Apollo,
Cuius te viuum constat obisse vicem.

Vnde

Vnde vel Alcinoi te cultos credimus hortos
Incolere, Hesperidum flauicomumve nemus.
Vel certe Aonio memoras in vertice fastum,
Nunc etiam Dominæ nequitiasque tuæ.
Quæ quia delectat gracileis audire Camœnas,
Te socium Aoniæ constituere chori.

*Marius Molsa.*

Molsa tuos quicumque legit cordatior igneis,
Nec locuples, inquit nec probus iste fuit.

*Albertus Pighius.*

Ne turba tumulum, Viator, istum;
Sed asta reuerenter, & saluta
Sacratum cinerem viri sacrati.
Ille est Pighius hoc loco sepultus
Aureis qui Batauas ita expoliuit,
Vt dicas sapere Atticos lepôres.
Quare tam bene dormiat, precare
Quam doctè, nitideq;, & eleganter
Descendit Latiæ decus tiaræ,
Et morem statuit pium sacrorum:
Vtro vt nomine debeant Larini
Plus illi, addubitent: vtroq; certe
Ingens promeritum viri fatentur.

*Benedictus Ionius.*

Quum tibi deferret fratris sententia primum,
Ætatis medium poscceret ordo locum:
Maluit extremum Phœbus consultus haberes:
Nec tibi non certa lege supremus erit,
Dixit: honoratum quod frater ductitat agmen.
Claudere quis melius debuit, aut potuit

*Mapheus Vegius.*

Quam laudem Vegius petebat, aufert,
Vt ſummo ſimilis foret Maroni.
Tabellæ Veneris manum ſupremam
Tanto haud indecorem ferens Apelli.

*Ioann. Tortellius.*

Nomen Grammatici petens, tuorum
Votorum poteras tuliſſe ſummam
Videri: niſi pleniore Valla
(Gertè candidus, & benignus in te)
Integræ titulo eruditionis
Ornatum voluiſſet: experire
Dum te iudice ſe obtulit paratum
De facto vitio Latinitati:
Vnus quo reliquos agebat omneis,
Cui te præ omnibus eximebat vnum.

*Barthol. Facius.*

Qui Vallam nequiit viuum ſuperare, petendum
Duxit ad Infernas iſſet vt vmbra domos.
Copiolas noſtras air, vt qui læſerit omneis,
Coniungam doctis manibus & moritur.

*Guarinus Veronenſis.*

Famam qui celebrem, nomenq; reliquit honeſtum,
Guarinus, vixi dicere iure poteſt.
Qui latuit viuens vel habet per crimina nomen,
Ille nihil moriens perdidit: aſt abiit.

*Petr. Paulus Vergerius.*

Hic ſunt Vergerii ſepulta docti,
Non fama, & pietas, nec eruditi
Fœtus ingenii: ſed oſſa tantum,

t quicquid tumulo solet recondi,
errenum, breue, lubricum, caducum.
iuunt illa, manentque & vsque, & vsque:
t vel Elysiis recepta campis,
iri Manibus, vt piæ ministræ,
dsunt; & meritum astruunt honorem?
el per ora hominum volant, cauentque
e mortis rabidum tulisse dentem,
el totus tumulo perisse, seclis
llis Vergerius queat videri.

*Iacobus Bracelius.*

eris Alfonso meritos virtute triumphos,
pes, duces, & oppida.
erit Alfonsus studii tibi præmia nomen
nterque doctos nobile.
de quod alterius quæ est vita, est mutua: neuter
adente stabit altero.
e reor esse, quod olim non insulsa vetustas
unxit Camœnas Gratiis.

*Georgius Valla.*

tibi Valla, tui stat opinio magna laboris,
utura semper posteris honestior.
id tum? si pulchri curam, speciemque negantes
Tum seculo deesse Momus dixerit?
viuunt multi, facie vel tubere turpes,
Tamen Sibyllæ quos statim haud censent libri:
mare portandos tibi stat tua fama, Georgi,
Vtcunque forsan altero pede claudicet.

*Ioann. Simonetta.*

uid Simoneta? negas relatam gratiam,
uid te Tyranni non ita es meritus patre?
diram fratrem quæstio iam absorbuit.

Et tu perieras: sed datum hoc est gratiæ,
Tormenta quod post multa non occideris:
Nam vt innocentem te probes, nil egeris,
Immo, inquis est relata: sed tyrannica.

*Bern. Iustinianus.*

Quærere debueras aliquem toto orbe Latino,
O Imperatrix Hadriæ,
Qui quæ gessisti præclara domiq; foriſq;,
Inde vique ab incunabulis,
Ore, animoque pari, nullo corruptus amore,
Ad posteros transmitteret
Quæsisti multis quadam præmortua seclis,
Iam parte: nec repertus est,
Ergone desperas? poteras: sed respice, ciuis
Qui præstet hic Bernardus est.
Quare age, grata suo quantum Verona Catullo,
Persolue: ni plus debeas.

*Christoph. Persona Romanus.*

Forsan erit, Gothicos qui te, celebrare triumphos
Non ferat & dignum te, patriaque neget,
Immo nemo suos non inculcare labores
Gaudet sublatis quæ tulit ante malis,
Eximium præstas patriæ officiumque fidemq;:
Procideret firmo est nunc iterum illa gradu.

*Gregorius Tiphernates*

Gregorius toti quo sese proderet orbi,
Pergit Strabonem vertere:
Cum quo nunc peragrat Latiasi in veste togato
Quam latus ipius orbis est.
Ingens quod merito pro paruo munus, Apollo
Tamen libenter contulit:

Vel

Vel quod eum sciret longe grauioribns aptum,
Vel quod fidem cognosceret.

*Raphael Volaterranus.*

Ito, inquam, ito, nec obstrepas, Viator,
Qui vertigine tam graui laboro,
Quod nullam capio hactenus quietem.
Lustra hic cum iaceam nouena, & vltra,
Sic me excarnificat sua imbibenda
Phrasi Tullius; absque qua tueri
Vitam posse meos negant labores.
Sed qui nuper adest Erasmus istinc,
Dicit non opus, & monet quiescam,
Illas proinde molestias molestas
Longum omneis iubeo valere. sed tu
Nunc ô somne veni, veni veterne.
Venit: tu ito, nec obstrepas, Viator.

*Anthonius Galatheus.*

Quam laudas, Podagramq; vocas, Galathee puellam
Quamuis prostituas, interea ipse premis.
Auelli sed posse negas. ergo potes idem,
Publicus & mango, mœchus & esse domi.

*Celius Rhodiginus.*

Cælius ingentem rerum congesserat acerruum,
Et tantum plenos curat habere lacus.
Vel sine delectu dedis horrea ditia multum:
Quem tu si facias, lauta palato etiam.
Abfuit vsque adeo nihil, hoc in Cælio haberent
Tempora Varroneu quo minus ista suum.

*Iacobus Faber Stapulensis.*

Hic Stagiræ recubat doctissimus artis,
Notus formandis ingeniisque Faber.

Gallia cui meritos, si est grata, refunder honores:
Et tumulo flores, thusque merumque dabit,
Hoc magis, extremo quod tempore penè catastam
Inuidiæ manibus fecerat ipse sibi.
Sed sic Socraticæ decuit decedere vitæ:
Scilicet inuidiæ non sine dente, senem.

*Antonius Thilesius.*

Pauca millia versuum Thilesi
Te, nec fallimur, edidisse constat:
Viues millia multa seculorum;
Et gratas neget esse quis Camœnas?

*Petrus Alcyonius.*

Charybdis illa, & gurges Alcyonius,
Hic, viuere, immo bibere postquam desiit,
Exhalat altam exæstuando crapulam,
Vt quam bibens, viuens volo, haud concoxerat.
Bustum frequenteis obsidere vultures,
Miluos, & vpupas, noctuasque conspicis:
Innata, queis est fœda vel voracitas,
Vel lucis odium, vel cupido sordium:
Fuêre in illo cuncta quæ domestica.
Vt illa oletum olens anima spurcissima
Nunc iure talem sortiatur hospitem,
Phœbo scelestam vindicante iniuriam,
Qualem ipse sacris præbuit se literis.

*Petrus Martyr Angleria.*

Quid Petrum veteri hic in orbe quæris?
Fuit res superis noui relatum.

*Gabriel Altilius.*

Audilt Altilius desertis transfuga Musis:
In quarum tabulis nobile nomen erat.

Sed

Sed quid peccauit, si demereatur, vt olim
Carminibus Thœbum, nunc pietate Deum?

*Marcellus Virgilius Florent.*

Et tibi Vergilium dederunt, Florentia, Diui,
Quo nomen instar Mantuæ
Nobile sustineat: illa aurea quatenus ætas
Permittit isti ferreæ.

*Ianus Parrhasius.*

Ianum, respiceret quod tempus vtrumque, Latinum
Prisca ætas gemina fronte fuisse refert:
At nunc Parrhasio, doctrinæ nomine, Iano
Cur geminum, & pectus nemo fuisse neget.

*Georgius Sauromanus.*

Ille hic Germanæ non vltima gloria terræ,
Despecto in tumulo, at nobili in vrbe iacet.
Hanc dedit externo raræ facundia linguæ,
Illum gentili miles & atra lues,
Ipse tamen viuit, sed quomodo mortuus? inquis:
Laudati æternis Cæsaris in titulis.

*In obitum Io. Fleming. cuius scitum erat, Mors & Amor.*

Mors & Amor tumulo simul heic conduntur in vno:
Scilicet hoc tegitur mortuus orbis amor.

*Cælius Calcagninus.*

Nempe, vulgo etiam, innubæ puellæ
Zonam proiiciunt, moræq; mulctant
Casu præcipiti Thalassionem
Et tu tam veteris tenax pudoris:
Tu pro virgine adhuc geris? tuumque
Times dicere Cælium, Minerua?

Sed, stulta, vt dubites: quis oris illam,
Quis illam ingenii, quis artiumque
Illam tam vbere copiam fluore
Ex te matre Dea neget profectam?
Quare si sapis, asseras Minerua:
Ne cœlo genitum parente, Nymphæ
Terrestres sibi vindicet libenter.
Non est, crede mihi, tibi pudendus.

*Augustinus Iustinianus.*

Iustinianus quò abierit ne quærito
Id scire Olympi quando te Rex noluit:
Sacro trilingui quem edito volumne,
Ad alta cœli transtulit palatia,
Exemplo humatum clanculum Mosaico:
Ne forte busto lachrymas si impenderes,
Nequicquam ocellos, lachrimasque penderes.

*Robertus Valturius.*

Queis diruendis turribus,
Et edomandis vrbibus,
Vsa est vetustas machinis:
Dum restituis denuo
Se muniit Valturius,
Morti, Charonti, & Æaco
Formidolosus factus est.

*Matth. Palmerius*

Tempora iam multis postquam fugientia seclis,
Et velut in tabula gesta priora refers,
Palmeri insignem præclaro hoc munere palmam,
Mote vel inuidia pene crepante, meres.

*Iacob. Angelus.*

Et tibi stat meriti è tabulis laus. Angele, summi,
Cum mundo æqualeis sane habitura dies.
Hinc te per peduum comitem Ptalomæus habebit,
Pes, oculusq; alter cuius, & orbis eris.

*Hector Boethus.*

Quisquis ad tumulum obstupescis istum.
Tædas perpetua micare luce,
Lucem perpetuis adesse tædis:
Et quis sic statuit, cupis doceri:
Fiat. Hic recubat Boethus Hector:
Ille qui patriæ suæ tenebras,
Atque illas patrias, nitore linguæ
Inuecto Latia fugauit vltro
Thylen, & vitrei rigoris Arcton.
Quum passim incipiant, queantque haberi
Persoluut Scotides proin Camœnæ
Romanæ meritas suo parenti
Grateis: & tumulum volunt ad istam
Tædas perpetua micare luce,
Lucem perpetuis adesse tædis.

*Polydorus Virgilius.*

Vrbinum caro, quod abest, transmittit alumno
Cum gemitu lachrymas, cum rosis violas.
Nam didicit, sæuos non iam lachrymare Britannos,
Nec gemere ad doctum busta sacrata virûm.
Ah, inquit, gemitus quicunque impendere parcit,
Cum violis vernas non dabit ille rosas.
Transmittitque merum: si forte quis abluat ossa:
Tergendisque crocum, cum casia que thymum:
Atque ait: heu, parteis ego quas ardenter obirem,
Pro me, si qua hic est mater, obire rogem.

Ga-

*Gaguinus Gallus.*

Condere quum voluit, iam non condire Gaguinus,
Acrius vt saperet, debuit historiam.
Hoc magis insipida est, quo plus sale tinxeris isto:
Natiuam rerum nam decet esse fidem.

*Marinus Becichemus.*

Gesta ab Aloidis trepidanti prælia cœlo,
Nec dum sat promptis ad fera bella Deis:
Robora quum licuit pro paruo mittere telo,
Et capite excelsum perterebrare polum,
Nempe etiam longas ne opus esset iungere scalas,
Thessalus impositum Pelion ossa tulit:
Ausus quum nemo Diuum se fidere cœlo,
Mutauit fœdis corpora quisque feris:
Donec in Æthneo fabricatis Lemnius antro
Fulminibus, læto contulit arma oui:
Per quæ porrectos per iugera mille Gigantes
Discecit, summis occuluitque iugis:
Scribere debueras, hominem celebrasse, Marine,
Est modus, ingenio subsit vt ille tuo.

*Iacobus Zieglerus.*

Quem lictore stylo disertus orbis
In scenam rabidum trahis Neronem, &
Cædendum pueris palam propinas,
Respondisse ferunt. Quid hoc, inepte?
Si me constituis tuum Neronem,
Te oportet Senecam fuisse nostrum

*Paulus Æmilius.*

Quæ semel absoluit lambendo simia fœtum,
Plus te (si fas est dicere) Paule, sapit.
Quum natura duas tantum concessit habere,

Miror

Miror te extremam non reperire manum.

*Germanus Brixius.*

Nunc sacra cum tractes, quum nunc bona carmina pangas
Quis, Brixi, vatem te neget esse sacrum?

*Nicolaus Tegrimus.*

Exoluis patriæ supremum Tegrime munus,
Illi dum veram conficis historiam.
Tam non est illi verè omnia scribere turpe,
Quam tibi venalem non habuisse fidem

*Camillus Ghilinus.*

Argueris fœtum tibi suppositiuum paternum;
Dicit Momorum quin tibi turba diem:
Nam quam patris eras hæres ex asse futurus,
Vsum etiam fructum præripuisse potes?
Nempe, ais, hoc gratum est: nec parua est gratia Momis
Scripta quod alterius credi vtriusq queant.

*Ioan. Reuchlinus.*

Esses quod patrio cognomine fumeus hosteis
Reddidit audentis Capnio, credo, tuos:
Dum tibi deberi Fatis incendia credunt:
Illi non segnes quæ properata struunt.
Quum potius ratio cognominis, arguat istud,
Flamma quod ipsorum nil nisi funus erat.

*Ioan. Regiomontanus.*

Extimuit, penitus nudatus Iuppiter ædeis
Quum decima sphæra cerneret esse suas.
Hoc homines, inquit, submouimus hactenus orbe;
Ah, prope nunc nostris prodimur in thalamis.
Et nemo iis obstat conatibus? intulit Hermes;
Authorem Parcæ sed vetuêre mori.

Heu,

Heu ait, heu miseros, qui sic vlciscimur hostem:
Vt cesset, Diuum protinus esse iube.

*Ludouicus Viues.*

Quo syngrammata, dic amice Viues,
Tam multa accumulas iam vt perennem
Hoc tibi redimas labore vitam.
Quantum ergo pacitis Deûm, Stygiq;
Iuratę tribuis? perennitati
Nam reponere te, ac tuos labores,
Teste agnominis hoc tui vocablo,
Omnes fulmine sanciêre tacto.
An non id tribui cupis Deorum
Decreto at merito tuo labori?
Quod quum non potuit Deos latere,
Credo gratuitum hoc iniisse pactum,
Vt nolint siquidem, crepentque, Vives
Nullo munere, sed tuo labore.

*Cosmus Paccius.*

Pactius effugit perituros Cosmus honores,
Vt sempite nos sumeret. Quid perdidit?

*Paulo Ioui o Episc. Nucerino, Musarum Cupidini.*

Sed quid, Paule Ioui, rependam?
Doctus non ego: nec tuo repostus,
Vt hoc nomine debeam, in theatro:
Quod neque ambio nec tamen recusem:
Quod nemo faceret: quis hoc videri
Non loco nisi rusticus, præopter?
Grateis, Paule, tamen tibi rependo,
Communis meriti, ac honoris ergo:
Quod doctos habeam loco patentum,
Scriptores venerer libenter omneis

Candore

Candore ingenio fideq; summa
Et quanto ingenio licet, nisi illi,
Aut sint plane athei, aut palam nefanda.
Quæ non scribere præstitisset, edant.
Horum nomine. Maximo optimoque,
Huic Paulo Iouio, hospiti benigno
Musirum & Charitum pio parenti,
Doctorumque probissimo patrono,
Tantas accumulo, aggeroque grateis
Tantas & toties mano, styloque;
Quantas & quoties pro agris receptis
Et caris pro ouibus D. o refudit
Suo Vergilius: vel ipse Naso
Læto pectore reddidisset, idem
Si de Tartareis locis Getarum
Ad caram patriam rediisset exul.
Nam quod pulchrius, hospitaliusq;,
Adde splendidius, benigniusque,
Vllis in regionibus. vel annis,
Aut vllo abs homine, vt libet potente:
Factum legimus? at caret, profecto
Exemplo Iouii profusus ardor.
Quid? Si quis Phalaris, Vitelliusve
Aut latro impius, aut rapax danista
Conatus simile huic fuisset? an non
Vitæ illam maculam eluisset omnem?
Et doctos studio hoc suo benigno
Ad perenne decus sibi obligasset?
At quid nos Iouio rependere æquum est?
Qui vir optimus, integerrimusque,
Perque omneis adeo politus arteis,
Qnique arteis adeo poliuit omneis,
Vt vix inuenias parem, aut secundum:
Non parcit sibi, sumptibusq;: tantum
Vt hic saltem habitent bene ac honeste,

Cum

Quotquot non nisi commode hospitari
(Sed quo deueniant, quis approbabit?)
Censura Iouii pia merentur,
Ob illa ingenii beata dona.
Non illi titulos perenniores?
An non carmina perpolitiora?
Non encomia, debitosque honores?
Non grateis referemus auctiores?
Non laudes cumulatius canemus?
Laus est, Magne Ioui, tua hæc perennis,
Et tua est pietas peculiaris
Hæc, quod non modo vindices disertos
Asseraſque viros, ita vt palam ausint
Morti oppedere, nec timere morte
Blattas ac tineas voraciores;
Sed quod insuper id quod est caducum
Et mutabile maxime, puta oris
Dices effigiem perennitati?
Et quales fuerint velis videri,
Quos iam vix meminit fuisse quisquam,
Laus hæc est Ioui peculiaris.
In mortem hactenus expedimus omnes
Os, denteis, calamum, manus, & vngueis,
Nos sua quoties rapacitate,
Tollenda optima quæque prima, lædit:
Quid? vel vnius æstimauit assis,
Tum conuitia, tum malos Iambos,
Verborumque malorum onustæ plaustra?
Quin & reddidimus proteruiorem.
Nunc sed nunc fremit, ingemit, doletque,
Quod ne corporibus quidem necandis
Sit satis semel expedisse telum.
Sic Ioui bone sic ô triumphe.
Huic morti inuideamus vsque & vsque,
Magno quisque animo, inuidenter omnes:

De

De qua nunc retulit nouum triumphum
Hic noster Iouius. Qui & ipse quamuis
Quasdam illi exuuias suas reliquit,
Quæ Deûm comitem minus decerent,
Et cœli nimis hospitem grauarent,
Vespillone quidem est abusus illa.
Quod si quis Iouium velit videre,
Musæum petat. eccum, in hac corona
Cum Phœbo & sociis vides Camœnis
Scribentem simul, & simul loquentem:
Quod non vlla satis stupebit ætas,
Quod totum afficiet stupore cœlum,
Quum cursum remorabitur dierum,
Et iam præteritos vehet recenteis,
Quid tandem illius, obsecro, peremit?
Sed vt te iubeam, Ioui, valere,
Quo te nomine (si nouum necesse est)
Appellem, dubito. Iouis? nec illud
Augustum satis est, licet propinquum
Phœbi aut Mercurii? meres vtrumque,
Es iuncto simul ast vtroque maior.
Sed quid te vocitem? Patrem Deorum?
Sed iam Iuppiter hoc præoccupauit.
Musarum Venerem? sat istud aptum,
Et quod prætulero, at nihil virile est.
Sed cur non puerum marem locamus,
Musarumque Cupidinem vocemus?
Euge, illud lepide bene ac venuste,
Musarumq; Cupidinem vocemus.
Nam quis aptius, efficaciusque,
Tardas exacuet, trahetque menteis,
Vt credam lepidas, amentque Musas,
Et sic depereant furore multo,
Vt vel de media subinde nocte
Confessum veniant suos amores,

Ad fores vigilent licet repulsi,
Ab iis non abeant nisi introm:ssi:
Atque ipsum furere arbitrentur esse
Sat magnum sibi præmium laboris?
Quis flammas melius propaget istas,
Quam (Musæ innuitis) Cupido vester?
Atqui id quod facier rogas, veneno?
Non vllo iaculoue, poculoue:
At quodam ingenioso honoris æstro.
Quo quisque immodico feretur æstu
Ad illa optima Literas & Arteis?
Locum scilicet vt decentiorem in
Musæo referat, quod est laboris,
Honor perpetuus, suprema meta.
At tu magne Ioui vale perenne,
Musarumq; vale, vale, Cupido,
Qui nobis aperis nouam hanc arenam.

---

# IANI LERNVTII OCELLI.

*Carm. I.*

QVis sese ocellis insinuans tuis
Diuûm receptus hos amat? & manu
Cessante & arcu, crebra nigris
Tela superciliis coruscat?
Sacrata virtus Numinis heu quibus
Ducta illecebris atq; sui immemor
Consedit istic? an procacem
Esse Iouem rear, & relicta
Ianone rursus nequitias dolis
Moliri opertas, præpetis vt sui
Cum tectus inuolucro ephebum
Sustulit Iliadem? an Puellum

Catum

Tantum decoræ Cypridis, ac faces
Hinc spargere acres, spiculaq; improbo
Vibranda cornu, nunc venenis
Tinguere, nunc variare melle?
Vultus ita olim Dardanios prece
Motus parentis sumsit, & abdita
Diuini are Elissam amicum
Fratris in arbitrium coegit.
Quid quisque credat dispiciat sacris
Hæc fixa myrti carmina ramulis,
Amorem ocellis ferre Hyellam
Credere me populis loquantur.

*Carm. II.*

Fulgentes oculi bifida qui frontis ab arce
Stringitis obliquis spicula fulminibus:
Cum vobis Puer ille Gnidi postponat honores,
Excubet & vestris assiduo in speculis,
Quo vos compellem titulo? neq; enim estis ocelli;
Astra estis, tantum quis pote ferre Deum.

*Carm. III.*

Mens animi, quo cœca ruis? sic ergo tui exsors
Alterius pergis te dare in arbitrium?
Vos oculi, quis feruor agit? quo Pæone fretos
Vulneris insani non puder esse viam?
Nempe ope nunc vestra abiectus, quod sit mare amare,
Cogar ab ingrato discere seruitio.
Mens animi ô infracta, oculi ô male coniurati!
In mea tam pronos exitia ire meos?
Æternum miseri socio languete dolore.
Fas necis artifices, me moriente, mori.

*Carm. IV.*

Adspectu sine, vita tuo me pascere ocellos:
Nec mihi delicias hac rogo parte nega.

Sic ego. cum ſtrophii diducta nube, reuelas
Ora Terapnæis æmula numinibus.
Hinc velut ætherei pauefacta fragore tonitrus,
Abdita feſtino mox pede tecta ſubis.
Non eſt hoc ſinere adſpectu Lux paſcere ocellos,
Eſt iaculo iniecto tollere, quæ dederas.

*Carm. V.*

Te Lux te quoties video, ſubito æſtuo totus,
Sulfur vt accenſam cum rapuit faculam.
Te Lux te cum non video, ſubito algeo totus,
Vt cos Alpinis quæ latet in niuibus.
Aſtra Nepæ expectent alii, Capricorni alii aſtra,
Et cœli certis ſe recreent ſpatiis.
Tu mihi vel tropico ſub ſidere Sirius ardes,
Sirio at ardenre, tu mihi frigida hiems.

*Carm. VI.*

Qualis Dardania quondam Cytherea ſub Ida
Paſtoris Phrygii venit in arbitrium,
Cum nuptam nataſq; Iouis Dea liuida formam
Perpulit humano ſubdere iudicio.
Talis & arcano egreditur mea vita cubili,
Natiuum nullis artibus aucta decus.
Cernis vt explicito niteat frons æquore? cernis
Acer vt ex oculis ſpicula ſtringat Amor?
His Deus ille, polo terraque Amathuſide miſſis
Vt propriis gaudens ludit in hoſpitiis.
Quam bene cæſaries vernans ſua tempora obumbrat!
Emicat è roſeis gratia quanta genis!
Flammea puniceo non cedunt labra corallo,
Et primis certat narium ebur niuibus.
Quam teretes digiti! quam læuia colla! venuſtum
Quam latus! artifici quæ data forma pedi eſt!
Vt non mortalem ſe prodit! vt omnia rara,

Omnia

Omnia vel magni sunt thalamo apta Iouis!
Dum licet admissos, Tithonia, flecte iugales,
Teque iterum Eois abde sub æquoribus.
Aut ferruginea vultum tege nube. refulget
Clarior è terris lux modo luce tua.
Ni facis, egressam temere pudor obruet aurem
Victa meæ postquam videris os Dominæ.

*Carm. VII.*

O frons Hyellæ marmore læuior,
Splendere summi digna thoro Iouis,
Non absque fronte sidera ista
Sideribus tua adæquo, & vltra
Formosi amœnum Luciferi iubar,
Astris pudorem quo reliquis facit;
His audeo excitare nomen
Spumigena Venere inuidente.
Impune nemo te videat; sui
Quin exsul, ipsum se tibi mancipet
Deuotus, extemploque nexum
Sponte tuum petat; ille cantu
Pellace blandas qui volucres maris
Spreuit puellas, non queat illicem
Transire flammam, flamma visam
Non magè quam queat ipsa naphtham.
Perenniclaris tu quoq; frontibus
Iungere posthac, fulgidulos tibi
Me teste scintillare ocellos,
Vnde faces animet Cupido.

*Carm. VIII.*

Fulmen habet cœli domitor fert ægida Pallas:
Oceani trino est fuscina dente minax.
Marspiter & curru molitur prælia & ense:
Pugnis Tyndarides præuales, alter equis.

Alcides claua bellatur, Mulciber igni,
Thyrso Euan virga præpes Atlantiades.
Qui solus pharetra viduus Puer errat & arcu,
Qui face? cuncta oculis hæc gerit arma Venus.
Quæ Venus? illa mei pulcherrima caussa furoris:
Mille oculis Veneres quæ simul vna gerit.

*Carm. IX.*

Excors, exanimis semper vestigia sector
Lux tua: & huc illuc irrequietus eo.
An quæ olim Clytien damnarunt fata, eadem nunc
Improba Parcarum net manus illa mihi?
Herculis an sub fronte tibi lapis occultatur:
Atq. animi nobis ingenium ex chalybe est?
An potius radiis istis, velut igne pyrausta,
Captus in exitium sponte mea rapior?
Eheu quam miserum male versat dulcis amaror,
Dum tecum sine me, me sine Hyella vagor!

*Carm. X.*

Qua te luce mihi mea Lux fas visere non est,
Quæ lux est aliis nox inamœna mihi est.
Per loca sic manes furuæ lugubria diuæ
Errant æternis palli ituli in tenebris.
At qua luce mihi mea Lux te visere fas est;
Turbine luxagili præcipitata fugit.
Sic Iouis ad mensas Heroes nectare fusi,
Quamuis longa tamen tempora non numerant.
O mihi te mea Lux semper si visere fas sit.
Ne cælo inuideam, sufficere hora potest.

*Carm. XI.*

Aura felicis Zephyri, aura felix,
Aura quam Phœbo Dea mater antris
Clam sub exesis genuit: secundo
Sic in amore.

Chloris

Chloris ardenti tua ſemper adſit:
Sic tuis cedant animoſa fratrum
Flabra: ſic regnes: age nunc volatus
Suſcita, & arcem
I, pete Heroi poſitam Maluto,
Quam Venus, ſpretis Eryce atq; Cypro,
Incolit, ſimul mea Lux eam oris
Prætulit iſtis.
Defer has illi lacrymas, per ora
Quæ mihi niuis liquidæ inſtar, vndant:
Defer & ſuſpiria noſtra, ab imo
Pectoris ægri
Quæ traho, noctuq; dieq; mortem
Dum miſer viuo miſeram, atq; curas
Inter inſanas iecur vſq; ſæuo à
Vulture rodor.
Dic, bona oppreſſum niſi ſubleuet ſpes,
Mox fore, adſpectu vt recreer cupito,
Nil fore, optatum toties ſubire
Cur morer Orcum.
Sed quid hæc amens tibi? luce tacta
Vt meæ prima fueris Puellæ;
Flamine actutum ex humili emicabis
Arduus ignis.

*Carm. XII.*

Tam procul ergo meo vixi diuiſus ab igne:
Et ſine te mea Lux, perditus haud perii?
Mens ergo potuit tantas euincere moles,
Vltimaq; infernæ iuſta negare rati?
Sic adeo immites lacerarunt intima curæ:
Sic dolor vſq; ſuo ſæuiit ingenio:
Vt ſupereſſe hilum mirer mihi pectoris huius,
Vt mirer fatis me ſupereſſe meis?
Nunc demum expertus video, curas in amore,

Cor micat, & ttepidis exsultant pectora fibris,
Spem vultu quoties candidiore facis:
Mens cadit atq; exspes iaceo in mærore metuq;,
Spem vultu quoties turbidiore negas.
Quid iam non in me tibi dii voluere licere,
Motibus his animum sic mihi quando rapis?
Ah ducis exemplo Æmonii Lux mollior adsis:
Cumque tot inruleris vulnera, confer opem.

*Carm. XVI.*

Sancte senex, Nerei quem sunt penes æquora, Proteu,
Cui fas in leges te variare tuas:
Omnia si rerum miracula corpore formas,
Flamma, superiecto qui potes esse mari?
Sic ego. Carpathius contra mihi talia vates:
Nam quæ sollicitum cura animum, inquit, habet?
Dic agedum, intuitu quoties tua te Venus vrit,
Frigidus in mediis æstibus vnde tremis?

*Carm. XVII.*

Amorem ocellis flammeolis Heræ
Vidi insidentem, credite posteri:
Fratresque circum ludibundos
Cum pharetra volitare & arcu.
Eheu pauore cor trepido salit:
Mensq; icta Amoris numine deuium
Lymphatur. eheu parce telis,
Parce graui Puer acer igne.
Fas inquieta sit mihi gaudia,
Curæque dulces, cuspidis & tuæ
Votiua vulnera, atq; amicum
Arte lyræ celebrare amarum.
Fas & parentis regna Amathusidos
Porrecta late dicere, partaque
Tropæa de Tisane, & æstus

Mulciberis male pertinaces.
Tu vim leonum tu tigrides domas,
Ceteq; & vros: perq; acies truci
Dextra Gradiuum fulminantem
Mitem animis placidumque reddis.
Tu post Gigantum terrigenam manum
Fusam fugatam tela Diespitri
Irata tollis: tu relicta
Coniuge sidereisq; regnis,
Qandoque tauro dissimilem sui
Abdis vel auro: iam gelidis cygnum
Vris sub vndis, iam salacem
Destruis in Satyrum aut in hircum.
Te bruta tellus, te maris æquora,
Cœlumq; & inuisi horrida Tartari
Sedes verctur: te veretur
Ipsa Hecate, patruusq; Pluto.

*Carm. XVIII.*

Cor mihi nescio puis rapuit. quis? numquid Hyella?
Sic est: luminibus præda fuit Dominæ.
Quid nunc, quid faciam? qua cor ratione reposcam?
An toties captus limen adire ferum.
Sirenis blandæ audebo male cautus & arctas
Ilicet in pedicas non rediturus agar?
An potius maneo? præstat sed corde remoto,
Languida quî, solitus membra calor recreet?
Quo feror ambiguus? pro me Puer ito Cupido:
Aut Paphiæ cestos huc cedo matris: eo.

*Carm. XIX.*

Dum penitus nostris nondum Puer ossibus hæsit,
Et prima afflatus incalui facula:
Intentis in te pendebam fixus ocellis,
Argus vt in pastus pellicis Inachiæ.

Et quamquam infestum lunaret feruidus arcum,
Et plena circum te streperet pharetra:
Mensq; acris præsaga mali trepidaret & ire
Vltro in proprium sciret in exitium:
Non tamen à caro potui diuellier ore,
Insolitis gaudens vita cupidinibus.
At iam nunc animum & sensus deperditus omnes,
Sera & Nyctimene ferre aciem nequeo:
Incertus q; mei muto, iactorq;, Medusæ
Tamquam saxificæ cernere vultum habeam.
Nec tamen à caro possum diuellier ore,
Insolitis captus vita cupidinibus.
Heu tacti ad viuum, frustra. frustra estis ocelli.
Quid libertatis quærere ius patriæ?
Aut quorsum inuitos alio contendere gressus?
Sic Phryga post damnum sero ferunt sapere.
Quin agedum perstate, auidique haurite venenum.
Viuere cum non sit, sit mihi posse mori.

*Carm.* XX.

Huc illuc quo quisque means in Sole vagatur,
Corporis accedit corpus inane sui.
Haud aliter quo Vita pedum vestigia flectis,
Corporis accedo corpus inane tui
Certe tecum animi viuit pars optima nostri:
Ne quem me speciem arguit esse putes.
Sum tu: cura tui nec ne tamen vlla remordet.
Corporis hinc iactor corpus inane mei.
At simul ex oculis oculos subducis; inane
Qui modo corpus eram. dispereo in nihilum.
Nec minus hei nihilum luctus. lacrimæq; manent.
Sic post fata etiam Mygdonis orba dolet.

*Carm.* XXI.

Quem tu, Vita, tuo semel

Peristri-

Perstrictum placido lumine ceperis
Illum non vagus Adria
Iactabit cupidum: non creperæ vices
Ardentem in fera prœlia
Raptabunt: neque fors aulica, callidis
Occultum ingenii artibus
Quod Regi obsequio subdiderit caput,
Adscribet Procerum ordini.
Sed qui sanctus Amor dulcacido madet,
Et formæ insolitus lepos,
Diffundent liquido nectare cælitem.
Cæli me rota tertii
Concinnat Charites inter amabiles,
Ac sacrum Veneri gregem:
Et iam mole minus corporis aggrauor.
O mortalibus inuidas
Mentis quæ tenebras Lux mea discutis:
O seclo quoque reptili,
Incussura aquilæ, si libeat volatum:
Ex omni & merito tuum est,
Quod cura vacuus degeneri feror,
Nil deos tacite obsecrans.
Quod viuo & valeo, sumq; meus, tuum est.

*Carm. XXII.*

Alicuum immortale decus, Diis æmulus ales
Ipse sibi genitor, ipse sibi soboles:
Qui nostri ex alto spernens consortia mundi,
Nec fortunatis cernitur à populis:
Sed Tigrim Gangemq; vltra Nabathæaq; flabra,
Lucifer ardentes mane vbi frenat equos,
Auroræ roseos inter Titanidis ortus,
Non adeunda aliis regna beata tenet:
Tædia decursæ quoties male fert ætatis,
Ne fati temere concidat arbitrio:

Agge-

Aggeream educit tumulum sibi colle sub alto,
Conspicuum myrrha, conspicuum casia:
Et tumulo adiiciens flores & germina florum,
Mercibus intactam pauperat Arabiam:
Mox Phœbi ad radios pennas quatit auricolores,
Accenditque sui funera sponte rogi:
Scilicet vt letho rediuiuus surgat ab ipso,
Natalesque ambusta hauriat è cinere.
Sic ego dum nitidos Dominæ me verto ob ocellos,
Instar siderei qui mihi Solis habent,
Spe desiderio, dulcique agitatus amore
Ipse pyra & proprio sum meus igne rogus.
Atque vbi diripuere auidæ præcordia flammæ,
Viuere desisto, viuere vt incipiam.

*Carm.* XXIII.

Non tibi pulchra satis, Claudi, mea Hyella videtur:
Nec merito raris digna cani numeris.
Aut miser inuidia, aut alio excæcatus amore es.
Sume meos oculos, & dabis esse Deam.

*Carm.* XXIV.

En speculum formæ testem cape, labraque Hyellæ
Adspice Acidaliis inuidiosa rosis.
Adspice marmoreum frontis decus: adspice Phœbi
Lumina sidereis æmula luminibus:
Vt superet niueos facies candore hyacinthos,
Et ceruix Indum lactea ebur superet.
Quintiliæ tali nec contigit esse: nec ipsa,
Sexte, tua venia Cynthia talis erat.
Talis erat Phrygiæ prælata duabus in Ida
Ad Cœlum victrix dum Cytherea redit:
Omnia contulerunt in te sua munera Diuæ.
Ah caue ne cupidis surripiare Deis!

*Carm.* XXV.

Ocellus

Ocellus ille & ille, quem cano, Dei
Ait fuisse nidus alitis sacer:
Neq; vllius lepori amabilis nurus
Nequisse prænitere. siue seriis
Opus foret vacare, siue lusibus.
Et hoc negat Lycænidis mate æmulæ
Negare frontem, & auream Citheidem,
Plocenq; nobilem Eucticemq; cæsiam,
Glyconida, speclumq; Belgii Antherin:
Vbi iste post ocellus, antea fuit
Serena stella. namque in orbe lacteo
Micante sæpe lumen extulit face.
Tabuda magne tuque ductor Hesperе,
Tibi hæc fuisse & esse cognitissima
Ocellus inquit: vltima ex origine
Choros steriisse dicit inter astricos:
Tuo vstulasse te tuosq; in æquore:
Et inde tot per inuidentium greges
Decus tulisse, dura siue molli a
Moueret arma, siue mallet Aliger.
Simul proteruus abdere vttaq; in iecur.
Neq; vlla vota amasionibus Deis
Sibi esse facta, cum veniret à domo
Iouis superbi aduſq; Scaldis ostia.
Sed hæc prius fuere. nunc Dioneo
Cluit fauore, seq; dedicat tibi
Cupido amoris, atq; Amor Cupidinis.

*Carm. XXVI.*

Cæsareas alius deducat in arma cohortes:
Aut Othomannorum prælia resq; canat:
Ipse domi quo Marte premar, quibus impetar ausis.
Eloquar Idaliis perditus insidiis.
Non equites, non me pedites, classesue lacessunt,
Agminis insoliti fiaus noua bella mouet:

Luna-

Lunatoq; superciliorum è fornice grassans
Cruda venenatis vulnera dat iaculis.

*Carm. XXVII.*

Credimus in superis æuum si ducere Diuos,
Ex quo Saturnum templa Acherontis habent?
Qui nunc cœlorum tractu illecebrisq; relictis,
Degere Lux tecum gaudet & audet Amor!
Certe oculi quæcumque tui vis attrahit illum,
Iure mihi fuerit maior Amoris amor.

*Carm. XXVIII.*

Hæc hora dicta est: prodit ecce, patriis
Factura Diis ritu annuo.
Spectare rarum si iuuat formæ decus
Nulla ante quale protulit
Ætas auorum, nec futura posteris
Producet vlla seculis
Vt inuidis reconditum exseras iubar
Titan, memento, nubibus.
At ne procaci lumine auius caue
Et mente & axe corruas:
Clademque gnati rursus instaures tui,
Cum terra hiulca incendio
Manes profundi prodidisset Tartari;
Cymbamq; publicam Senex
Pigro paludis abdicârat alueo:
Et iam ipse Erinnyas furens
Deos in ipsos Dis citasset, amnium
Ni Rex paterque perditi
Orbis misertus attulisset vltimis
In rebus auxilium vadus.
Præsens face adsis & memor, Cupidines,
Si quando Diuos vrere
Redit voluntas, ex ocellulis Heræ

Alcides clava bellatur, Mulciber igni,
Thyrso Euan virga præpes Atlantiades.
Qui solus pharetra viduus Puer errat & arcu,
Qui face i cuncta oculis hæc gerit arma Venus.
Quæ Venus? illa mei pulcherrima causa furoris:
Mille oculis Veneres quæ simul vna gerit.

*Carm. IX.*

Excors, exanimis semper vestigia sector
Lux tua: & huc illuc irrequietus eo.
An quæ olim Clytien damnarunt fata, eadem nunc
Improba Parcarum net manus illa mihi?
Herculis an sub fronte tibi lapis occultatur:
Atq. animi nobis ingenium ex chalybe est?
An potius radiis istis, velut igne pyrausta,
Captus in exitium sponte mea rapior?
Eheu quam miserum male versat dulcis amaror,
Dum tecum sine me, me sine Hyella vagor!

*Carm. X.*

Qua te luce mihi mea Lux fas visere non est,
Quæ lux est aliis nox inamœna mihi est.
Per loca sic manes furuæ lugubria diuæ
Errant æternis palli duli in tenebris.
At qua luce mihi mea Lux te visere fas est;
Turbine lux agili præcipitata fugit.
Sic Iouis ad mensas Heroes nectare fusi,
Quamuis longa tamen tempora non numerant.
O mihi te mea Lux semper si visere fas sit.
Ne cœlo inuideam, sufficere hora potest.

*Carm. XI.*

Aura felicis Zephyri, aura felix,
Aura quam Phœbo Dea mater antris
Clam sub exesis genuit: secundo
Sic in amore.

Chloris

Chloris ardenti tua semper adsit:
Sic tuis cedant animosa fratrum
Flabra: sic regnes: age nunc volatus
Sustita, & arcem
I, pete Heroi positam Maluto,
Quam Venus, spretis Eryce atq; Cypro,
Incolit, simul mea Lux eam oris
Prætulit istis.
Defer has illi lacrymas, per ora
Quæ mihi, niuis liquidæ instar, vndant:
Defer & suspiria nostra, ab imo
Pectoris ægri
Quæ trahо, nostuq; dieq; mortem
Dum miser viuo miseram, atq; curas
Inter insanas iecur vsq; sæuo à
Vulture rodor.
Dic, bona oppressum nisi subleuet spes,
Mox fore, adspectu vt recreer cupito,
Nil fore, optatum toties subire
Cur morer Orcum.
Sed quid hæc amens tibi? luce tacta
Vt meæ prima fueris Puellæ;
Flamine actutum ex humili emicabis
Arduus ignis.

*Carm. XII.*

Tam procul ergo meo vixi diuisus ab igne:
Et sine te mea Lux, perditus haud perii?
Mens ergo potuit tantas euincere moles,
Vltimaq; infernæ iusta negare rati?
Sic adeo immites lacerarunt intima curæ:
Sic dolor vsq; suo sæuiit ingenio:
Vt supereſſe hilum mirer mihi pectoris huius,
Vt mirer satis me supereſſe meis?
Nunc demum expertus video, curas in amore.

Cor micat, & trepidis exsultant pectora fibris,
Spem vultu quoties candidiore facis:
Mens cadit atq; exspes iaceo in mærore metuq;,
Spem vultu quoties turbidiore negas.
Quid iam non in me tibi dii voluere licere,
Motibus his animum sic mihi quando rapis?
Ah ducis exemplo Æmonii Lux mollior adsis:
Cumque tot in ruleris vulnera, confer opem.

*Carm. XVI.*

Sancte senex, Nerei quem sunt penes æquora, Prorei,
Cui fas in leges te variare tuas:
Omnia si rerum miracula corpore formas,
Flamma, superiecto qui potes esse mari?
Sic ego. Carpathius contra mihi talia vates:
Nam quæ sollicitum cura animum, inquit, habet?
Dic agedum, intuitu quoties tua te Venus vrit,
Frigidus in mediis æstibus vnde tremis?

*Carm. XVII.*

Amorem ocellis flammeolis Heræ
Vidi insidentem, credite posteri:
Fratresque circum ludibundos
Cum pharetra volitare & arcu.
Eheu pauore cor trepido salit:
Mensq; icta Amoris numine deuium
Lymphatur. eheu parce telis,
Parce graui Puer acer igne.
Fas inquieta sit mihi gaudia,
Curæque dulces, cuspidis & tuæ
Votiua vulnera, atq; amicum
Arte lyræ celebrare amarum.
Fas & parentis regna Amathusidos
Porrecta late dicere, partaque
Tropæa de Titane, & æstus

Mulciberis male pertinaces.
Tu vim leonum tu tigrides domas,
Ceteq; & vros: perq; acies truci
Dextra Gradiuum fulminantem
Mitem animis placidumque reddis.
Tu post Gigantum terrigenam manum
Fusam fugatam tela Diespitri
Irata tollis: tu relicta
Coniuge sidereisq regnis,
Qandoque tauro dissimilem sui
Abdis vel auro: iam gelidis cygnum
Vris sub vndis, iam salacem
Destruis in Satyrum aut in hircum.
Te bruta tellus, te maris æquora,
Cœlumq; & inuisi horrida Tartari
Sedes verctur: te veretur
Ipsa Hecate, patruusq; Pluto.

*Carm. XVIII.*

Cor mihi nescio puis rapuit. quis? numquid Hyella?
Sic est: luminibus præda fuit Dominæ.
Quid nunc, quid faciam? qua cor ratione reposcam?
An toties captus limen adire ferum.
Sirenis blandæ audebo male cautus & arctas
Ilicet in pedicas non rediturus agar?
An potius maneo? præstat sed corde remoto,
Languida quî, solitus membra calor recreet?
Quo feror ambiguus? pro me Puer ito Cupido:
Aut Paphiæ cestos huc cedo matris: eo.

*Carm. XIX.*

Dum penitus nostris nondum Puer ossibus hæsit,
Et prima afflatus incalui facula:
Intentis in te pendebam fixus ocellis,
Argus vt in pastus pellicis Inachiæ.

Et quamquam infestum lunaret feruidus arcum,
Et plena circum te streperet pharetra:
Mensq; acris præsaga mali trepidaret & ire
Vltro in proprium sciret in exitium:
Non tamen à caro potui diuellier ore,
Insolitis gaudens vita cupidinibus.
At iam nunc animum & sensus deperditus omnes,
Sera & Nyctimene ferre aciem nequeo:
Incertu'q; mei muto, iactorq;, Medusæ
Tamquam saxificæ cernere vultum habeam.
Nec tamen à caro possum diuellier ore,
Insolitis captus vita cupidinibus.
Heu tacti ad viuum, frustra, frustra estis ocelli.
Quid libertatis quærere ius patriæ?
Aut quorsum inuitos alio contendere gressus?
Sic Phryga post damnum sero ferunt sapere.
Quin agedum perstate, auidique haurite venenum.
Viuere cum non sit, sit mihi posse mori.

*Carm.* XX.

Huc illuc quo quisque means in Sole vagatur,
Corporis accedit corpus inane sui.
Haud aliter quo Vita pedum vestigia flectis,
Corporis accedo corpus inane tui.
Certe tecum animi viuit pars optima nostri:
Ne quem me species arguit esse putes.
Sum tu: cura tui nec ne tamen vlla remordet.
Corporis hinc iactor corpus inane mei.
At simul ex oculis oculos subducis; inane
Qui modo corpus eram, dispereo in nihilum.
Nec minus hei nihilum luctus, lacrimæq; maluntur.
Sic post fata etiam Mygdonis orba dolet.

*Carm.* XXI.

Quem tu, Vita, tuo semel

Perstri-

Perstrictum placido lumine ceperis
Illum non vagus Adria
Iactabit cupidum: non creperæ vices
Ardentem in fera prœlia
Raptabunt: neque fors aulica, callidis
Occultum ingenii artibus
Quod Regū obsequio subdiderit caput,
Adscribet Procerum ordini.
Sed qui sanctus Amor dulcacido madet,
Et formæ insolitus lepos,
Diffundent liquido nectare cælitem.
Cæli me rota tertii
Concinnat Charites inter amabiles,
Ac sacrum Veneri gregem:
Et iam mole minus corporis aggrauor.
O mortalibus inuidas
Mentis quæ tenebras Lux mea discutis:
O seclo quoque reptili,
Incussura aquilæ, si libeat volatum:
Ex omni & merito tuum est,
Quod cura vacuus degeneri feror,
Nil deos tacite obsecrans.
Quod viuo & valeo, sumq; meus, tuum est.

*Carm. XXII.*

Alituum immortale decus, Diis æmulus ales
Ipse sibi genitor, ipse sibi soboles:
Qui nostri ex alto spernens consortia mundi,
Nec fortunatis cernitur à populis:
Sed Tigrim Gangemq; vltra Nabathæaq; flabra,
Lucifer ardentes mane vbi frenat equos,
Auroræ roseos inter Titanidis ortus,
Non adeunda aliis regna beata tenet:
Tædia decursæ quoties male fert ætatis,
Ne fati temere concidat arbitrio:

Agge-

Aggeream educit tumulum sibi colle sub alto,
Conspicuum myrrha, conspicuum casia:
Et tumulo adiiciens flores & germina florum,
Mercibus intactam pauperat Arabiam:
Mox Phœbi ad radios pennas quatit auricolores,
Accenditque sui funera sponte rogi:
Scilicet vt letho rediuiuus surgat ab ipso,
Nataleſque ambusta hauriat è cinere.
Sic ego dum nitidos Dominæ me verto ob ocellos,
Instar siderei qui mihi Solis habent,
Spe desiderio, dulcique agitatus amore
Ipse pyra & proprio sum meus igne rogus.
Atque vbi diripuere auidæ præcordia flammæ,
Viuere desisto, viuere vt incipiam.

*Carm. XXIII.*

Non tibi pulchra satis, Claudi, mea Hyella videtur:
Nec merito rarisdigna cani numeris.
Aut miser inuidia, aut alio excæcatus amore es.
Sume meos oculos, & dabis esse Deam.

*Carm. XXIV.*

En speculum formæ testem cape, labraque Hyellæ
Adspice Acidaliis inuidiosa rosis.
Adspice marmoreum frontis decus: adspice Phœbi
Lumina sidereis æmula luminibus:
Vt superet niueos facies candore hyacinthos,
Et ceruix Indum lactea ebur superet.
Quintiliæ tali nec contigit esse: nec ipsa,
Sexte, tua venia Cynthia talis erat.
Talis erat Phrygia prælata duabus in Ida
Ad Cœlum victrix dum Cytherea redit:
Omnia contulerunt in te sua munera Diuæ,
Ah caue ne cupidis surripiare Deis!

*Carm. XXV.*

Ocellus ille & ille, quem cano, Dei
Ait fuisse nidus alitis sacer:
Neq; vllius lepori amabilis nurus
Nequisse prænitere. siue seriis
Opus foret vacare, siue lusibus.
Et hoc negat Lycænidis mate æmulæ
Negare frontem, & auream Cytheidem,
Plocenq; nobilem Eucticemq; cæsiam,
Glyconida, speclumq; Belgii Antherin:
Vbi iste post ocellus, antea fuit
Serena stella. namque in orbe lacteo
Micante sæpe lumen exrulit face.
Tabuda magne tuque ductor Hesperе,
Tibi hæc fuisse & esse cognitissima
Ocellus inquit: vltima ex origine
Choros steriisse dicit inter astricos:
Tuo vstulasse te tuosq; in æquore:
Et inde tot per inuidentium greges
Decus tulisse, dura siue molla
Moueret arma, siue mallet Aliger
Simul proteruus abdere vtraq; in iecur.
Neq; vlla vota amasionibus Deis
Sibi esse facta, cum veniret à domo
Iouis superbi aduſq; Scaldis ostia.
Sed hæc prius fuere. nunc Dioneo
Cluit fauore, seq; dedicat tibi
Cupido amoris, atq; Amor Cupidinis.

*Carm. XXVI.*

Cæsareas alius deducat in arma cohortes:
Aut Othomannorum prælia resq; canat:
Ipse domi quo Marte premar. quibus impetar ausis.
Eloquar Idaliis perditus insidiis.
Non equites, non me pedites, classesue lacessunt,
Agminis insoliti fraus noua bella mouet:

Luna-

Lunatoq; superciliorum è fornice grassans
Cruda venenatis vulnera dat iaculis.

*Carm. XXVII.*

Credimus in superis æuum si ducere Diuos,
Ex quo Saturnum templa Acherontis habent?
Qui nunc cœlorum tractu illecebrisq; relictis,
Degere Lux tecum gaudet & audet Amor!
Certe oculi quæcumque tui vis attrahit illum,
Iure mihi fuerit maior Amoris amor.

*Carm. XXVIII.*

Hæc hora dicta est: prodit ecce, patriis
Factura Diis ritu annuo.
Spectare rarum si iuuat formæ decus
Nulla ante quale protulit
Ætas auorum, nec futura posteris
Producet vlla sæculis
Vt inuidis reconditum exseras iubar
Titan, memento, nubibus.
At ne procaci lumine auius caue
Et mente & axe corruas:
Clademque gnati rursus instaures tui,
Cum terra hiulca incendio
Manes profundi prodidisset Tartari,
Cymbamq; publicam Senex
Pigro paludis abdicârat alueo:
Et iam ipse Erinnyas furens
Deos in ipsos Dis citasset, amnium
Ni Rex paterque perditi
Orbis misertus attulisset vltimis
In rebus auxilium Padus.
Præsens face adsis & memor, Cupidines,
Si quando Diuos vrere
Redit voluntas, ex ocellulis Heræ

Gemi-

Omnia vel magni sunt thalamo apta Iouis!
Dum licet admissos, Tithonia, flecte iugales,
Teque iterum Eois abde sub æquoribus.
Aut ferruginea vultum tege nube. refulget
Clarior è tertis lux modo luce tua.
Ni facis, egressam temere pudor obruet aureus
Victa meæ postquam videris os Dominæ.

*Carm. VII.*

O frons Hyellæ marmore læuior,
Splendere summi digna thoro Iouis,
Non absque fronte sidera ista
Sideribus tua adæquo, & vltra
Formosi amœnum Luciferi iubar,
Astris pudorem quo reliquis facit;
His audeo excitare nomen
Spumigena Venere inuidente.
Impune nemo te videat; sui
Quin exsul, ipsum se tibi mancipet
Deuotus, extemploque nexum
Sponte tuum petat; ille cantu
Pellace blandas qui volucres maris
Spreuit puellas, non queat illicem
Transire flammam, flamma visam
Non magè quam queat ipsa naphtham.
Perenniclaris tu quoq; frontibus
Iungere posthac, fulgidulos tibi
Me teste scintillare ocellos,
Vnde faces animet Cupido.

*Carm. VIII.*

Fulmen habet cœli domitor fert ægida Pallas:
Oceani trino est fuscina dente minax.
Marspiter & curru molitur prælia & ense:
Pugnis Tyndarides præuales, alter equis.

Alcides claua bellatur, Mulciber igni,
Thyrſo Euan virga præpes Atlantiades.
Qui ſolus pharetra viduus Puer errat & arcu,
Qui face? cuncta oculis hæc gerit arma Venus.
Quæ Venus? illa mei pulcherrima cauſſa furoris:
Mille oculis Veneres quæ ſimul vna gerit.

*Carm. IX.*

Excors, exanimis ſemper veſtigia ſector
Lux tua: & huc illuc irrequietus eo.
An quæ olim Clytien damnarunt fata, eadem nunc
Improba Parcarum net manus illa mihi?
Herculis an ſub fronte tibi lapis occultatur:
Atq; animi nobis ingenium ex chalybe eſt?
An potius radiis iſtis, velut igne pyrauſta,
Captus in exitium ſponte mea rapior?
Eheu quam miſerum male verſat dulcis amaror,
Dum tecum ſine me, me ſine Hyella vagor!

*Carm. X.*

Qua te luce mihi mea Lux fas viſere non eſt,
Quæ lux eſt aliis nox inamœna mihi eſt.
Per loca ſic manes furuæ lugubria diuæ
Errant æternis palli duli in tenebris.
At qua luce mihi mea Lux te viſere fas eſt;
Turbine luxagili præcipitata fugit.
Sic Iouis ad menſas Heroes nectare fuſi,
Quamuis longa tamen tempora non numerant.
O mihi te mea Lux ſemper ſi viſere fas ſit,
Ne cœlo inuideam, ſufficere hora poteſt.

*Carm. XI.*

Aura felicis Zephyri, aura felix,
Aura quam Phœbo Dea mater antris
Clam ſub exeſis genuit: ſecundo
Sic in amore.

Chloris

Chloris ardenti tua semper adsit:
Sic tuis cedant animosa fratrum
Flabra: sic regnes: age nunc volatus
Suscita, & arcem
I, pete Heroi positam Maluto,
Quam Venus, spretis Eryce atq; Cypro,
Incolit, simul mea Lux eam oris
Prætulit istis.
Defer has illi lacrymas, per ora
Quæ mihi niuis liquidæ instar, vndant:
Defer & suspiria nostra, ab imo
Pectoris ægri
Quæ trahо, noctuq; dieq; mortem
Dum miser viuo miseram, atq; curas
Inter insanas iecur vsq; sæuo à
Vulture rodor.
Dic, bona oppressum nisi subleuet spes,
Mox fore; adspectu vt recreer cupito,
Nil fore, optatum toties subire
Cur morer Orcum.
Sed quid hæc amens tibi? luce tacta
Vt meæ prima fueris Puellæ;
Flamine actutum ex humili emicabis
Arduus ignis.

*Carm. XII.*

Tam procul ergo meo vixi diuisus ab igne:
Et sine te mea Lux, perditus haud perii?
Mens ergo potuit tantas euincere moles,
Vltimaq; infernæ iusta negare rati?
Sic adeo immites lacerarunt intima curæ:
Sic dolor vsq; suo sæuiit ingenio:
Vt supereſſe hilum mirer mihi pectoris huius,
Vt mirer fatis me supereſſe meis?
Nunc demum expertus video, curas in amore.

Cor micat, & ttepidis exsultant pectora fibris,
Spem vultu quoties candidiore facis:
Mens cadit atq; exspes iaceo in mærore metuq;,
Spem vultu quoties turbidiore negas.
Quid iam non in me tibi dii voluere licere,
Motibus his animum sic mihi quando rapis?
Ah ducis exemplo Æmonii Lux mollior adsis:
Cumque tot inruleris vulnera, confer opem.

*Carm. XVI.*

Sancte senex, Nerei quem sunt penes æquora, Proteu,
Cui fas in leges te variare tuas:
Omnia si rerum miracula corpore formas,
Flamma, superiecto qui potes esse mari?
Sic ego. Carpathius contra mihi talia vates:
Nam quæ sollicitum cura animum, inquit, habet?
Dic agedum, intuitu quoties tua te Venus vrit,
Frigidus in mediis æstibus vnde tremis?

*Carm. XVII.*

Amorem ocellis flammeolis Heræ
Vidi insidentem, credite posteri:
Fratresque circum ludibundos
Cum pharetra volitare & arcu.
Eheu pauore cor trepido salit:
Mensq; icta Amoris numine deuium
Lymphatur. eheu parce telis,
Parce graui Puer acer igne.
Fas inquieta sit mihi gaudia,
Curaeque dulces, cuspidis & tuæ
Votiua vulnera, atq; amicum
Arte lyræ celebrare amarum.
Fas & parentis regna Amathusidos
Porrecta late dicere, partaque
Tropæa de Tiphone, & æstus

Mulciberis male pertinaces.
Tu vim leonum tu tigrides domas,
Ceteq; & vros: perq; acies truci
Dextra Gradiuum fulminantem
Mitem animis placidumque reddis.
Tu post Gigantum terrigenam manum
Fusam fugatam tela Diespitri
Irata tollis: tu relicta
Coniuge sidereisq regnis,
Qandoque tauro dissimilem sui
Abdis vel auro: iam gelidis cygnum
Vris sub vndis, iam salacem
Destruis in Satyrum aut in hircum.
Te bruta tellus, te maris æquora,
Cœlumq; & inuisi horrida Tartari
Sedes verctur: te veretur
Ipsa Hecate, patruusq; Pluto.

*Carm. XVIII.*

Cor mihi nescio puis rapuit. quis? numquid Hyella?
Sic est: luminibus præda fuit Dominæ.
Quid nunc, quid faciam? qua cor ratione reposcam?
An toties captus limen adire ferum.
Sirenis blandæ audebo male cautus & arctas
Ilicet in pedicas non rediturus agar?
An potius maneo? præstat sed corde remoto,
Languida quî, solitus membra calor recreet?
Quo feror ambiguus? pro me Puer ito Cupido:
Aut Paphiæ cestos huc cedo matris: eo.

*Carm. XIX.*

Dum penitus nostris nondum Puer ossibus hæsit,
Et prima afflatus incalui facula:
Intentis in te pendebam fixus ocellis,
Argus vt in pastus pellicis Inachiæ.

Et quamquam infestum lunaret feruidus arcum,
Et plena circum te streperet pharetra:
Mensq; acris præsaga mali trepidaret & ire
Vltro & proprium sciret in exitium:
Non tamen à caro potui diuellier ore,
Insolitis gaudens vita cupidinibus.
At iam nunc animum & sensus deperditus omnes,
Sera & Nyctimene ferre aciem nequeo:
Incertu q; mei muto, iactorq;, Medusæ
Tamquam saxificæ cernere vultum habeam.
Nec tamen à caro possum diuellier ore,
Insolitis captus vita cupidinibus.
Heu tacti ad viuum, frustra, frustra estis ocelli.
Quid libertatis quærere ius patriæ?
Aut quorsum inuitos alio contendere gressus?
Sic Phryga post damnum sero ferunt sapere.
Quin agedum perstate, auidique haurite venenum.
Viuere cum non sit, sit mihi posse mori.

*Carm.* XX.

Huc illuc quo quisque means in Sole vagatur,
Corporis accedit corpus inane sui.
Haud aliter quo Vita pedum vestigia flectis,
Corporis accedo corpus inane tui
Certe tecum animi viuit pars optima nostri:
Ne quem me species arguit esse putes.
Sum tu: cura tui nec ne tamen vlla remordet.
Corporis hinc iactor corpus inane mei.
At simul ex oculis oculos subducis; inane
Qui modo corpus eram, dispereo in nihilum.
Nec minus hei nihilum luctus, lacrimæq; maleviuunt.
Sic post fata etiam Mygdonis orba dolet.

*Carm.* XXI.

Quem tu, Vita, tuo semel

Perstri-

Perstrictum placido lumine ceperis
Illum non vagus Adria
Iactabit cupidum: non creperæ vices
Ardentem in fera prœlia
Raptabunt: neque fors aulica, callidis
Occultum ingenii artibus
Quod Regū obsequio subdiderit caput,
Adscribet Procerum ordini.
Sed qui sanctus Amor dulcacido madet,
Et formæ insolitus lepos,
Diffundent liquido nectare cælitem.
Cæli me rota tertii
Concinnat Charites inter amabiles,
Ac sacrum Veneri gregem:
Et iam mole minus corporis aggrauor.
O mortalibus inuidas
Mentis quæ tenebras Lux mea discutis:
O seclo quoque reptili,
Incussura aquilæ, si libeat volatum:
Ex omni & merito tuum est,
Quod cura vacuus degeneri feror,
Nil deos tacite obsecrans.
Quod viuo & valeo, sumq; meus, tuum est.

*Carm. XXII.*

Alituum immortale decus, Diis æmulus ales
Ipse sibi genitor, ipse sibi soboles:
Qui nostri ex alto spernens consortia mundi,
Nec fortunatis cernitur à populis:
Sed Tigrim Gangemq; vltra Nabathæaq; flabra,
Lucifer ardentes mane vbi frenat equos,
Auroræ roseos inter Titanidis ortus,
Non adeunda aliis regna beata tenet:
Tædia decursæ quoties male fert ætatis,
Ne fati temere concidat arbitrio:

Agge-

Aggeream educit tumulum sibi colle sub alto,
Conspicuum myrrha, conspicuum casia:
Et tumulo adiiciens flores & germina florum,
Mercibus intactam pauperat Arabiam:
Mox Phœbi ad radios pennas quatit auricolores,
Accenditque sui funera sponte rogi:
Scilicet vt letho rediuiuus surgat ab ipso,
Natalesque ambusta hauriat è cinere.
Sic ego dum nitidos Dominæ me verto ob ocellos,
Instar siderei qui mihi Solis habent,
Spe desiderio, dulcique agitatus amore
Ipse pyra & proprio sum meus igne rogus.
Atque vbi diripuere auidæ præcordia flammæ,
Viuere desisto, viuere vt incipiam.

*Carm. XXIII.*

Non tibi pulchra satis, Claudi, mea Hyella videtur:
Nec merito raris digna cani numeris.
Aut miser inuidia, aut alio excæcatus amore es.
Sume meos oculos, & dabis esse Deam.

*Carm. XXIV.*

En speculum formæ testem cape, labraque Hyellæ
Adspice Acidaliis inuidiosa rosis.
Adspice marmoreum frontis decus: adspice Phœbi
Lumina sidereis æmula luminibus:
Vt superet niueos facies candore hyacinthos,
Et ceruix Indum lactea ebur superet.
Quintiliæ tali nec contigit esse: nec ipsa,
Sexte, tua venia Cynthia talis erat.
Talis erat Phrygia prælata duabus in Ida
Ad Cœlum victrix dum Cytherea redit:
Omnia contulerunt in te sua munera Diuæ.
Ah caue ne cupidis surripiare Deis!

*Carm. XXV.*

Ocellus

Lunatoq; ſu perciliorum è fornice graſſans
Cruda venenatis vulnera dat iaculis.

*Carm. XXVII.*

Credimus in ſuperis æuum ſi ducere Diuos,
Ex quo Saturnum templa Acherontis habent?
Qui nunc cœlorum tractu illecebriſq; relictis,
Degere Lux tecum gaudet & audet Amor!
Certe oculi quæcumque tui vis attrahit illum,
Iure mihi fuerit maior Amoris amor.

*Carm. XXVIII.*

Hæc hora dicta eſt: prodit ecce, patriis
Factura Diis ritu annuo.
Spectare rarum ſi iuuat formæ decus
Nulla ante quale protulit
Ætas auorum, nec futura poſteris
Producet vlla ſæculis
Vt inuidis reconditum exſeras iubar
Titan, memento, nubibus.
At ne procaci lumine auius caue
Et mente & axe corruas:
Clademque gnati rurſus inſtaures tui,
Cum terra hiulca incendio
Manes profundi prodidiſſet Tartari;
Cymbamq; publicam Senex
Pigro paludis abdicârat alueo:
Et iam ipſe Erinnyas furens
Deos in ipſos Dis citaſſet, amnium
Ni Rex paterque perditi
Orbis miſertus attuliſſet vltimis
In rebus auxilium vadus.
Præſens face adſis & memor, Cupidines,
Si quando Dinos vrere
Redit voluntas, ex ocellulis Heræ

Gemi-

Ne rursum exitio sciens
Memet obijciam; ilicet
Incerto trepidus pede,
Quâ datur, retro cedo.
Frustra: nam priùs aridas
Flamma per segetes strepens
Sedetur; priùs in caput
Cursus Isara flectat:
Quàm desiderij queam
Surgentis premere impetum:
Aut menti arbitrio meo
Legem ponere recti.
Vt quondam (Inachiæ fidem
Si veram historiæ putas)
Ad pestem ante oculos sitam
Iuit Amphiarâus:
Sic cernam licet, apparem
Quid mali mihi, ni loco
Deuitem; tamen in crucem
Vel pes me rapit ipse.
Cur ergo ô oculi fuga
Vana nitimur? æstuat
Imis visceribus latens
Vis concepta veneni:
Quam nec Thessala cantibus,
Aut herbis anus enecet:
Quin nec ipse Epidaurius
Curet arte paterna:
Hic etsi lacerum Deæ,
Vitæque Hippolytum suæ
Olim reddidit; hæc polo
Possit deripere astra.
Ah Amor nimium impotens!
Ah me clade graui obrutum!
Iámne conditio feuis

Ipse ego (quando suo me cepit lumine Hyella)
Compolito gignar funere papilio.

*Carm. XXXV.*

Ad te siquando accessi, & tua lumina specto,
Lumina Phœbeis quæ mihi pro facibus:
Vt qui monstrificæ Phorcynidos ora tuentur,
Frigidus adstricto pectore dirigeo.
Nec mora: lux animum attonito rapit improba: & alter
Sum Thamyras, fieri dum volo Aristorides.
Quodque poëtarum superat mira omnia, fio
Hoc mage Aristorides, quo mage sum Thamyras.

*Carm. XXXVI.*

Cur nunquam satiet tuos
Spectans Lux mea ocellulos,
Istos lux mea ocellulos,
Qui cor sic mihi carpunt:
Ignitum faculis suis,
Vt nec Ænariæ obrutus
Altis vorticibus Gigas
Cœus ardeat æquè;
Mirabar prius: at modò
Nil noui video. in necem
Sponte tendere Pyralin
Vidi lucis amore.

*Carm. XXXVIII.*

Qui solis Libyæ degit Basiliscus arenis,
Cuncta venenato lumine trux perimit.
Quid mirum, vastis igitur si regnet in oris,
Nec quisquam propius audeat ire ferum?
Mirandum magis. adsector te Lux mea semper,
Cum tamen & miti lumine me perimas.

Vnde has delicias mihi creari,
Vnde hæc gaudia gaudeo euenire,
Grato lumine sæpius salutem.
Dij quod hoc genus impotentiæ? ergo
Sic labris miserè inuidere ocellos:
Nec spem esse auxilij? Huc Meneni: & olim
Si plebem Patribus reduxti amicam,
Quam malus temere efferârat error;
Nunc age ingenium excita, allabora,
Cum labris bene congruant ocelli:
Et Deus mihi pacis alter esto.

*Carm. XXXIX.*

Non ita Parrhasiam spectat lapis Indus ad Arcton
Occulto magnes nobilis ingenio:
Nec Clytie sic Solis equos intenta tuetur,
Mortua non potuit cuius amore mori:
Nec sic aurata rutilantia in arbore mala
Obseruat custos peruigil Hesperidum:
Nec sic Phryxei tutator velleris Hydrus
Excubat insomni nocte dieque acie:
In te ego vt obtutu semper defigor eodem
Lux mea luce frui fas mihi quando tua est.
Sed quæ fata meis credam contraria votis?
Colchida quámve in me sacra piare querar?
Dum tibi deuotos vsque auersaris amores,
Nescia blanditijs reddere mota vicem?
Namque vel assiduis studijs addicta Mineruæ
Secreta certas delituisse domo:
Vel si fors prodire iuuat; velo abdita prodis,
Tamquam delicijs inuidiosa meis.
Ah nostri si nulla tibi Lux mutuæ cura est:
Saltem sit Pueri mutua cura Dei.
Hic est ille, tuis qui cernere gaudet ocellis:
Qui tibi cum superis & Venerem antetulit.

Et potes ô malè grata Deum bis lumine ademto
Abstrusum cœcas deprimere in latebras?
Ne tantum ne offirma animo pulcherrima crimen:
Quin potius læsi numina concilia.
Vt possis prodire velis, vultu sed aperto:
Teque palam videat, inuideatque Venus.

*Carm. XL.*

Ocelle Americi soli volans sacrata Phœbo,
Fors inter alites tibi fortuna iure fauit,
Quascumque mobile aëris per æquor aura tollit:
Cum labe nulla turpior, nouoque salua ab orbe
Munusculum puellulæ meæ obtigisti amicum:
Atque illius nunc in sinu melos suaue lingua
Tentes sonare blæsula; cibisque nunc cupitis
Fruare, nec tuæ Indiæ te germina aut odores
Morentur; omnia Indiæ cum germina ac odores,
Nectárque dulce cœlitum trahas vel osculo vno.
Dic ô mihi, dic, roscido soluta mane somno
Cubile quando deserit, decusque amabile oris
Exsuscitans thoro emicat; natale numquid astrum,
Eque Occidente oririer stupésne posse solem?

*Carm. XLI.*

Quid iuuat in nostros dentem distringere lusus:
Et premere innocuæ simplicitatis opus?
Non hic infami prurit mihi pagina luxu;
Hellespontiaca nec crepat æra manu.
Nec Didymi exactas renouat sub fornice noctes:
Aut Nero, quæ tacitis gesserat in Capreis.
Adspicis ingenua deducta poëmata fronte,
Qualia, dum Paphijs ignibus incalui,
Prima verecundo cecinit mea Pierisausu.
Estne quid hic, oculi Zoile cur doleant?
Si doleant; tu causa mali. quos inuidia exest,

Intuitu

Intuitu sanos sic vitiant oculos.

*Carm. XLII.*

Non insolenti, nec dubia ferar
Via vniformis per superûm igneas
Amatorarces: atque nexu
Corporis ante obitum exsolutus.

Terrena spernam. nil capiet mei
De parte sacra Persephone nocens,
Tagáxque Parca stamen occet,
Vt lubet, è tribus vna nostrum.

Iam iam repulsa nocte animi, vigor
Conturbat intus, atque hominem procul
Exturbat ægrum, concitóque
Pectus obit agitatque motu.

Iam mens inerti carcere libera
Supra maligni tramitis obices
Curru Cupidinis leuata,
Euehitur per inane magnum:

Interque cœli septa Quiritium,
Et Gratiarum virgineum chorum,
Qua Tertius mouetur orbis,
Ipsius in gremio Diones.

Lætatur omni lætitia: & Deæ
Agnoscit expressam effigiem suæ,
Ardetque miratúrque, & in se
Liquitur illecebra decoris.

Frustra latebris Lux penetralium
Peplóque gaudes: nusquam oculis abes
Inuisa nostris. mitte peplum,
Mitte superuacuas latebras.

## BASIA,

### *Ad N. V. Anſelmum Opitium Adurnum.*

Hæc inſcripta vides tibi quæ mea Baſia, Adurne,
Annos per multos delituere ſitu
Abdita in obſcuro, dum nos tot caſibus actos
Tantum non poſſum Tiſiphonæa dedit.
Ne mala noſtra minutatim nunc cuncta reponam,
Eheu plus ſatis eſt quæ toleraſſe ſemel.
Scis quam continuis bellorum agitemur, in vndis
Hactenus, & quantas rerum hominumque lues,
Senſerimus macti male dira peſte fameque;
Vt nomen nobis vix ſuperet Morinum:
Poſtquam perfidia Autolyci res publica lapſa,
Atque impune malis quod libuit licuit.
Scis quoq; me Luſtrũ quinquenne per integrũ & vltra
Libertate paterna & caruiſſe domo:
Pluraque perpeſſum quàm ſub Buſiride quiſquam
Ante, vel Atracio pertulit Antiphate.
Quis tantas inter turbas, cladeſque neceſque
Caſtaliam placido pectore potet aquam?
Aut vatum contracta ſequi veſtigia curet?
Quis decus affectet nobile ab ingenio?
Sed bene: conuertit vultum Adraſtea gubernans:
Aurea poſt denſas lux redijt tenebras.
Nunc olim miſſos libet inſtaurare calores,
Et teſtudinea carmen hiare lyra.
Suauiaque auſpicijs dimittere lucis in oras
Noſtra tuis, nimium quæ iacuere diu.
Nam quum conſtanter toties laudaueris illa,
Vt credi poſſint perplacuiſſe tibi;
Cur ſciolos metuant? Anſelmus Opitius vnus
Eſt mihi pro Criticis quamlibet innumeris.
Accipe læta meæ lætus monumenta Thaliæ:
Accipe iudicio dona probata tuo:

Tamque

Tamque diu hoc noſtri pignus tibi duret amoris,
Dum Deus in terris nomen habebit Amor.

*De Baſiis ſuis.*

Hic quia ſanguis hebet ſenio defectus; at ille
Quod ferat ingratæ triſte iugum Dominæ:
Tertius obriguit bruto quia frigore totus,
Auerſi ſancta ſunt procul à Venere.
Alter ſegnis, iners, ac nil niſi venter, & alter
Plus æquo elatus ſuſpicione ſui,
In leuibus clamant nos conterere otia fruſtra,
Et petere æterni nominis inde decus.
Vt lubet, incilent. Licuit dum viuere vixi:
Nec ſemel ægrum animum compoſui arte lyræ.
Illorum certè tum dicta & facta iacebunt,
Peſſerit his poſito quum pede Parca caput.
At quandoque mei ſub terras ibit imago,
Vltima nos vel nunc ſi volet hora ferat.
Sint leuia hæc quamuis, ſic vt rumpantur iniqui;
Clara mei in libris vivet imago meis.

*Ad Venerem.*

Si nihil in votis nobis ſcis crebrius eſſe
O Dea, quæ cœli tertia regna tenes;
Quàm Dominæ vt poſſim dicto factoque placere,
Et capere illecebris baſia nota ſuis:
More meo ludens: ſeu iungere labra labellis,
Atque vnam è gemino colligere ore animam:
Siue iuuet duplices miſcere per oſcula linguas,
Atque alia in regno quæ fieri Veneris,
Sed caſto Veneris regno ſueuere: ſecundus
Præluſit primus qualia Diua tuus.
Da precor, exemplo illius quæ ludimus, eſſe
Gratæ meæ, & parili nos in amore liga.
Tunc ego torquatæ tibi colla ſecabo columbæ,
Et mactam libo ter faciam atque mero.

*Tasium I.*

Bella calent sæuisque calet gens omnis in armis;
Ipse etiam accendit Mars puerile secus.
Sed quæ mens atram per vulnera quærere mortem!
Imminet, & tacitis sponte venit pedibus.
Nec Deus est infra mitem qui conserit vuam,
Nec Dea, quæ frugum munere vestit agros.
At Styx, at Stygius pandens tria guttura custos,
Tisiphoneque feris anguibus hirta caput.
Illic luminibusque cauis, & pallidulæ ora
Vmbræ errant crassa, nocte, die, in nebula.
Nos potius, dum fata sinunt, viuamus, amemus,
Sectantes dulcem, lux mea, militiam:
Militiam Veneris dulcem sine robore ferri
Cernere quam cuiuis, & sine cæde licet.
Atque vtinam implicito nexu sic stringere vtrunque
Velles, vt morti sit soluisse nefas.
Chaoniæ exemplum tibi sint in amore volucres
Mordenti rostro carpere basiola
Gaudentes semper: finem nam quisquis amoris
Quærit, quem quærit non habet vllus amor.
Luna prius sparget radios, ac tela diei,
Et Tartesiaca Sol orietur aqua:
Flamma per accensas prius exstinguetur aristas,
Setiger inque vdo flumine viuet aper:
Quàm me suauiolis poterit satiare Cupido:
Pascar & his viuus, pascar & his moriens.
Quod mihi si tales epulas mea ponere pergas;
Conuiua Oceani nec Iouis esse velim.
Si dabis ex animo, fiam immortalis in illis:
Basiolum vnum ipsam condiat ambrosiam.
Qualibus in curis cuncti si viuere vellent,
Et Syrio nardi tinguere rore comam:
Non acies, non bella forent, & pace quieta
Cantaret patrias dux gregis interoues;

Nec

Nec toties vastata igni ferroque cruenta
Funditus in cineres Belgica corrueret,
Hæc certe seri poterunt laudare nepotes:
Nullius oppressæ sanguine plebis alor.
Tu modo dum viuis fructum ne desere vitæ,
Oscula si dederis, reddita, Lux capies.
Ac veluti folia hesternam spreuere corollam,
Aut collo extiterat quæ decus aut capiti:
Sic nobis quibus ales Amor nunc leniter afflat
Gaudia turbabit crastina sorte dies.

*Basium II.*

Aut da basiolum tenerum mihi, Vita, petenti;
Basiolo castus non violatur amor:
Aut dem basiolum tenerum tibi, Vita, volenti:
Vix minor optari res in amore potest.
Aut si vtrumque negas; rapiam sine, Vita, neganti
Sæuitia facili, basiolum tenerum.

*Basium III,*

Labella bella Hyellæ
Et vos genæ virentes.
Et vos nigelli ocelli,
Quibus insidet venustas
Quibus insidet voluptas,
Risusque Gratiæque:
Vobis labella bella,
Vobis genæ virentes
Vobis nigelli ocelli
An creditis carere
Meque abstinere posse?
Non si mihi labores,
Non si mihi furores,
Sint Herculis ferendi:
Non si venena certa

Det Haurienda Circe,
Vobis carere possim,
Meque abstinere vobis.
Agedum labella bella
Agedum genæ virentes.
Et vos nigelli ocelli,
Animam foras vocate;
Animam meam intus ægram:
Corque irrigate feruens
Dum promulo ore vobis
Hoc osculum propino.

*Basium IV.*

Vt mihi sanguineis placuit mea Hyella labellis,
Misi cor dominæ ipse quoque vt placeam.
Sed dominæ captum illecebris, captumq; lepore
Non rediit: mansit mellis in alueolo.
Ergo ex cors, animæ suspiria nuntia misi:
Illa remissa, licet sæpe abiere retro,
Nec norunt vbi sit, nec quas male transfugum agat res:
Tantum flatu ignem pectoris vsque animant.
Nunc animam mitto, quæ si ipsa quoque hæserit illic
Ne peream exanimis quid potius faciam,
Nescio: sed fallor, scio: blanditim ora labellis
Iungam, & lingua ori quidquid inest penitè
Scrutator penitus: sic vel suspiria pellam,
Et cum corde mihi restituam ipsam animam:
Aut hoc si nequeo: moriar ne ignauus, inultus;
Quæ ne surripiunt oscula surripiam.

*Basium V.*

Hunc roseum florem dono tibi munere, Hyella:
Aspicis vt liquido fulgidus igne micet?
Sic micat illa tuis quę splendet purpura malis,
Murice Sydonia purpura lucidior.

Nec.

Nec fragrat minus & suaui blanditur odore:
Auram luciferi sideris esse putes.
Luciferi certe ros sideris imbuit illum.
Sideris & floris nam domina vna Venus.
Illius aura leues sed celsior exit in auras:
Proximus hic suaui gratus odore suo est
Pro me blanda tuis igitur ferat oscula labris,
Cum cupies grato floris odore frui.
Nam licet & casiam & flores & cinnama spires,
Ne pigeat roseo lux mea flore frui:
Ne pigeat nitidis sertum imposuisse capillis.
Comta sibi sertum sit licet ipsa coma.
His sese vmbrabat sertis & nuda Dione
Iudicis Idæi stare vt ante oculos.
His quoque gaudebat iuueni cum mitis amato,
Delicias omnes diceret & faceret.
O quoties Phrygij recubans Simoentis ad vndam
Dum studet Anchisæ culta placere suo;
Non aliis pectus collumue ornare corollis,
Non alio soluta est pingere flore comam.
Sæpe illa Æthiopum ad mēsas aurum atque smaragdos
Respuit, & placuit flore reuincta suo.
Sæpe animum Vulcane tuum post retia lentum
Cepit puniceis conspicienda rosis.
Nec Marti munus potuit dare gratius vllum
Quam florem potuit dare Diua suum.
Felix flos nimium felix sic ergo beatus
Oscula tu capies, oscula te capient.
Inuideo flos belle tibi, misere ipse misellus
Oscula non capiam, oscula tu capies?
O Vtinam, in partem facilis me admittat, & istos
Det pariter tecum carpere delicias.
Hærebo dominæ roseis vt hirudo labellis,
Nec saturum auelli me temere inde sinam:
Candida nexilibus sed stringens colla lacertis

Vincam

Vincam flexipedis ambitionem hederæ;
Dum sensim oppresso blanda inter suauia sensu
Immittam exanimatam illius ori animam:
Mox lingua auidula fugitiuam & dente secutus
Miscebo binas iuncta per ora animas:
Atque ita non noto contingens nectare vtramque
Efficiam gemini corporis vnam animam:
Imo vnum potius corpus, duo corpora nostra,
Corporis vnius vnam animam efficiam
Quod vere vt possim tibi si mea munera grata,
Redde vicem, & florem da mihi, Vita, tuum.
Non ego virgineum venio temerare pudorem:
Tantum est, quod flori mî quoque fac liceat.
Sin minus at floris specta quam sit fragile æuum.
Et, si non nostri, sis memor ipsa tui.

*Basium VI.*

At vos Chaldæo incerti pendetis ab ore,
Et ventura magis quæritis in numeris:
Sanguineus si quando minaci ardore Cometa
Territat & Reges territat & populos:
Siue nouum sidus solitis Deus adiicit astris,
Seu Lunæ, aut Solis lumina deficiunt.
Rursus & abiectas leges, pacemque doletis,
Cum fera ciuilis ardet in arma furor
Præterea pestem, febres incendia, casus,
Et tot fallacum tristia facta hominum.
Verus amans solo percussus pectora amore
Scit causam atq; horam funeris ipse sui.
Nec timet ex alto capiti impendentia fata,
Nec maris & terræ cœca pericla timet.
En ego formoso dominæ dum pendeo ab ore
Certum est, basiolis millibus immoriar.
Quin vbi pallentes Erebi, nouus aduena ad vmbras
Venero, iamque atram per Styga limne vehar.

Si cine-

Si cineri illa meo, aut gelido ferat oscula saxo,
Quod sita sub saxo cum cinere ossa mea;
Illicet in vitam inuito vel Dite reuertar
Et spernam quidquid continet Elysium.

*Basium VII.*

Vita mihi mors est, & morte odiosior ipsa
Cum tibi lux, nequeo basia pauca dare.
Quod si quando mihi (quæ cerre copia rara)
E roseis liceat sugere mella labris:
Vita quidem mors est, sed vita optatior ipsa;
Cum Ioue nam videor tum Deus esse mihi.
Tu labris committe meis tua mellea labra,
Et da purpureo, lux, fruar ore tuo.
Ah nec vita mihi mors est nec mors mihi vita, est.
Nescio quid patiar, sed scio quo potiar:
Et satis hoc: tu vita vale, vale & mihi mors tu,
Es mî istud cœlum est. vitaque morsq; nihil.

*Basium. VIII.*

An parat in nitido se lux mea fonte lauare?
Quam cupiam fontem vertier in nitidum!
Qui seu formosæ libatus virginis ore,
Diluerem accensam frigidulo amne sitim:
Siue pedem abluerem, crinesque & eburnea membra,
Omni à parte omnes sufficerem illecebras.
Vtque olim Eridanus, Phryxque est Puer additus astris,
Et Crater potuit sidus habere suum:
Sic fortasse aliquis post tactum atque oscula, cum iam
Inciperem Hyblæis dulcior esse fauis;
Aspiciens cœlo diffusum, diceret, ante
Orbita erat lactis, nunc quoque mellis erit.

*Basium. IX.*

Molle reluctanti rapio dum basium Hyellæ,
Dum satiare auidum cor in amore aueo.

E medio

E medio mihi corde, animam rapuere labella,
Hei nata in pœnas bella labella meas!
Quare animam sodes actutum redde, deinde
Bella labella mihi perge negare tua.
Vel si te raptus delectat, desine Hyella,
Vsque lebella mihi bella negare tua.

*Basium X.*

Fert geminas mea Vita rosas vno oris in orbe;
Altera lacteola est, altera punicea est.
Labra rosis sunt tincta rubris: at circulus oris
Prouocat albentes, æquiparatque rosas.
Cum niue non tacta minium sic certat Iberum,
Sic cana Autumni tempore mala rubent.
Spiritus ipse rosas roseo diffundit ab ore,
Et spirat quidquid cum Zephyro Enna parit.
Quæ miratus Amor: iam cedant oscula matris;
Os, ait, hoc nobis mattya vera dabit.

*Basium. XI.*

Tu quæ cœlitibus mensas ac pocula ponis
Inuicti coniux Amphitryomadæ:
Vis Hebe exhilarare Deos? cum nectare misce
Exceptum Veneris habitum ab ore meæ.

*Basium. XII.*

In siluis Erycina suo forte obuia Adoneo,
Oscula aperta dedit, oscula aperta tulit.
Vidit, vt vna aderat Phœbi soror, & nimis, inquit,
Idali, lasciua es. tam. tam cupide ista Dem?
Quid culpas Cytherea? refert; me, nequior es tu,
Amplexus nulli vellere vendo meos.

*Basium. XIII.*

Quæ turbant tibi sollicitum noua murmura pectus?
Quid terere inceptum, Vita, grauaris iter?

Tantine

Tantine vlla tibi mendacis fabula vulgi,
Vt iam displiceant quæ placuere diu?
Inuidia infelix sine se, Lux, ipsa fatiget:
Formosis raro parcere fama solet.
Mens tua nullius facti sibi conscia turpis:
Aspice Sol puras, & sine labe manus.
An quia forte nimis nostra est suspecta voluptas
Ergo voluptatem reiicere ægra paras?
Ista senes l cet accusent mera suauia duri:
Nos iuuet inter nos suauia ferre mera.
Illi animum priscis astringant legibus: at te
Dum tua forma manet, ludere vita monet;
Et dare confertim vibrantibus oscula linguis,
Et capere: alterna nam vice gaudet amor.
In collo tibi dente meo vestigia ponam;
Indicet vt liuor te tenuisse tuum.
In collo mihi dente tuo vestigia pones,
Indicet vt liuor me tenuisse meam.
Istis complexam pudeat te hærere lacertis?
Cur pudeat: nulla hic digna pudore nota.
Istis contentum pigeat me hærere labellis?
Dii melius possunt nil dare Dii melius.
Sed ponet rumor. libeat tibi; Lux mea, mecum
Auia sepositis rura habitare casis.
Illic incinctæ poteris comes ire Dianæ;
Prima coronatas inter Hamadryadas.
Illic aëria Musas è rupe canentes
Cernere, & Aonios imbibere aure modos.
Carmina erunt Musis, patris tot dulcia furtas;
Fluxerit vt Danaes aureus in gremium:
Vtque olor Eurotæ steterit prope flumina falsus,
Luserit & taurus falsus Agenorida.
Quod si nemo faces, arcumque Cupidinis exit;
Tam lata in culpa cur metuam esse reus?
Nec te virginei moueat reuerentia sexus,

Hic quoq; ſcit ſexus, quam ſit amare bonum.
Si tamen in ſyluis quædam mollita iugoſis
Phœbei mater pertulit eſſe Lini:
Hic vbi me ſacræ ſtatuent in parte coronæ,
Et medius læta fronte micabit Amor.
Tunc ego velari patiar mea tempora myrto,
Te ſine namque lyra eſt, muta ſine arte, mea.

*Baſium XIV.*

Bellule flos, grata rutilans qui luce refulges,
Quam proprio accendit ſanguine diua Venus,
Quando ori formoſa illi-te iunget Hyella,
Vnde in nos torta cuſpide ſæuit Amor?
Pro me pulchra meæ Veneris venerare labella,
Nomine & hæc illic dic bona verba meo:
Æmula Paeſtanis longum florete roſetis,
Tum quoq; cum veniet non reditura dies.
Et ſi quis cœlo eſt Liber Deus ille coronæ
Adiiciat binas concelebretque roſas.

*Baſium XV.*

De te ſi quicquam dici pote candida Hyella,
Quod de cœleſti dicitur ambroſia:
Iſto cum ore tuo (tantum cupias modo) poſſis
Siſtere iam labris profugientem animam.
Si me immortalem omnino vis reddere Hyella;
Baſia da, omnino quod cupis efficies.

*Baſium. XVI.*

Ni Veneris male fida fides, in ludicra pacta;
Ipſa mihi debet Baſiolum alma Venus.
Nam vaga dum profugum quærit per compita Natum,
Incertaſque frequens luſtrat, obitque vias:
Et pueri nuſquam reperit veſtigia, quô quô
Anxia conuertit, proſtituitque pedem:
Dumque repertori pretium proclamat, & oris

Cuili-

Cuilibet vltro offert illecebram ipſa ſui.
Sidereis dominæ inueni reparantem in ocellis
Et ſua tela arcus, & ſua tela faces.
Quem cur non prodam? mihi cor expectorat inde,
Inde ſibi iuris ius capit omne mei,
Vt mihi libertas redeat prior illa paterna,
Vt mihi det pactum baſiolum ergo Venus;
Nulla mora eſt, prodam fugitiuum, & duplice fructu
Vulgatæ laetus proditionis agam.
Diua potens Erycis, Cœlo generata parente,
Quærere mitte, tuus nam tibi ſaluus Amor.
Aſpicis hanc læui nitidam mage marmore frontem,
Aſpicis hæc ciliis lumina cincta ſuis?
Lumina nigra meæ niuea ſub fronte Puellæ,
Qua prior à facie nulla puella tua eſt:
Hîc latet, hac celſa vigil inſidiator ab arce
Seruitij nectit vincula dura mihi.
Tu face libertas redeat prior illa paterna,
Tu mihi da pactum baſiolum ergo Venus.
Sin eſt vt nolis, quod debes ſoluat Hyella;
Illa mihi pro te ſola ſatisfaciet.

*Baſium XVII.*

Víderat alba meæ Manors pater oſcula Hyellæ,
Alba, ſed & minio picta colore rubra:
Vt ſi quis Parium marmor Tyrio illinat oſtro,
Aut Lunam Æmonio carmine ducat anus:
Viderat, artificiemque manum miratus Amoris,
Namque Amor ipſe ſua pinxerat illa manu.
Nunc, noua participes vt gaudia, Iupiter, aurum
Eſto, ait, aut ſerpens, aut olor, aut aquila.
Ipſe ego ſi potero tam bella labella potiri,
Vulcani laqueis ſponte capi cupiar.

*Baſium XVIII.*

Quis fuit ille furor, tua quando labella momordi?

Aut si sanus eram, quisnam amor ille fuit?
Heu liuore notata malo pallentq; tumentque,
Quæ modo pulchra nouis prærubuere rosis:
Perque genas furtim manat dum gemmeus imber,
Carnificem inclamant me tacita ora ferum.
Ergo tibi, mea lux, potui feciſſe dolorem,
Vim facere infelix nec potui ante mihi.
Debueram certe nocitarum euellere dentem,
Et poteram melius parte carere mei;
Quam te tantillum me propter vulnus habere,
Aut aliqua minima parte dolere tui.
Sed me, neſcio quo, Deus impulit igne Cupido;
Mentior, in furias impulit igne Deus.
Ah Amor vnde in nos tantum tibi iuris iniqui eſt?
Siccine læſa dolet dente puella meo?
Si Deus es, morſum læſæ medicare puellæ.
Imputet hanc culpam, vel facito, ipſa tibi.
Si furor, aſtutum noſtris age cede medullis,
Quum toties pecces, cur male plectar ego?
At tu, lux, oculos lacrymis corrumpere noli:
Nam quod vulnus habes, pignus Amoris habes.

*Baſium. XIX.*

Qui fugis illini curſu per lubrica ſaxa,
Fons ſacer, & liquidæ porrigis agmen aquæ:
Si puer ille tuis etiam tibi notus in vndis.
Qui medio Neptunum vrit in Oceano:
Quique Iouem totiés ſuperis deduxit ab aſtris,
Iuſſit & in pluma diſſimulare Deum:
En formoſa tuo mea lux lauat ora liquore;
Verte vrnam, & tota deſere mole caput:
Nunc tua te fortuna vocat; licet oſcula ſumas,
Oſcula cœlitibus trans mare digna peti.
Alphæo certe longe es felicior ipſo;
Quod procul ille petit, hoc tibi adire datur.

*Basium XX.*

Vinclis age solue papillas,
Gemina hæc cur candida poma,
Gemina hæc cur flammea fraga
Sic fibula vana coërcet?
Latere informia fas est,
Nefas est pulchra latere:
Oculis aurum eiice purum
Flammisq; interfice flammas,
Penitus quibus intus aduror.
Sic ignes ignibus olim
Restinxit Iupiter, axis
Cum cœli arderet vterque.
Profer decus oris eburnum,
Et labra micantia pande;
Nolo nunc basia centum,
Nolo, lux, basia mille:
Nolo mihi millia mille,
Niueis dem bina papillis,
Oculis dem bina nigellis,
Dem rubris bina labellis;
Quin vnum sufficit; vnum
Vel dem tibi, vel mihi, lux, da;
Geminæ modo basio ab vno
Animæ conflentur in vnam.
Alia arce, & contege veste,
Veste inuidiosa & amica.
Nam quid cupiam omnia? vitam
Vt iam inter basia fundam
Satis ah satis, imo supersunt
Labra, os, oculi, atque papillæ.

*Basium XXI.*

Hesterna, mea lux, cum fessus nocte cubarem,
Nec possem mœstæ ponere mentis onus:

Tandem vbi Sol ſummo cœlum rubefecit ab ortu,
Aſtraque laſciuos deſeruere choros:
Poſt lentas animi cũras, poſt tædia lenta,
In ſomnum Somno lumina victa dedi.
Hîc tu, cuncta tibi ſimilis vultumque habitumque,
Ante pedes lecti viſa ſedere mei es.
Cumque ego conarer proſerpere in oſcula; nullum
Baſiolum potui vel dare, vel capere.
Et tamen ah quoties viſus mihi tendere dextram,
Te que auida iam iam corripuiſſe manu:
Fruſtra: nam ſimul ac inieci brachia collo,
Colla retrocedens ſubtrahis, oſque mihi.
Sic fugit exultim natitante per aëra pinna,
Et captatorem ludit inante Culex.
Neſcio quid ſperem; cupido male ſubdola amori.
Si, Lux, in ſomnis gaudia vana negas.
Felix Endymion præ me; licet oſcula non det,
Accipit in ſomnis oſcula multa tamen
Sed ſcio quid ſperem, non vis dare gaudia vana,
Nec cupidum fictis ludere baſiolis:
Spes mea ne fallat, da, lux, mihi gaudia vera,
Et cupidum veris imbue baſiolis.
Sic ego non Lunam præ te, non Latima ſaxa;
Cum cœlo ſpernam cœlicolam at Venerem.

*Baſia XXII.*

Nam quo flore tuus mihi ſpiritus imbuit ora,
Ora mihi quoties iungis Hyella tua?
Credo equidem nec fallor amans, tibi Cypria odores
Naſcenti cunctos indidit Arabiæ.
Et tibi ſponte caput circum roſa ſerpit honeſtum,
Fontis Acidalij pota liquore roſa.
Sed mihi quando tuis fas conſerere oribus ora,
Fragrantiſque animæ paſcere flore auimum?
Auroræ Matuta refert iam ſeptima lucem,

Nec

Nec tua fas saltem conspicere ora mihi.
Cor actum dulci stimulo te, lux mea, quærit;
Vt quærit fœtum bucula per syluas.
Ipse animus micat ysque, tuis imò ignibus ardens
Liquitur; vt telis nix medii ista die
Pone moram, & sæuos mihi quos mora duplicat ignes,
Temperet hos animæ flos, mea Hyella, tuæ.

*Basium XXIII.*

Sol mundi vigil, ætheriis si forsan aboris
Siue sub hac myrti, siue sub hac tilia.
Cernis in amplexus teneros me serpere amicæ,
Atque animum blandis pascere sunuiolis;
Parce tui Clytiæque memor, memor ante malorum,
Te quibus atque illam perdidit inuidia.

*Basium XXIV.*

Non sitit in medio torrenti flumine potans
Tantalus, & refugis luditur arboribus.
Hæc ipsa exercet me fabula; quo tibi plura
Basia do, capior hoc tibi plura dare.
At tu si nostrum cupias sedare furorem;
Nam sedare potes non satiare potes.
Cum te mille rogo, da bis mihi basia mille;
Cum centum, centum bis mihi basia da:
Adiice ter centum, terque adiice basia mille:
Atque hæc ter triplicans, illaque ter triplicans,
Tot mihi tot cupidè cupido da basia amanti,
Assyrius nequeat quot numerare Conon:
Ille Conon numerare tamen qui messis aristas,
Ille Conon, stellas qui numerare potest:
Innumerum repetens numerum mox ipse, vicissim
Basia bis centum, bis tibi mille dabo;
Ter centum adiiciam, adiiciam ter basia mille;
Atque hæc ter triplicans, illaque ter triplicans.

Omnia conturbabo, & tot simul insuper addam,
Assyrius nequeat quot numerare Conon.
Tum veluti flos, agresti succisus aratro
Languet, & aridulis tangit humum foliis;
In gremio sic, Vita, tuo ceruice refusa
Deficiam captus sensibus atque anima;
Donec inexpleti renouato ardore furoris,
Igne iterum incipiam exuri & obire meo.
Sic quoque consumptum Tityo iecur vsque recrescit,
Præbeat vt diro pabula vulturio.

*Basium XXV.*

Casta sacerdoti Cybeles da basia Gallo,
Basia nulla mihi da, nisi des aliud.
Nam seu mille tibi do basia seu mihi mille
Basia das, nisi des, lux super hæc aliud:
Non tamen expletur, non fit saturum inde meum cor
Quin magis ardescit fitque cupido furor.
Haud aliter candens ferrum flamma acrius vrit,
Haud aliter potas appetit æger aquas.
Basia sed cum das da plusquam basia; sic quæ
Ore Venus nunc es, ore Venus altera eris.
Sic Erysichthonia infelix qui sorte laboro;
Alter ero Anchises, alter Adonis ero.
Sed nimium volui, nec mos sinit ista pudorque,
Basia lux, tantum da mihi, nolo aliud.
In cœtu illo etiam breuis est & bruta voluptas:
Hoc amo, quod possum cum cupio capere.

*Basium XXVI.*

Lux mea, quæso niuem calidam mihi? desipis, inquis,
Nix vbi terrarum visa tibi calida?
Porge manum formosa, manus nix candida, calda
Ista tua ardoris maxima causa mei est.
Pulchra manus, mellita manus, Veneris facula aureæ,

Cur

Cur mihi tam raro cernere te licitum est?
Cur nō cum libitum est. licitum est te tangere? cur non
Cum libitum est licitum est sumere basiolum?
Pulchra manus. mellita manus, Veneris facula aureæ,
Pace tua liceat basiolum capere:
Basiolum, ardoris quod nostri incendia sedet,
Atque abigat mœsti nubila spissa animi.
Me miserum, vix en licitum est te cernere; candor
Perstrinxit clara luce repente oculos:
Ipse animus trepidans membris hinc inde relictis
Fugit, & ad labiorum oscula se rapuit
Impatiens æstus: quid nunc si tangere coner,
Et dein marmoreis basiolum digitis?
Haud dubium magnum stabunt mihi gaudia luctu:
Non potero ardoris vim bene ferre mei.
Me miserum, sic ergo manus te tangere parcam,
Nec dabo marmoreis basiolum digitis?
Quin potius male ferre mihi certum illius est vim;
Vt lubet in venis æstuet illa meis.
Pulchra manus, mellita manus, Veneris facula aureæ
Pace tua liceat basiolum capere:
Quod nisi quamprimum capio; mihi quantulacumque
Præ desiderio mors erit ipsa mora.

*Basium XXVII.*

Et vixi & valui, vt volui hactenus. ipsa anima in me
Dum pariter vixit. dum valuitque mea.
At modo rapta darem dominæ quum basia; furtim
Transfuga me dominæ prodidit in labiis:
Vtque meri mellis capitur dulcedine musca;
Decepta & capta est sic quoque sorte pari:
Et bene: sola foris sed dum viuitque valetque:
Interea viduus me ipse domi interco.
Si vis Lux patiter viuam valeamque; anima ad me
Vel mea fac redeat, vel mihi cede tuam.

Ne colli niueum stet sine honore decus.
Aut ero coralium tua quod labra mollia pingit
Vt mihi quum libeat, dem tibi suauiolum.

*Basium XXIX.*

Basia de geminis conchatim nata labellis,
Nataque de geminis bina labella rosis:
Quæ rictu modicè diducto promere risum,
Et modicè adductu condere rursus amant:
Risum quem fugiunt curæ, suspiria luctus;
At sectatur amor, gratia, & ipsa Venus.
Basia cœlesti vbertim rorantia melle:
Atque Cytheriacis ebria deliciis.
Quorum ego concessum mihi dum sorbillo liquorem.
Nectaris inuideo, pocula nulla oui.
Et tu murratum os penetrante quod halitu, in ipsum
Cor meum, & ipsam ipsam te insinuas animam.
Vnde intus sine fruge sarurrerum omnium, haberi
Iam possum Phœnix temporis huius ego.
Nam veluti Phœnix solari vescitur aura:
Aura sic etiam solius oris alor.
Vos quoque vos duo colliculi vos bella labella,
Bella & Erythræis æmula coraliis:
In quorum septis nariuum ebur ordine pulchro
Prænitet, & gemmarum Oceani instar habet;
Linguaque cinnameo adpulsu tremula, obuia longa;
Per quam sæpe duplex reddita lingua mea est:
Suppliciter quæso ne me male perdite amantem
Neve meæ causas accelerate necis.
Si caream vobis, anima caream illicò: nam vos
Vos effectim estis nostræ animæ ipsa anima.

*Basium XXX.*

Exstruite heic cellas, volucres florentis Hymetti,
Et Dominæ in roseis mellificate labris.

Nam

Nam quæcunque meæ libauerit oscula Hyellæ,
Vltra Cecropias nectar habebit apes.

## BASIA GRÆCORVM VERSA LATINE.

*Ad Cl. virum Maximilianum Vriendium Senatui Gandauensi à Secretis.*

Parue liber, magnis Graiorum effecte Poëtis,
Quorum de celebri laus tibi luce venit.
Laus quam tot seclis semper voluentibus, ætas
Lædere non potuit, lædere non poterit
Me tibi, & hos vnà per quos Romanus haberis,
Si quando exibis publicè in ora virum
Commendo: Vriendi sodes pete limen amicum:
Non alio poteris gratior ore legi.

*Meleagri. Basium I.*

Cum Zephyro Zephyritis adest, & lucis in oras
Elicit affatis germina seminibus:
Iam violæ, iam narcissi, iam lilia florent,
Dædalaque in viridi veste superbit humus.
At lateri coniuncta meo mecum mea Hyella est,
Illa rosæ geminum quæ gerit ore decus.
Quid mihi rus vernis si fragret odoribus? vno
Vincere veris opes basio Hyella potes.

*Meleagri. Basium II.*

Lætatur (viden'?) exultim dum mollia Hyellæ
Ora meæ tangens tangitur igne scyphus.
Felix atque vtinam roseo quoque nos beet ore,
Atque animam quanta est ebibat illa meam.

*Agathiæ Scholastici. Basium III.*

Non amo vina nimis: nimium sed reddere vino
Si me vis; tactum porrige id ore tuo.
Attigeris simul ore, Deus subit intima Bacchus,

Et

Et Deus in Baccho me subito vrit Amor.
Oscula namque calix ad nos tua transuehit; oris
Et mihi flore tui corrigat atque animam.

*Allusio.*

Fax animi paxque Anna mei, en calicem tibi: vinum:
Dum bibis, vnà animum te bibere, Anna, puta.
Potrigimus vinum atque animum: tu vinum animumq;
Ebibe: vino animus ibit in ipsam animam.
Sic pater ô Lenæe velis, sic alma Dione:
Est meus Annæ animus; sim suus Annæ animus.

*Agathiæ. Basium IV.*

Consedi medius geminas forte inter amator
Fructu, vsu alterius, mancupio alterius:
Oscula rapta mihi tulit hæc; ego dissimulanter
Oscula, contra isti fur vti rapta dedi,
Assiduam fallens riualem: barbara cuius
Expertæ metuo iurgia sæuitiæ:
Atq; ita suspirans: pœna, inquam, haud simplice plector:
Hæc me lædit amans, hanc ego lædor amans.

*Ruffini. Basium V.*

Suaue est suauiolum dominæ, summo tenus ore
Iunxerit hoc quamuis leniter & leuiter.
Sed non sic solet illa, subit penetratque etiam ossa,
Atque animam ipsam ipsis eximit vnguiculis.

*Philodemi. Basium VI.*

Ter denos, totidemque annos Charite aurea complet,
Suggestusque comæ qui fuit ante manet.
Nec rugis sulcata cutis, ver spirat odorum,
Inque labris Charitum millia multa colunt.

*Incerti. Basium VII.*

Vnguentum tibi mitto, Venus quod condiit ipsa,
Et tamen vnguento non tibi gratificor.

Nam

Nam simul atque tui perceperit oris odorem,
Ipso se fiet gratius & melius.

*Allusio.*

Quas here Nocturni sera sub luce notaram,
Has modò lucifero mitto oriente rosas:
Non tibi, lux, gratum vt faciam, facio tamen, at qui
Vt Veneri, hoc est flos ne illius intereat.

*Leontii. Basium VIII.*

Tange calix tange os & bella exsuge labella;
Non tibi ego inuideo, sed quod es esse velim.

*Dionysii Sophistæ. Basium IX.*

O fiam Zephyri aura mihi tuque obuia ab ortu,
Excipias nudo flamina nostra sinu!
Aut fiam rosa, demessam quam molliter vngui
Colliculo gestes pectoris in niueo.
Aut me Iuno suum faciat Saturnia florem
Carptus, ab afflatu, Vita, tuo vt recreer.

*Ruffini. Basium X.*

Sunt oculi tibi Iunonis, digitique Mineruæ,
Vbera Cæligenæ, Nereidosque pedes.
Qui videt, is felix, te lux felicior audit,
Oscula semidei, est sumere, plura Dei.

*Macedonii Consulis. Basium XI.*

Lasciuum vides frustra, frustra mihi adhinnis,
Meque oculo frustra sollicitante petis.
Ter lapidem, Aula, Iouem iuraui, comibus vltra
Te sic illepidam cernere nolle oculis.
Basiolis tibi lude tuis: & cœlibe lusu
Aëris aërias excipe ab aura animas.

*Iuliani. Basium XII.*

Illa verecundo Suadelæ imbuta lepore,

Et Paesti vtrauis lucidiora rosa.
Diffundunt exsensa animum mihi mente labella,
Illa labella, oris limina nectarei,
Ipse Amor è clarisiaculatur fulgura ocellis,
Quæ nec ferre propeest, nec procul est fugere.
Parque mamillarum sine labe, sororium, & apto
Orbe teres, solidum; candidiusque niue.
Me quoque me cepit. sed quid generi ossa canino
Prodo? Mydæ calami nos tacuisse monent.

*Iuliani. Basium XIII.*

Vda mihi fero quæ vespere basia iunxit
Bella puella, mero ambrosiæ me me imbuit hausiu:
Spirat enim ambrosiam os, & inebrior osculo; amoris
Felix cœlesti postquam sum potus in amne.

*Silentiarii. Basium XIV.*

Tantaleis grauiora malis mala nulla profecto,
Sed dolor illius par nequit esse meo.
Nam neque te aspicere & roseis ferre oscula labris
Vita. nefas illi relligione foret.
Flet miser, & magnum impendens timet aëre saxum
Tantalus, at lethum non pote obire iterum est.
Ipse Dei iactu certo percussus ad ossa
Deficio, obque oculos mors mihi sæua volat.

*Platonis. Basium XV.*

Attinui in labiis animam, oscula dans Agathoni,
Venerat huc, iam iam linquere me trepidans.

*Angeli Politiani. Basium XVI.*

Aspice in amplexu dominæ me Iuppiter, & ne
Ne mihi tu inuideas, non tibi ego inuideo.
Tu Iunone tua contentus viue, meamque
Linque mihi Venerem, meque meæ Veneri.
Ter quater & toties felix ego, nectareo ori

Cui

Cui licet, & licuit pangere basiola.
O os, ô crines, risusque, ô lucidi ocelli,
Te te habeo, mea lux, lux mea, te te habeo?
Certe ego te te mille laboribus exanclatis
Lux habeo, nostræ dulce operæ pretium:
Quid mens turbaris veluti prius? atra facessat
Cura procul; nihil est cor mage cur trepides.
Nam quæ sæpe meo mouit fera prælia amori,
Sedat in gremio pacificata meo.
Hunc ergo ante tuas aras cape diua palumbum
Diua Venus, stabili nosque in amore foue.
Tu vero inspira mollem mihi molliter auram;
Bella gerens lingua, bellaque dente gerens.

*Ad amicum, excusatio, cur de amore potissimum scribam.*

Scripta mea trado quoties tibi, Calue, legenda
Ingenii segnem me modicumque vocas:
Quod non victuras procudam in secula chartas,
Et sequar Andinum Mœoniumque decus.
Non omnis Phœbi cultor, sibi quamlibet instet,
Verba queat Clario nectere digna choro.
Recte humeri pondus commissum ferre recusant,
Si pressa inflexo poplite terga labent.
Quis canat ardentem Aiacis Telamoniadæ iram
Transiit indignans qui proprium ense latus?
Tydidenque Ithacumque, aut claris Hectora in armis:
Pergama quo viuo non potuere capi?
Haud quæuis Clio, Tragicis elata cothurnis,
Implere Orchestræ pulpita voce potest.
Nec valet Æneæ Troiani gesta referre:
Bellica cui laus est cum pietate data.
Aut quali Solymas Dux marte receperit arces:
Quem Domini vltorem pertimuere Syri.
Gloria Torquato debetur ea vnica Tasso:
Vatibus est Italis omnibus ille prior.

Erge

Ergo valete genus Phlegræ terreſtre Gigantes;
In magnos auſi qui capere arma Deos.
Non ego veſtra canam metuenda duella tonanti:
Vobiſcum cœli nec ſola cella petam.
Leniter intentos percurram pectine neruos:
Subque meo Æolium pollice clanget ebur.
Rauco alij ore ſonent prætoria claſſica; venis
Qui caleti in noſtris ſit mihi carmen Amor.

*Ad Mich. Bulteium, V. N. Iprenſium ſinatorem primarium. ſuper ſyluam Baſiorum Latinorum veterum.*

Vt virgo in ſeptis nondum deſponſa viretis
Mane mari è cano primum oriente die,
Purpureos agili decerpens pollice flores,
Aut implet calathos, & ſibi ſerta ſtruit.
Quæ gerat ipſa; vel æquæuo ſpe credula amanti
Pignus inabruptæ dat fidei, atque decus.
Vtque Apis exultim volitans obit herbida rempe
Ver vbi gemmantes Chloridos excit opes:
Nunc thyma, nunc violas lingit nunc germen anethi:
Mellaque permiſto grata ſapore facit
Sic ego per Charitum ſola culta, nouemque ſororum
Dum vagor, hinc illinc quæ placuere legens;
Vatibus è priſcis congeſſi hæc carmina pauca:
Pauca; ſed Attæi tincta liquore faui.
Et ſimul hanc ſtruxi, Aonio de flore corollam,
Ambiat illuſtri quæ tibi luce caput.
Accipe Bulteli, veteris leue munus amici:
Forſitan æterni pignus amoris erit.
Accipe: ſic Creſſam vincant mea texta coronam:
Auguror, æterni munus honoris erunt.

*Ad Cl. V. Ioan Baptiſtam Lalagrium. ſuper Baſia Latinorum huius ſæculi.*

Quum tibi nulla mei dederim monumenta laboris,

Tandem vbi Sol summo cœlum rubefecit ab ortu,
Astraque lasciuos deseruere choros:
Post lentas animi cúras, post tædia lenta,
In somnum Somno lumina victa dedi.
Hic tu, cuncta tibi similis vultumque habitumque,
Ante pedes lecti visa sedere mei es.
Cumque ego conarer proserpere in oscula; nullum
Basiolum potui vel dare, vel capere.
Et tamen ah quoties visus mihi tendere dextram,
Teque auida iam iam corripuisse manu:
Frustra: nam simul ac inieci brachia collo,
Colla retrocedens subtrahis, osque mihi.
Sic fugit exultim natitante per aëra pinna,
Et captatorem ludit inante Culex.
Nescio quid sperem; cupido male subdola amori
Si, Lux, in somnis gaudia vana negas.
Felix Endymion præ me; licet oscula non det,
Accipit in somnis oscula multa tamen
Sed scio quid sperem, non vis dare gaudia vana,
Nec cupidum fictis ludere basiolis:
Spes mea ne fallat, da, lux, mihi gaudia vera,
Et cupidum veris imbue basiolis.
Sic ego non Lunam præ te, non Latima saxa;
Cum cœlo spernam cœlicolam at Venerem.

## *Basia XXII.*

Nam quo flore tuus mihi spiritus imbuit ora,
Ora mihi quoties iungis Hyella tua?
Credo equidem nec fallor amans, tibi Cypria odorem
Nascenti cunctos indidit Arabiæ.
Et tibi sponte caput circum rosa serpit honestum,
Fontis Acidalij pota liquore rosa.
Sed mihi quando tuis fas conserere oribus ora,
Fragrantisque animæ pascere flore auimum?
Auroræ Matuta refert iam septima lucem,

Nec

Nec tua fas saltem conspicere ora mihi.
Cor actum dulci stimulo te, lux mea, quærit;
Vt quærit fœtum bucula per syluas.
Ipse animus micat ysque tuis imò ignibus ardens
Liquitur; vt telis nix medii itta die
Pone moram, & sæuos mihi quos mora duplicat ignes,
Temperet hos animæ flos, mea Hyella, tuæ.

*Basium XXIII.*

Sol mundi vigil, ætheriis si forsan aboris
Siue sub hac myrti siue sub hac tilia.
Cernis in amplexus teneros me serpere amicæ,
Atque animum blandis pascere suauiolis;
Parce tui Clytiæque memor, memor acte malorum,
Te quibus atque illam perdidit inuidia.

*Basium XXIV.*

Non sitit in medio torrenti flumine potans
Tantalus, & refugis luditur arboribus.
Hæc ipsa exercet me fabula: quo tibi plura
Basia do, capior hoc tibi plura dare.
At tu si nostrum cupias sedare furorem;
Nam sedare potes non satiare potes.
Cum te mille rogo, da bis mihi basia mille;
Cum centum, centum bis mihi basia da:
Adiice ter centum, terque adiice basia mille:
Atque hæc ter triplicans, illaque ter triplicans;
Tot mihi tot cupidè cupido da basia amanti,
Assyrius nequeat quot numerare Conon:
Ille Conon numerare tamen qui messis aristas,
Ille Conon, stellas qui numerare potest:
Innumerum repetens numerum mox ipse, viciſſim
Basia bis centum, bis tibi mille dabo;
Ter centum adiiciam, adiiciam ter basia mille;
Atque hæc ter triplicans, illaque ter triplicans.

Omnia conturbabo, & tot simul insuper addam,
Assyrius nequeat quot numerare Conon.
Tum veluti flos, agresti succisus aratro
Languet, & aridulis tangit humum foliis;
In gremio sic, Vita, tuo ceruice refusa
Deficiam captus sensibus atque anima;
Donec inexpleti renouato ardore furoris,
Igne iterum incipiam exuri & obire meo.
Sic quoque consumptum Tityo iecur vsque recrescit,
Præbeat vt diro pabula vulturio.

*Basium XXV.*

Casta sacerdoti Cybeles da basia Gallo,
Basia nulla mihi da, nisi des aliud.
Nam seu mille tibi do basia seu mihi mille
Basia das, nisi des, lux super hæc aliud:
Non tamen expletur, non fit saturum inde meum cor
Quin magis ardescit fitque cupido furor.
Haud aliter candens ferrum flamma acrius vrit,
Haud aliter potas appetit æger aquas.
Basia sed cum das da plusquam basia; sic quæ
Ore Venus nunc es, ore Venus altera eris.
Sic Erysichthonia infelix qui forte laboro;
Alter ero Anchises, alter Adonis ero.
Sed nimium volui, nec mos sinit ista pudorque,
Basia lux, tantum da mihi, nolo aliud.
In cœtu illo etiam breuis est & bruta voluptas:
Hoc amo, quod possum cum cupio capere.

*Basium XXVI.*

Lux mea, quæso niuem calidam mihi? desipis, inquis,
Nix vbi terrarum visa tibi calida?
Porge manum formosa, manus nix candida, calda
Ista tua ardoris maxima causa mei est.
Pulchra manus, mellita manus, Veneris facula aureæ,

Cur

Cur mihi tam raro cernere te licitum est?
Cur nō cum libitum est, licitum est te tangere? cur non
Cum libitum est licitum est sumere basiolum?
Pulchra manus, mellita manus, Veneris facula aureæ,
Pace tua liceat basiolum capere:
Basiolum, ardoris quod nostri incendia sedet,
Atque abigat mœsti nubila spissa animi.
Me miserum, vix en licitum est te cernere; candor
Perstrinxit clara luce repente oculos:
Ipse animus trepidans membris hinc inde relictis
Fugit, & ad labiorum oscula se rapuit
Impatiens æstus: quid nunc si tangere coner,
Et dein marmoreis basiolum digitis?
Haud dubium magnum stabunt mihi gaudia luctu:
Non potero ardoris vim bene ferre mei.
Me miserum, sic ergo manus te tangere parcam,
Nec dabo marmoreis basiolum digitis?
Quin potius male ferre mihi certum illius est vim;
Vt lubet in venis æstuet illa meis.
Pulchra manus, mellita manus, Veneris facula aureæ
Pace tua liceat basiolum capere:
Quod nisi quamprimum capio; mihi quantulacumque
Præ desiderio mors erit ipsa mora.

*Basium XXVII.*

Et vixi & valui, vt volui hactenus. ipsa anima in me
Dum pariter vixit dum valuitque mea.
At modo rapta darem dominæ quum basia; furtim
Transfuga me dominæ prodidit in labiis:
Vtque meri mellis capitur dulcedine musca;
Decepta & capta est sic quoque sorte pari:
Et bene: sola foris sed dum viuitque valetque:
Interea viduus me ipse domi intereo.
Si vis Lux pariter viuam valeamque; anima ad me
Vel mea fac redeat, vel mihi cede tuam.

Ne colli niuenm ſtet ſine honore decus.
Aut ero coralium tua quod labra mollia pingiti
Vt mihi quum libeat, dem tibi ſuauiolum.

*Baſium XXIX.*

Baſia de geminis conchatim nata labellis,
Nataque de geminis bina labella roſis:
Quæ rictu modicè diducto promere riſum,
Et modicè adductu condere rurſus amant:
Riſum quem fugiunt curæ, ſuſpiria luctus;
At ſectatur amor, gratia, & ipſa Venus.
Baſia cœleſti vbertim rorantia melle:
Atque Cytheriacis ebria deliciis.
Quorum ego conceſſum mihi dum ſorbillo liquorem,
Nectaris inuideo, pocula nulla oui.
Et tu murratum os penetrante quod halitu, in ipſum
Cor meum, & ipſam ipſam te inſinuas animam.
Vnde intus ſine fruge ſarcrrerum omnium, haberi
Iam poſſum Phœnix temporis huius ego.
Nam veluti Phœnix ſolari veſcitur aura:
Aura ſic etiam ſolius oris alor.
Vos quoque vos duo colliculi vos bella labella,
Bella & Erythræis æmula coraliis:
In quorum ſeptis natiuum ebur ordine pulchro
Prænitet, & gemmarum Oceani inſtar habet;
Linguaque cinnameo adpulſu tremula, obuia longa,
Per quam ſæpe duplex reddita lingua mea eſt:
Suppliciter quæſo ne me male perdite amantem
Neve meæ cauſas accelerate necis.
Si carcam vobis, anima carcam illicò: nam vos
Vos effectim eſtis noſtræ animæ ipſa anima.

*Baſium XXX.*

Exſtruite heic cellas, volucres florentis Hymetti,
Et Dominæ in roſeis mellificate labris.

Nam

Nam quæcunque meæ libauerit oscula Hyellæ,
Vltra Cecropias nectar habebit apes.

## BASIA GRÆCORVM VERSA LATINE.

*Ad Cl. virum Maximilianum Vriendium Senatui Gandauensi à Secretis.*

Parue liber, magnis Graiorum effecte Poëtis,
Quorum de celebri laus tibi luce venit.
Laus quam tot seclis semper voluentibus, ætas
Lædere non potuit, lædere non poterit
Me tibi, & hos vnà per quos Romanus haberis,
Si quando exibis publicè in ora virum
Commendo: Vriendi sodes pete limen amicum:
Non alio poteris gratior ore legi.

*Meleagri. Basium I.*

Cum Zephyro Zephyritis adest, & lucis in oras
Elicit affiatis germina seminibus:
Iam violæ, iam narcissi, iam lilia florent,
Dædalaque in viridi veste superbit humus.
At lateri coniuncta meo mecum mea Hyella est,
Illa rosæ geminum quæ gerit ore decus.
Quid mihi rus vernis si fragret odoribus? vno
Vincere veris opes basio Hyella potes.

*Meleagri. Basium II.*

Lætatur (viden'?) exultim dum mollia Hyellæ
Ora meæ tangens tangitur igne scyphus.
Felix. atque vtinam roseo quoque nos beet ore,
Atque animam quanta est ebibat illa meam.

*Agathiæ Scholastici. Basium III.*

Non amo vina nimîs: nimium sed reddere vino
Si me vis; tactum porrige id ore tuo.
Attigeris simul ore, Deus subit intima Bacchus,

Et

Et Deus in Bacchо me ſubito vrit Amor.
Oſcula namque calix ad nos tua tranſuehit; oris
Et mihi flore tui cor rigat atque animam.

*Alluſio.*

Fax animi paxque Anna mei, en calicem tibi: vinum.
Dum bibis, vnà animum te bibere, Anna, puta.
Potrigimus vinum atque animum: tu vinum animumq;
Ebibe: vino animus ibit in ipſam animam.
Sic pater ô Lenæe velis, ſic alma Dione:
Eſt meus Annæ animus; ſim ſuus Annæ animus.

*Agathia. Baſium IV.*

Conſedi medius geminas forte inter amator
Fructu, vſu alterius, mancupio alterius:
Oſcula rapta mihi tulit hæc; ego diſſimulanter
Oſcula, contra iſti fur vti rapta dedi,
Aſſiduam fallens riualem; barbara cuius.
Expertæ metuo iurgia ſæuitiæ:
Atq; ita ſuſpirans: pœna, inquam, haud ſimplice plector:
Hæc me lædit amans, hanc ego lædor amans.

*Ruffini. Baſium V.*

Suaue eſt ſuauiolum dominæ, ſummo tenus ore:
Iunxerit hoc quamuis leniter & leuiter.
Sed non ſic ſolet illa, ſubit penetratque etiam oſſa,
Atque animam ipſam ipſis eximit vnguiculis.

*Philodemi. Baſium VI.*

Ter denos, totidemque annos Charite aurea complet,
Suggeſtuſque comæ qui fuit ante manet.
Nec rugis ſulcata cutis, ver ſpirat odorum,
Inque labris Charitum millia multa colunt.

*Incerti; Baſium VII.*

Vnguentum tibi mitto, Venus quod condiit ipſa,
Et tamen vnguento non tibi gratificor.

Nam

Nam simul atque tui perceperit oris odorem,
Ipso so fiet gratius & melius.

*Allusio.*

Quas here Nocturni sera sub luce notaram,
Has modò lucifero mitto oriente rosas:
Non tibi, lux, gratum vt faciam, facio tamen, at qui
Vt Veneri, hoc est flos ne illius intereat.

*Leontii. Basium VIII.*

Tange calix. tange os. & bella exsuge labella;
Non tibi ego inuideo, sed quod es esse velim.

*Dionysii Sophistæ. Basium IX.*

O fiam Zephyri aura, mihi tuque obuia ab ortu,
Excipias nudo flamina nostra sinu!
Aut fiam rosa, demessam quam molliter vngui
Colliculo gestes pectoris in niueo.
Aut me Iuno suum faciat Saturnia florem
Carptus, ab afflatu, Vita, tuo vt recreer.

*Ruffini. Basium X.*

Sunt oculi tibi Iunonis, digitique Mineruæ,
Vbera Cæligenæ, Nereidosque pedes.
Qui videt, is felix, te lux felicior audit,
Oscula semidei, est sumere, plura Dei.

*Macedonii Consulis. Basium XI.*

Lasciuum vides frustra, frustra mihi adhinnis,
Meque oculo frustra sollicitante petis.
Ter lapidem, Aula, Iouem iuraui, comibus vltra
Te sic illepidam cernere nolle oculis.
Basiolis tibi lude tuis: & cœlibe lusu
Aëris aërias excipe ab aura animas.

*Iuliani. Basium XII.*

Illa verecundo Suadelæ imbuta lepore,

Et Paesti vtrauis lucidiora rosa.
Diffundunt exsensa animum mihi mente labella,
Illa labella, oris limina nectarei.
Ipse Amor è claris iaculatur fulgura ocellis,
Quæ nec ferre prope est, nec procul est fugere.
Parque mamillarum sine labe, sororium, & apto
Orbe teres, solidum; candidiusque niue.
Me quoque me cepit. sed quid generi ossa canino
Prodo? Mydæ calami nos tacuisse monent.

*Iuliani. Basium XIII.*

Vda mihi sero quæ vespere basia iunxit
Bella puella, mero ambrosiæ me me imbuit haustu:
Spirat enim ambrosiam os, & inebrior osculo; amoris
Felix cœlesti postquam sum potus in amne.

*Silentiarii. Basium XIV.*

Tantaleis grauiora malis mala nulla profecto,
Sed dolor illius par nequit esse meo.
Nam neque te aspicere & roseis ferre oscula labris
Vita. nefas illi relligione foret.
Flet miser, & magnum impendens timet aëre saxum
Tantalus, at lethum non pote obire iterum est.
Ipse Dei iactu certo percussus ad ossa
Deficio, obque oculos mors mihi sæua volat.

*Platonis. Basium XV.*

Attinui in labiis animam, oscula dans Agathoni,
Venerat huc, iam iam linquere me trepidans.

*Angeli Politiani. Basium XVI.*

Aspice in amplexu dominæ me Iuppiter, & ne
Ne mihi tu inuideas, non tibi ego inuideo.
Tu Iunone tua contentus viue, meamque
Linque mihi Venerem, meque meæ Veneri.
Ter quater & toties felix ego, nectareo ori

Ergo valete genus Phlegræ terrestre Gigantes;
In magnos ausi qui capere arma Deos.
Non ego vestra canam metuenda duella tonanti:
Vobiscum cœli nec sola cella petam.
Leniter intentos percurram pectine neruos:
Subque meo Æolium pollice clanget ebur.
Rauco alij ore sonent prætoria classica; venis
Qui caleti in nostris sit mihi carmen Amor.

*Ad Mich. Bulteium, V. N. Iprensium senatorem primarium. super Syluam Basiorum Latinorum veterum.*

Vt virgo in septis nondum desponsa viretis
Mane mariè cano primum oriente die,
Purpureos agili decerpens pollice flores,
Aut implet calathos, & sibi serta struit.
Quæ gerat ipsa; vel æquævo spe credula amanti
Pignus inabruptæ dat fidei, atque decus.
Vtque Apis exultim volitans obit herbida sempe
Ver vbi gemmantes Chloridos excit opes:
Nunc thyma, nunc violas lingit nunc germen anethi:
Mellaque permisto grata sapore facit
Sic ego per Charitum sola culta, nouemque sororum
Dum vagor, hinc illinc quæ placuere legens;
Vatibus è priscis congessi hæc carmina pauca:
Pauca; sed Actæi tincta liquore faui.
Et simul hanc struxi, Aonio de flore corollam,
Ambiat illustri quæ tibi luce caput.
Accipe Bulteli, veteris leue munus amici:
Forsitan æterni pignus amoris erit.
Accipe: sic Cressam vincant mea texta coronam:
Auguror, æterni munus honoris erunt.

*Ad Cl. V. Ioan Baptistam Thiragrium. Super Basia Latinorum huius sæculi.*

Quum tibi nulla mei dederim monumenta laboris,

O noua Blotagriæ gloria Batte domus;
Ex quo te cepi primum mirari & amare;
Mentique pari nodo vincta vtriusque fuit:
Ne me forte malum nomen tardumve queraris;
Basia de studijs hæc tibi lecta meis:
Basia quæ nostri cecinerunt nuper olores:
Cur digni non sint nominis hoc titulo?
Ex his nam plures modulantur ita ore rotundo
Mollius vt cygnum non potuisse rear:
Olim Thestiadis meditantem furta puellæ
Corpore qui potuit dissimulare Iouem
Sint tibi grata precor. quantumuis scripta recenter;
Imbuit illa suo nectare priscus Amor.
Nec te traduci credas hoc munere: possunt
Basia vestales hæc capere atque dare.
Quid magno grauius tulit vrbs æterna Catone?
Spectauit Floræ ludicra festa palam
Nec puduit minuos Augustum audire iocosos:
Protulit hos magno cum pretio ante Parens
Tu quoque cum casto constes tibi pectore, quare
Summorum exemplum non imitere Virum?
Ista alij culpent, atque auersentur apertè:
Nouimus illorum triste supercilium;
Nouimus & mores: conducunt nubila frontis,
Introrsum molles, semiuirique mares.
Sola cutis curæ est: ventrem caudamque saburrant:
Nil illis gratum, par nisi vel simile
Et tamen vt nomen captent, ceruice superba
Inflati, damnant quæ tacitè intus amant
Tu cape nostra volens: seu vis aliena vocare:
Nil famę poterit diminui inde tuæ
Mens virtutis amans, nullique obnoxia culpæ,
Simpliciter lætis vtitur & fruitur.
Nec timet austeri nimium conuitia Momi:
Hoc face: iam nunc sunt nostra aliena, tua.

*Basium XVII.*

Hic vbi sulcat agros tardo bos tardus aratro,
Semen & in sulcis differit agricola:
Ardua (quis credat?) surgebant marmore templa,
Templa vel Elæo suspicienda oui.
Quod si namque vicissitatim fors omnia versat
Nunc vbi rus, stabunt ardua templa iterum;
Quarè ego desperem mea ne quoque mutet Hyella,
Basia detque mihi quæ modo dura negat?

*Basium XVIII.*

Lydia, virginei merito flos vnice sexus,
Vtraque cui cedit floris honore rosa:
Quis color ille, tuo qui par queat esse colori?
Aut vbi tam similis qui queat esse tuus?
Non talem primo surgens diffundit Eoo,
Sub iuga luciferos quæ dea cogit equos.
Nec tali nitet ore, soror pulcherrima Phœbi,
Carmine quantumuis tracta mago rubeat.
Nec facie tali fulgent ebori apta corolla,
Nec si purpureo lacte nitent violæ.
Ipsaque cœlestis subitura examina formæ;
Quam Paphos, & Memphis, Dyrrachiumque colunt.
Non alio vultu, labrisque micantibus arsit,
Vincere digna Venus quum fuit vna duas.

*Basium XIX.*

Res erat in votis olim mihi plurima, & aurum,
Cultaque felicis iugera multa soli.
Sed casus rerum dubios, mortisque superbæ
Iura videns, videi me temerè esse auidum.
Det mihi sponte sua mea lux sæpe oscula, magno
Cæsare maior ero, nil cupiam vlterius.

*Basium XX.*

Arbor Acidaliæ Veneri gratissima myrte,

Esse suos Pæan quos amat atque Venus.
Illa quidem Æneadum celebrata canore vetusto,
Clarum per populos emeruere decus.
Non minus ista nouo Celtarum culta lepore
Secula sunt æui viuere digna senis,
Et volitare virûm meruerunt docta per ora
Notus Hyantæi dum liquor amnis erit.
Dumque caput bifidum Parnassus ad æthera tollet
Blandaque Francigenum verba sonabit Amor.
Carminis ingenio princeps atque arte secundus
Non habuit cuius assimilaret opus.
Celtica sedulitas à principe mota secundo
Sit licet incinuit par geminumque melos.
Perlege iam dices, Aut hæc ita vertit Apollo:
Aut Deus in Celtis Gallus Apollo fuit.

## ELEGIÆ.

### *Ad Ianum Douzam à Noortvvijck.*

*Eleg. I.*

Tu nunc ambrosia Musarum, & nectare plenus.
Differis ingenij semina, Douza, tui.
Ac curis procul æternos moliris honores,
Vnde & ab exsequijs laus tibi certa manet.
Non leuis ambitio, nec amor malè suadus habendi,
Quæ dira humanis pabula dant vitijs,
Nec te desidiæ Siren mouet improba: nec te
vlla voluptatis seuocat illecebra.
Aut ergo ante tuos viuis conuiua penates,
Et nihil arcana voce rogas Superos:
Aut quà secretum illudit tremulis nemus vmbris,
Lymphâque muscosa prosilit è scatebra,
Inter Hamadryades & agrestum Numina Faunos,
Insolitum citharæ diuidis arte melos,
Dumque canis; sistunt latices, nemus arrigit aures:
Mirati applaudunt Fauni & Hamadryades.

Sit saltem pharetris parcere cura tuis.
Hæc ita, sed surdæ, nequidquam conqueror auri:
Raptaque lasciui verba ferunt Zephyri.
Ille animum sensusque meos sine fine venenat:
Ille mihi noctes asperat, ille dies.
Nec prosunt vltra dulces in carmine Diui
Delius & Musæ, Thyrsiger, & Charites.
Nec me rura suis opibus halantia tangunt,
Nec tangunt cantus aut citharæ aut auium.
Omnia sunt inamœna: vagus sequor auia longè,
Atque horrore sacras lugeo per siluas.
Turturis hic vidui vox est mihi grata gementis:
Ille meæ speciem tristitiæ vnus habet.
Hic lapidi lapis incumbens prope fontis ad vrnam,
(Vos eritis testes Naiades & Satyri.)
Ah quoties lacrimis in mœsta cadentibus ora,
Irent perpetui fonte nouo latices:
Ni mox siccatas ambusti pectoris æstu
Agmine serpenti repere vix paterer!
Ah quoties patrias frustra conuertor ad oras:
Et querula nomen vocæ voco Dominæ!
Sæpe mihi Morpheus ipsi noua somnia fingo,
Somnia perpetuo vera futura mihi.
Sæpe ego ne tales pergam sentire dolores,
Mygdoniis opto stare iugis scopulus.
Sic mihi fios vitæ, melior sic deperit ætas:
Nec quisquam externo porrigit auxilium.
Nunc te per Genium studij communis adoro,
Perque alterna sacræ fœdera amicitiæ,
Adfer opem, curasque animi proscribe tyrannas:
Et tandem alloquijs me mihi redde tuis.
Nam potes: ipse tibi Pæan sua carmina donat,
Donat & ilmariam Calliopæa lyram.
Maxima nec defit doctis vis addita dictis,
Et quidquid Pitho vel probat Ægiale.

Quod mihi si sæuos sedâris in ossibus ignes,
Fas sit vt ingenij libera fila sequi:
Non quia posse putem nostris te tollere Musis,
Sed veluti Diuos thure, mero colimus;
Perpetuo tibi digna canam præconia versu:
Virtutisque tuæ Douza poëta ferar.
Nec subtile Vmbri metuam censoris acumen,
Et dabo Burenæ materiam inuidiæ.
Iamque adeò in tanto rerum quod turbine possum,
Qualiacumque meæ pignora Terpsichores
Mitto. dicoque tibi. solito tu suscipe vultu
Quæ damus: atque Oculis esto meis speculum.

*Ad Iustum Lipsium. II.*

Musæ Pierides Musæ genus ab oue sacrum,
Alite cum Puero tuque Erycina Venus,
Et Lepor, & Charites & Diuûm quidquid amicis
Præsidet, ac sancta gaudet amicitia;
Dilectum pariter mecum inuitate sodalem,
Et facite aduentu nos suo vt ille beet.
Adsis ô Lipsi patriæ columenque decusque:
Adsis & coram nos face vt ipse bees.
Hîc te Mekerchus semper tuus atque Bryardus,
Te manet hic Victor, te manet hic Modius.
Nansius & Pantinus & indigitatus ab vrna
Non senis impuri sed Phrygis Iliadæ,
Atque alij vnanimem cupidè opperiuntur amicum:
Cernere te Brugæ, te Ria noster auet.
Brugæ scriptura illustres tua & ttica Athenæ:
At Ria prole virûm par Tiberi atque Pado.
Inprimis te Lernutius manet ex die in horas:
Nec pote discidium ferre tui vlterius
Non secus absentem Pylades quæsiuit Orestem,
Non secus absertem Thesea Pirithous.
Sic mater iuuenem, quem trans maris æquora ventus

Cun-

Cunctantem externis detinet hospitijs,
Inrequieta vocat: noctis sic gaudia amator
Pacta sibi exspectare, & solet expetere.
Adsis ô Lipsi patriæ columénque decusque:
Adsis & coram nos face vt ipse bees.
Quid rear? an fidos liquisti iuste penates?
An te coniugij cura domusque tenet?
Optimè & ex voto est. liquisti iuste penates:
Nec te coniugij cura domusque tenet.
Sic certè fidei præuenit epistola sponsor,
Et sperare bonam spem bene nos voluit.
Iamque Lare egressus proprio, tua prædia transis,
Corniger irriguo quæ lauat Isca pede.
Bruxellamque subis sedem Regumque Ducumque,
Ex merito Nemesin Regum itidem atque Ducum.
Testis Alirrithio. testis decumator Eous,
Et quotquot similes induit in laqueos,
Naufragiumque solo in solido facere alta coëgit
Ambitio & cæcæ mentis auaritia.
Et quamquam hic summus Belgi de rebus agatur,
Quid contra vafrum pro patria Autolycum
Facto opus, & contra Briareia monstra Harpyias,
Totque lupos, Calpe quos alit occidua:
Alostum porrò contendere pergis ad vrbem,
Vrbi dissimilem dissimilemque sibi
Ipsi. quæ modo flos erat & Teneræ vrbium ocellus,
Cùm nondum diri militis insidijs
Intercepta minas. cædesque & stupra Marana
Pertulit hea Diui quæ fuit illa dies,
Hinc rursus digressa manus cùm perdita Iberûm
Funditus Europæ sustulit emporium!
Tunc barathro Eumenides simul exsiluere profanæ:
Tunc Mars in pestem perniciemque hominum,
Et mors incubuit; coniunctaque fata ferentes
Ditarunt Stygium perpetuo ære senem.

Non tot Cannensi ceciderunt clade Quirites:
Nec simili aggestas Laomedontis opes
Turbine victores rapuere ad Pergama Graij,
Argolica Troiam dum capit arte Sinon.
Ergo interfectæ tu causa pecunia, es vrbis?
Per te qui viuunt, viuere desierunt.
Tu dubijs animos auxisti mentibus: ex te
Orta lues scelerum prodigiosa fuit.
Tu Maurum trepidum spectantem ad fœdera pacis,
Audere insana cuncta manu subigis.
Nam dum te affectat; perijt fas iusque bonumque:
Et flamma periere innocui & gladio:
Et Ianus non iusta piæ dare debita alumnæ,
Nec flere extremas audet ad inferias:
Sed sua vulturij nunc vexant membra vorantque
Improbi & infanda luridi ab ingluuie.
O Maia genitrice nepos Cyllenie Atlantis,
Sic à stirpe orbis procubuisse forum?
Aut quidnam euersa gaudes Gradiue Anuersa?
Si nescis neruus vrbs erat ista tuus.
Scaldi quid auxilium imploras? quid Numina in ore
Surda tibi? ex adytis Diui abiere tui.
Nam tibi quæ flauo trepidabat flumine lympha,
Adspice purpureo sanguine spissa rubet.
Adspice, Mulcibero dominante incendia passim
Tecta vomunt. quid habes cur supersesse velis?
Omnia sunt tecum pariter tua commoda fracta:
Omnia sunt tecum gaudia pulsa tua.
Abde caput miserande: & pronam turbidus vrnam
Contere. nil superest cur supersesse velis.
Aut patris Oceani in gremium fuge. forsitan illic
Fortunæ melior spes melioris erit.
Sic erit. ô votis superi adspirate secundi:
Et date composita viuere pace pijs.
Prome caput, pronamque relabere versus ad vrnam:

Audit

Audierunt iustas Numina, Scaldi. preces.
Detumuere animi latronum. arx Ganda recepta est:
Qua sine res etiam Flandrica pessum ierat.
Ad quam deproperans propior fit Lipsius: & iam
Gorduno primum proximus ad lapidem:
Crastina si faueat roseo Dea Leucothoë ortu;
Speratum nostra ponet in vrbe pedem.
Quæ noua permulcent Cupidum solatia pectus?
Dum desiderijs mens animi icta suis,
Nocturnum incusat optatque ardescere lucem,
Qua dabitur carum cernere posse caput.
Nunc lubet inuisas penitus deponere curas,
Et mala cuncta auidis tradere turbinibus.
Nunc lubet Aonios iterum insanire furores,
Auribus & doctis arte satisfacere.
Et niueo signare diem de more lapillo,
Plenaque lætitiæ tendere vela meæ.
Huc mihi verbenam puer, Assyrioque liquores,
Cumque igni laurum, cumque mero calicem.
Ocyùs hîc aram viuo de cespite tolle,
Qua fugit intonsis lympha sub arboribus.
Ipse Deûm plena venerabor numina acerra
Prostratus, sacris & dabo thura focis.
Sancte vigil, tutela mei fidissima Lipsi.
Seu te progenitum Pleiade Mercurium,
Siue magis Phœbum seu credere Pallada fas est:
Sis bonus, atque olim quæ tibi vota, cape.
En tibi seruatos brumæ per tempora flores,
En tibi quæ crines spica Cilissa lauet.
Ante aram Phrygios iterat tibi tibia cantus.
Ad cantus facilem te precor esse mihi.
Dîue faue: nam sponsa fide promissaque posco.
Tu iuuenem nostris sistito limitibus.
Neu amor eludens cupidum spe lactet inani:
Neu mora sollicitum lentior excruciet.

Da ca-

Da capere affatus, alternaque iungere verba:
Da satiare oculos, da satiare animum.
Cras tibi pro meritis meriti soluentur honores:
Et cadet ante tuos victima cæsa pedes.
Audimur: rata sigma Deum testantur, & omen
Delphica succenso laurus in igne crepat.
Ipsius & liquidis stillant vnguenta capillis:
Et serta appositam decidit in pateram.

*Ad Victorem Giselinum. III.*

Ex quo Belgarum patrio digressus ab orbe
Sequanicæ adscribor pars academiolæ;
Suspicor: irato Genio, auersisque Camœnis,
Nulla mihi mentem, nulla animum aura subit:
Nec me consuetis lustrauit Apollo choreis:
Ipse suis abijt spiritus è numeris.
Et iam quarta nouum reparat Dea menstrua cornu,
Fraternis toties excita luminibus.
Sic vbi frigidior brumæ rigor impulit annum,
Fluminaque hiberna adstricta stupent glacie;
Ora premunt volucres, & vepribus in perplexis
Languidulæ nullis se soluunt studijs:
Horriferos hiemis tantum auersatæ Aquilones,
Querquera lugubri murmura voce iterant.
Nil igitur posthac placidum manabit ab ore?
Sic alium mutus vertar in Harpocratem?
Non ita Pierides cupiant: hoc nolit Hyella,
Illa meis olim nobilis ex Oculis:
Cum me prima suis victum sibi cepit ocellis:
Iussit & ad certos verba animare modos:
Reptantemque solo, vulgique in nocte latentem
Extulit è tenebris, & dedit esse aliquem.
Surge anima; atque iterum nimium intermissa retracta
Carmina, Victori fausta precanda tuo.
Qui nunc natales abitum meditatur ad oras,

Palladij

Palladij repetens mœnia Louanij:
Hic vbi Deliades vitreo sub fornice nymphæ
Sæpe illum intentis obstupuere oculis.
Dum modo sacratum Phœbo proiectus ad amnem
Versibus insolitis sistere cogit aquas:
Nunc nemore in viridi, turba admodulante volucrum,
Et saxis aures indit & arboribus:
Interdum Æoliis resonam concentibus Echo
Incitat, ac vocis flectit ad arbitrium:
Arbitrium exempto quod sæcula fine loquantur,
Quodque hominem superis inserat ordinibus.
O mihi dum liceat porro vsque audire canentem,
Quam iuuet exactas rursus inire vias.
Aut te per scopulos etiam Giseline Ceraunos,
Aut per inhumanos persequi Hyperboreos!
Nec me flagranti terreret Sirius astro,
Nec niuis æternæ terra adoperta gelu.
Vel tecum optatas peterem patrij orbis Athenas:
Vel pariter lympha mergerer in Stygia.
Nunc alio me fata trahunt diuellimur ambo.
Quid faciam: temere est spernere velle Deos.
At tu, Faune poëtarum tutela piorum,
Longa per externos quos via iactat agros:
Si mea sæpe tuas decantat fistula laudes,
Si à tenero constans sæpe tibi facio:
Incolumi da sancte iterum cito iungar amico
Incolumis: nec nos diuidat vlla dies.
Tunc voti reus, irriguæ iuxta caput amnis,
Perstrepit argutas qua lapis inter aquas,
Exesa sub rupe sacram tibi moliar aram:
Grataque de Paphio serta feram nemore.
Hanc circum pueri, serieſque innupta puellarum
Et plaudent choreas. & tua facta canent.
Ipse ego inumbratus viridanti tempora pinu,
Hœdulus ardentem dum tremit ante focum,

Terna

Terna tibi laticis Nysæi cymbia libans,
Ter celer ob flammas vertar & exsiliam.
Siue tamen redeo: reditum seu Parca negârit,
I pete speratæ dulce solum patriæ.
Et longum mihi Victor aue, aue optime Victor:
Iam vocat ad solitos te tua Musa choros.
Iam tibi constantes portat Deus ales amores,
Blandaque coniugij vincula nectit Hymen.
Illis lætus eris, votoque solutior omni,
Cum simili reddet te puer ore patrem.
Ecce Coronides lateri sociatus euntis
Contingi claro lumine se capitur.
Ecce nouo gaudens prodit Medicina parata,
Ac merita frontem fronde tibi decorat.
Ante Valetudo campis emissa beatis,
Ingreditur proprio concomitante grege:
Grex Vigor atque Iocus, Roburque animiq; Voluptas,
Gaudiaque & sancto iuncta Venus Bromio.
In medio Phœbus gemino tibi fœdere vinctus,
Et citharam læua sustinet & Panacen:
Insolitumque hilaris, tantoque elatus, alumno
Instat & admissos concitat alipedes.
Parte alia affectæ timor atque infamia terræ
Cum morbis altum Mors ruit in barathrum.
Saluete ô colles Grudij: tu Dilia salue:
Salue, vndansque citis macte voluminibus.
Olim præteritis quæcunque audistis in annis,
Cum secura suo Cos stetit Hippocrate;
Ac cantu Diuos mouit Oeagrius Orpheus:
Fas eadem & nostris cernere temporibus.

*Ad Iustum Lipsium IV.*

Et Genij ingeniique potens cultissime Lipsi,
Nascentem placidis quem Dea Suada oculis
Dum rapuit, Lethæ eripuit atque inuidia ipsa

Maiori indulsit viuere perpetuum:
Quis nunc in studiis te suspicer excolere æuum?
An tetrica Astræa munia iustitiæ
Indefessus obis? patriique oblita retractas
Iura fori: & magnum es æmulus Æmilium?
An longinqua patrum facta atque antiqua reperta
Sedulus inuisis eruis è tenebris?
An genis ipse tuo felici è pectore, quæ mox
Præsens & ventura omnia secla legant?
Et modo liberiora iuuat contingere verba
Melle Arpinati Cecropioque sale?
Et modo stat choreis lustrare Helicona nouenis,
Plectere & in numeros carmina dia suos?
An potius densa Grudiûm admirante caterua
Exponis Veneti scripta operosa Titi?
Perfunctusque tibi temet furaris, & horti
Rure tui gaude præsene Corycio:
Horti, quem ver assiduum, quem Flora, Venusque
Incolit, & Zephyri credidit hospitium.
Non tibi nequidquam mentem ex meliore metallo
Iapetionides indidit atque animum:
Qui vulgi de more insanis otia curis
Transigere, & tacitas condere opes cuperes:
Sed mage qui priscis posses certare disertis,
Siue tuis Theseu, siue Quirine tuis:
Per quem barbaries nostro procul orbe fugata
Cocyti obscuras se abderet in latebras:
Cuius de Borea laus iret dicta ad Austrum,
Iret ad Eoos, iret ad Hesperios.
Ergo Arcas Diuûm interpres & carminis auctor
Cynthius, & Pallas virgoque masque eadem;
Et Paphiæ comites dominæ, sine veste sorores;
A puero meritis dedita turba tuis,
Æterno sanctoq; tui inflammantur amore:
Certatim grates & tibi persoluunt.

Aruaque

Aruaque Thespiades fusa per aprica puellæ
Exercent dextras in tua dona agiles.
Hæc capium intexit casiæ, metit hæc amaranthos:
Illa rosis pingit lilia puniceis.
Altera septenas modulatur pollice chordas,
Et similes chordis voce sonos animat.
Illa tuum nomen bifidi super ardua montis
Culmina corticibus scalpit in arboreis.
Nec iam Nisigena aut thyasos inducit laccho,
Aut iacet hesterna membra grauis crapula:
Musarum manibus sed serta tibi interplexa
Fert vigil & mentis ipse suæ dominus.
O cœlo dilecte, tui flos vnice secli,
Salue, ait & propriis macte potens opibus.
Nec tibi sit Crassos mirari diuite ab auro,
Amplaque ab auratis atria porticibus:
Aut Arabo aduectas, Indoue ex æquore merces
Expetere aut succis vellera lota Tyri.
Ista leues iactent animos per fanda nefanda.
Tu cape pugnatæ præmia militiæ.
En ego te niueis subuectum ad sidera pennis
Mnemosynæ statuo conspicuum ante pedes:
Et capiti imposita immortali è fronde corona,
Hæc tua circumeat tempora, temporibus
Omnibus intemeranda micantem fulgida ad Arctos
Dum stabit Cressæ torta corolla Deæ.
Sic ille. adsensu plausere Aganippides vno:
Et patria Phœbus plausit ab Ortygia:
Ipse hedera vinctum mouit caput Euius Euan:
Fallor: an ad plausum cor mihi subsiliit?

*De capta Caleto. V.*

Crederet hoc quisquam: elata modo fronte superbum
Quod sterit ad magni nil Iouis arma pauens:
Quodque sua late tenuit sub lege profundum,

Plausa

Plausa Caledonio qua coit vnda fretu:
Prædarumque sequax pecore exuit & segete agros,
Iusque nouum stricto condidit ense sibi:
Illud liligeræ famosum gentis asylum;
Cernere quod recto nulli oculo ante datum:
Inuidiam oppositis toties quod præbuit Anglis,
Sola quibus terræ ianua nuper erat:
Vndecima facile expugnatum luce Caletum
Induit Austriadum colla subacta iugo.
Cautior ad clades tantum vigil ipse fuisset,
Credita cui populi cura salusque fuit:
Nec cœca in damnum tentasset prælia sorte,
Mansissent dominis inuiolata bona.
Nunc quoniam pugnæ placuit magis alea, honestas
Impulit in furias se temere atque suos.
Vr potuit, fateor defensa vir liter arx est:
Seruantem fidei sic decet esse ducem.
Sed stimulo vanum pungenti impingere calces,
Vrbe infessâ arcis spes iugulata iacet.
Quid iuuat in bellem compellere ad vltima turbam,
Anne simul pariter perdere cuncta iuuat?
Si mortem stat obire tamen adspice magni
Est animi ante obitum consuluisse suis.
Quos nisi nota Ducis seruasset dextera nostri,
Exitio penito merserat atra dies.
Hæc tua Laus, hæc est tua adorea; maxima Princeps;
Iam tibi se totam Pallas amica fauet
Astu ira francigenam cubito es fidenter adortus;
In verum vt redigas corda animosa metum.
Nil Rex acer equis, nil pollens classe Britannus,
Addita Mattiacum nil Batauumque manus
Profuit obsessi vrbemq; arcemque stupentes
Impete viderunt fulmineo vsque quati;
Dum via murorum ingenti patefacta ruina
Compulit aut timidos vertere terga fugæ:

Aut telis contra intentis dare pectora fortes,
Et per pulcra sactam vulnera adire necem.
Hospitibus inuitis firmasti castra tuisque
Munimen præsens & vigor vnus eras
Quem tibi componam Æneadum de stirpe Latina,
Virtus ad cœlum cui sua fecit iter?
Romano Fabius cunctator clarus in orbe est,
Qui calidum lente fregit Amilcaridem.
Clarior ipse Virorum, Alberte, futurus in ore es:
Nam decus & nomen promtaque bella geris.
Macte animo inuicto, macte esto illustribus ausis
Gloria Scipiadæ te simulem ista facit.
A quo cognomen quia priscum & nobile ducis,
Quærere Marte tuo perge trophæa pari.
Nec longe quærenda ferunt vltro obuia sortes;
*Ostenda* ostendas si trepidæ arma modo.
Vt Morinum obtineas coniunctim vno æquora tractu,
Imperiis supereſt vrbs ea sola tuis.
Vrbs animis, dextraque ferox, germana Caleti:
Heu nimium nostro pernicioſa solo!
Illius est, ferrum, syluas quod obambulat altas,
Illius, agricolis scabra quod arua vacent.
Illius igne iacent postrata Deûm ardua templa:
Lapsaque tecta hominum deseruêre lares:
Illius vsque metu latet intra mœnia ciuis,
Aut gemit ereptas, quum male prodit, opes.
Quid multa? Flandræ vera hæc regionis hirudo est,
Quæ succum nobis omnem auido ore bibit.
Mentior, Harpyia est pedibus non aspera aduncis,
Sed centum gemina prodigioſa manu.
Imo ipsa ipsa venenatis est Hydra colubris,
Innumera innocuis quæ fera facta dedit.
Tu gemmam talem iam parte adnecte coronæ;
Qualem nec Zethes nec meruit Calais:
Aut etiam Deus ille gener Iunonis honoræ,

Cuius

Cuius pacata est munere Lerna palus.
Hanc ego littoreâ quercum tibi destino in acta
Ad Gessoriaci rauca fluenta salis:
Tale ei vt inscriptum viuat cum robore carmen,
Quod pleno Triton semiuir ore canat:
Nereidesque Deæ mirentur & ipse Palæmon,
Dum madidas siccant per vada aprica comas.
*Hæc dicat Austriades sua victor in arbore signa*
*Ipsius auspiciis vlteriora patent.*
*Anglicus Accipiter cum Gallo contrahat vngues.*
*Sede Ioui sacra nidum aquila aeris habet.*

*Debellata Ardea. VI.*

Vt quem diffusæ montis de Rupe profunda
Torrenti auxerunt alluuione niues,
Et ripas pontesque superfluit, aruaque inundans
Ipse sibi insolitum promouet amnis iter:
Non nemora aut siluæ, non saxa morantur euntem:
Voluit, & in præceps obuia quæque rapit.
Vtq; Iouis dextrâ vibratum fulmen ab aure
Emicat, & volucri cuspide tela citans,
Proruit ingentes compacti roboris ornos,
Et valida in puncto turbinis æra liquat:
Sic Alberte decus virtus tua pandit opimum,
Virtus Augustis prodita Cæsaribus:
Et recta æterni ad templum contendit Honoris,
Nilque obstare illi quod modo possit habet.
Nam si quis contra vires molitur & arma,
Deiectus subito cernitur ire minor.
Fortunata Ducis tanti indole Flandria, curas
Exue & atratum reiice ab ore peplum.
Ah satis in pullâ dixisti funera veste;
Turpatti lacrimis tristibus ora satis.
Incipe iam veterum finem sperare malorum:
Ecce tuas gestit Lætitia ante fores.

Scilicet hac ſuperum coetus Dea mente reliquit,
Vt noſtros tali Principe tuta colat:
Adſpectuſque ſui terras candore ſerenet,
Squallenti luctu quæ iacuêre graues.
Dij porro faueant: Dux æmulus Herculis alti,
Immunem à monſtris degere vbique dabit.
Et penitâ omne nefas ipſa ab radice reuellens,
Portenta in ſolas exiget acta plagas.
Nulla tuebuntur volucres Stymphala rapaces;
Tartareum à latebris protrahet ille canem.
Non Cacum eripient ignes, non humor echidnam,
Non Neſſum curſus quadrupedantis equi.
Paſta dape humanâ euertet præſepia, nulli
Antæo vires tacta animabit humus.
Auferet aſſiduo rutilantia mala Draconi.
Hei mihi quam noſtro eſt multus in orbe draco.
Non mons vaſtus aprum, non frondea teſqua Leonem;
Cum Lapitha nullum nubigenam antra tegent.
Credite, Fleumoſidum arua lue purgabit ab omni:
Et vere Alcides Belgicus alter erit.
Quid loquor? ex meritis nunc nunc eſt Hercule maior,
Qui magno iniecit tam cito frena mari,
Non totum impleuit cornu bis menſtrua Phœbe;
Laurea iam facili eſt parta labore duplex.
Vnam capta Caletum aliam dedit Ardea capta,
Faſcibus Auſtriades iunxit vtramque ſuis.
Obſtrinxitque noua (mirum) tria compede regna;
Hoc Franco & Batauo Saxonidæque dolet
Vos gemina Aonides celebrat è trophæa puellæ,
Figite & in ſummis ſuſpicienda iugis.
Qua caput attollit ſublime vertice opacum
Mons ſacer, & bifido ſidera calle petit.
Tuque Pater Thymbræe modos meditare canoros;
Fraternamque agili pollice pelle lyram.
Hæc eat extremum victoria nota per orbem;

Cla-

Clariorà multo tempore nulla fuit.

*Hulſto in poteſtatem Veteris Domini redacta. VII.*

Qualis ab Oechalia Tyrinthius vrbe reuerſus
Victor honoratis Argos adiuit equis
Populeaque comam compeſcens fronde fluentem,
Ora palam populis ſuſpicienda dedit:
Incedenſque ſolo celſum caput extulit aſtris,
Atlanti æqualem ſe geminumque ferens.
Talis denicta rediit dux Auſtrius Hulſto
Lauriger in curru quadriiugo altus ouans,
Lætiſiamque ſuis prædonum ſede ſubactâ
Attuiit his ſtabulum nam ſtabile illa fuit.
Ad quam veſano confluxerat agmine pubes
Exſul, inops, nequam, trux violenta, trahax.
Facta rapinarum cui ſpes animum auxerat ingens;
Quod quamuis auido pœna ibi nulla foret.
Lucra ſed audaci cuiuis impune liceret
Cogere, per facinus, vel capitale ſcelus.
Hac Iouis incuſſo poterat procumbere telo:
Dignior Herculea non erat Hydra manu.
Aſpice multiplici ſtabat circumdata vallo:
Stagnantiſque loci vix adeunda ſitu.
Mœnia tormentis ſpargebant fulmina in hoſtem
Ænea, flammarum iactat vt Æthna globos.
Mors numeroſa micans volucri impete prodiit inde,
Obuia percellens omnia ſtrage graui.
Quos non ad prædas emiſit auara maniplos,
Publica dum priuis accumulare furit!
Non tantum in ſolis quærebat præmia ſyluis,
Denius obſcæuâ ſi quis eo iſſet aui.
Ære viatorem ſpoliabat, ſæpe anima ipsâ,
Diſtricto in iugulos iugiter enſe minax.
Adſita crudeli carpebat & oppida furto,
Vel vi, vel furto rem male vtroque ſtruens.

Rura diu profugi cingebant vasta coloni,
VVasia qua fines porrigit ora tuos.
Sanguine cœsorum passim vepreta rubebant:
Ossibus albebat late adopertus ager.
Fanaque prostratis adytis euersa iacebant:
Fœdior hæc omni grandine noxa fuit.
Sed iam pacatis licet ocia ducere campis
Qualibet, & serâ nocte redire domum.
Nunc mala nos perpessa iuuant: discrimine pulso
Gratum est exhaustos posse referre metus.
Tolle animos Princeps, pestem qui tollere diram
Ausus es, inuicti nominis omen habes.
Clara ter insignem peperit tibi adorea laurum:
Addere mox plures Marte fauente velis.
Sic laus perpetuis tua floreat inclyta seclis:
Quam Pater in currum circitor ille leuet
Sol Pater & terras secum diffundat in omnes:
Arma gerenda tibi, ceu sua tela, fouens.
Arma quibus pressus Python misere æstuat alter,
Aëra funestans fumiuomente gulâ.
Ille prior periit percussus Apollinis arcu:
Alberti iaculis Principis iste cadet.
Hoc precor & voueo. Vires Ostenda rebellis
Exsere. in exitium sponte coacta rues.

*In Anselmi Opitii Adurni V. N. obitum. VIII.*

Di Morinum Tutelares, quibus oppida cordi
Lenaca; Dii madidis Brugin adite genis.
Ille decus nostrum, vestro sub numine Adurnus
Nobile Roi iugenis qui modo nomen erat.
Pontica iam quintum quo Consule Curia fulsit:
Et Ligurum in flandris est renouatus honor.
Morte repentinâ (vix credidit ipse propinquam)
Purpurei excessit ordinis è numero.
Et nunc ecce iacet mœstum sine lumine funus,

In

Solymis patria mox tumulandus humo:
bi sublimi consurgit ad æthera mole
mplum, cui titulus venit ab vrbe syra.
. proauum decora ampla iuuanti quidve artibus
ctus, & ingenii tot cumulata bona: (auctum
ilibus porro nostris quibus altior ibat
olis vt exoriens obruit astra iubar?
n minus instantis lethi telo ictus abiuit
luc, vnde pedem nemo referre solet?
i vetulis indulta tribus nimis atra potestas:
Debuit Anselmo parcere sæua colus.
m cur fatales gaudent hoc nomine diuæ,
Immites etiam si iuuat esse probis?
on senior valuit Chiron, non Belga Melampus
Ferre nec Archigenes quæ medica esset opem.
uit iners Mercens. telluris inutile germen;
Vna cui sedit cura fouere cutem.
t cyathos inter vacuum transmittere tempus,
Seu prandere foris, seu Domi cœnia amet.
iuit & Eurytion, media quem nocte per vmbram
Luna rubens thalamis inuigilare videt,
Virginis aut Nuptæ: speratæque gaudia furtim
Quærere, quærenti rimula si qua patet.
Hirpinus viuit grassator, & æris aceruos
Vt cumulet, præceps fertur in omne scelus.
Occidit ante diem ingenuæ virtutis amator,
Præsidium iuris mite, bonique tenax;
Occidit Opitius. Sic mors temere omnia carpit:
At durare diu deteriora sinit.
Non iterum Patres mulcens sermone diserto
Eloquii sparget mella niuesque sui.
Nec plebis querulæ fastidia turbida vitans
Tædia Pieriis disuet ægra modis:
Nec veterum historias fastosque euoluet auitos,
Triste iaces feretro, magne Senator, onus.

Hoc tamen euentum solabere sortis acerbæ,
Fulta stat incolumi quod tibi prole domus.
Non tua te curis coquet imperiosa Theano:
Mollis in Elysium te vocat Aura nemus.
Et flabro meliore nouos tibi temperat ignes:
Quos Cephalus proprios vellet habere sibi.
Te quoque credibile est ausum sperare quietem;
Liqueris infestam quum moriturus Erin.
Fel abeat quodcunque fuit. tibi noster Agyieus
Defuncto officium carminis omne vouet.
Profit amicitiæ tecum mihi firmiter ictum
Fœdus, & in dubiis non temerata fides.
Sæpe sinu pleno comitata sororibus octo
Serta, parata tibi Calliope ipsa feret,
Ac crines de more tuam deponet ad vrnam,
Nudatum feriens pectus vtraque manu.
Quique volucris equi manat de cautibus humor,
Rore pio lachrymas fundet. vt ossa riget.
Sæpius intento procedens Deliusarcu
Percutiet resonum te veneratus Ebur.
Siue tamen fortunatis iam lætus in hortis
Otia agens pretium pro pietate capis.
Constanti pietate, per aspera bella tot annis
Nata lues nequiit quam pepulisse gradu:
Seu colis ætherios tractus; vbi lacteus orbis
Panditur, Heroum cœtibus apta plaga,
Inter Maiorum monumenta sepultus Aueto:
Et mihi supremo cultus honore Vale.

*Ex Psalmo LXXVI. Notus in Iudæa Deus.* IX.

Notus in excelso sedet arbiter Orbis, & omnes
Peruigil in partes lumine cuncta notat,
Quæ Populi Regesque mouent: seu iura tuentur
Publica constanter suspiciuntque Polum,
(Numinis addicti obsequio, edictumque colentes,

Quod

(Quod Prætor monitis prodidit ille decem:)
Seu quæstum ad propriũ intenti tenere omnia versant,
Soli Fortunæ dum famulantur heræ:
Cordaque prosperitate feroces ebria gestant:
Atque licere sibi quæ libuêre putant.
Iam fœdus nobis sancitum rite vigebat,
Irarum atque odii fax procul omnis erat.
Paxque pedem optarat defigere Belgico in orbe:
Terra fruebatur læta quiete noua.
Et maris vnda minas submisso tergore pondus
Veliuolum placidis strauerat æquor aquis.
Aureaque æthereos volnebant sidera cursus:
Visaque sunt nostris astra fauere bonis.
Ipse Deus iaculi lethalis spicula & arcus
Ruperat ipse ensis scutaque & omne nocens
Beli instrumentum mutarat ruris in vsus:
Prælia pollenti sustuleratque manu.
Tempora damnatis ibant exempta procellis:
Lux tranquila suum noxque terebat iter.
Quum Sequanum Rector collecto milite nubem
Miscuit, & sudos noluit ire dies
Longius. Hinc atri rumoris murmura & inde
Suspensos dubio nos habuêre metu
Ancipitem ob causam: Pacis modò maximus Auctor
Nunc animi læuus ferrum aciesque struat,
Destruat vt bene structa sibi? quis talia credat,
Credere ni cogat vndique sparsa fides?
Vox populi, vox esse Dei, veterum ore parentum
Dicitur. Hanc sapiens spernere nemo solet.
Ergo videbamur qui Martis ab impete tuti,
Arma iterum intutis ferre necesse fuit,
Ne nos tempestas inopina feriret in arcto,
Aut male munitis exitiosa foret.
Iamque dies præscripta rotis instabat adactis,
Vltra quam nequiit frons simulata tegi.

Vlcus in abstruso percoctum corpore, auebat
Impuri puris tetram agitare luem,
Et vomere in noxas vicinis iure timendas:
Deterior poterat nulla venire foras.
Ilicet æternis è montibus éxseris ora,
Tu qui terrarum respicis ima Deus,
Luce micans clara, clara & mira, imò stupenda:
Sensu externati nam iacuêre statim,
Qui modò fidenter sibi subdere regna parabant,
Præmiaque ad patrios dira referre lares.
Rege trucidato plebei fraude Sinonis,
Cœpta remiserunt insidiosa piis,
Et vidêre palam; Rerum sine præside, nulli
Quamlibet augusto bella secunda geri.
Dextra viris acri ceu frigore torpuit icta:
Languit infracti vis quoque fortis equi.
Numen, summe Deus, tibi terribile atque tremendũ est.
Quisnam animis ausit obuius ire tuis.
Canduit incensum quoties tibi pectus in ira?
Ter miser est ardens quem furor ille petit.
Nil opus alta graui quatias Superum atria curru:
Aut trifidum fulmen eiaculere tonans:
Pœnarum stant mille modi: quibus impia plectas
Pectora, reque probis vindicem adesse probes.
De cœlo patuit cunctis tua celsa potestas:
Intremuit tellus attonito ore silens.
Cum sceleri infensum te gens humana tuetur,
Laude Patrem gaudent accumulare boni.
Ad probra proiectos punit male conscius horror:
Pro furiis tortor sufficit iste tribus.
Pergamus Domino genua ergo plicare potenti:
Votaque supremo munera ferre Deo.
Qui tetricos odit fastus, qui frena Tyrannis
Iniicit, & tumidos non sinit esse minis.
Non satis hoc Regis docuit fortuna perempti?

Cautior

Cautior exemplis pluribus esse cupis?
Accipe Quinque. libet seclis memorandâ futuris
Prodere, præsentes quod iuuet inde legant.
Nam frustra antiquos composta reponere coner;
Obuia sunt, cuiuis digerere illa licet.
Rex Celta Henricus Francisci filius hæres;
Armis incertum clarior anne toga,
Ob culpas cœlo notas (mihi crimina magni
Principis ingenio nunc reticere liber)
Dum tædas natæ celebrat, simulacraque belli
Ludit eques, cerebrum cuspide læsus obit.
Cuspide confractâ prærenti roboris ictu:
Quod fati impulsu dissiluisse puto.
Illi successor Rex nomine notus auito,
Spargit vbi virus triste Gibenna procax,
Galliaque in sectas diuisa furore nouello.
Ausa est priscorum temnere scita Patrum;
Imperiique iugum ceruice mouere rebelli,
Obtentæ partes relligionis agens;
Credulus adsectis facilem dum præbuit aurem,
Aure putrefacta corruit atque lepra.
Nec minus eximii fratres. Namque ordine Nonus
Carolus infestas in sua fata manus
Sensit Medeæ matris; præcordia succis
Tacta malis, vomitu dum reuelare nequit,
Adpositam in peluim fudit cum sanguine vitam,
Ante diem funus luctiferum arte maga.
Tertius in regnum accersitus ab axe Polono
Henricus duplici vulpio corde, Iouis
Dum ius iurando violat male perfidus, hostem
Quo sibi Guysiaden dedat vtrumque neci,
Hostem habuit monachum, cuius sicâ actus ad Orcum
Mortuus inferna vulnera lauit aqua
Hector Alenconius Nasica, superbus eburnum
Quantumuis solium scandere non potuit,

Sceptra

Sceptra tamen gessit, titulo ducis aucta Brabanti,
Et Flandri Comitis; *perpetuumque decus*
*Affectans*, meruit æternum dedecus. & mors
Iusta caput nequam præcipitata tulit.
In Venerem putris nam tabuit ore cruento,
Assiduis ruptus membra libidinibus.
Ægra animi voluit quoties efferre loquendo,
Sanguine non valuit præpediente loqui.
Nam cruor in fauces atque os è pectore manans,
Presserat vndanti gurgite vocis iter:
Donec mille cruces perpessus in arce Theria
Iuit Auernales flebilis vmbra domos:
Iure luens pœnas immanis sæuitiæ vrbis
Tot modò fœdarat qua iugulator atrox.
Expiet aut flammis illic admissa vel vndis:
Nex scelerum auctori tam tragico vna parum est.
Vlterius nil addo. Liquet reor omnibus, omnes
Exosos superis qui violenter agunt:
Ingenioque truces spernit cœleste tribunal:
Insessum Nemesis quod tenet alta colens.
Vos igitur Reges, quibus æthere germen ab alto,
Discite iustum humili mente piumque sequi:
Nec ferro pacis communia rumpite vincla:
Imminet à tergo Numinis ira feris.
Postquam Francorum Princeps hoc nomine primus
Ticini ad ripas captus ab hoste manu,
Cæsareis aquilis tria cedere Lilia vidit;
(Debuerat cœlum qui prece adire pia,
Quo patria abiectum se in sceptra reponeret ille,
Supplicibus nunquam qui negat esse Pater)
A cœlo Byzantinam convertit ad vrbem,
Ausus cum infido fœdus inire Scytha:
Et sua lunigeris committere gentibus arma:
Seque palam infami dedecorare notâ.
Scilicet vt regni fidus *totum implicat orbem*,

Cornus

Cornua ab externa turgida sumpsit ope,
Non veritus Domino Maumethem apponere Christo:
Et miscere leui fronte profana sacris,
Ex illo in præceps gens visa Valesia abire:
Nec bene Borbonidum regius auxit honos.

*In Iani Gruteri inscriptiones.* X.

Quas prisci nobis olim posuêre parentes
Ingenii atque animi signa notanda palam.
Siue decus partum memorabile pace vel armis,
Secula quod posset sera monere su;
Pleraque consumpsit fatali dente vetustas,
Egregium patiens nil superesse diu.
Ergo aut in tenues resoluta abiere fauillas;
Aut laceram faciem vix reparanda gerunt.
Nunc vbi marmoribus tot credita scripta politis
Stabant Romano quæ numerosa foro?
Artificique manu splendescere iussa metalla,
Et præferre catis tot documenta notis?
Rostra vbi nunc arcusq; Ducum populique Lauacra:
Et Capitolino templa habitato Ioui?
His anni nocuere: magis tamen horrida bella:
Partem maiorem diripuere Getæ.
Atque Getæ atq; Hunni, genſq; effera Vandali, in omne
Prona nefas, ipsis asperiorque feris:
Sic Mausolæi moles euersa sepulchri est:
Sic vacua Agrippæ cœlum imitata domus.
Quin domus ipsa Deûm cecidit vetus aurea Roma;
Ruderibusque suis obruta penè iacet.
Sed licet ingeniis etiam pugnaucrit ætas,
Nube vetustatis euoluenda graui;
Plurima sunt æuo patrum nostroque reperta,
Multorum meritò quæ studium acre probant:
Armillis illi sane exornentur & hasta:
Summa modò cedant sponte trophæa tibi.

Nam

Nam tua promeruit ſupremum induſtria honorem,
Poſſidet & famæ principem in arce locum.
Perge agedum Grutere gradu pertendere pleno,
Et bene conceptum prodere dexter opus.
Gloria victrices plectit tibi ſedula Lauros:
Iamque tua ad cœlum nomina laude vehit.
Palladis auſpiciis ſodes molire triumphum:
Sumere palmatam fas tibi iure togam.
Fercula diſtincto præcedant agmine currum:
Doctaque per titulos diſta ſubinde nouent.
Ordine mox iuſto præciſis molliter aliis
Tempus; & ingenti voce tua acta canat.
Poſt vultu in terram proiecto mœſta ſequatur
Barbaries collo vincula ſerua ferens.
Ipſe tuo Elogium decori hoc præfigo volenter;
Liuida quod triſti lumine turba legat:
Quæ congeſta vides digeſtaque corpus in vnum,
Mille locis hoſpes ſparſa ea nuper erant.
Smetius inceptor: prorector Lipſius audit,
Ianus perfector Geryon eſſe poteſt.
Quis ſatis hunc laudet? tumulo veteri excita Roma
Tollit honoratum ceu ſolet ante caput:
Nec ferrum aut flammam metuit; ſecura ſenectæ
Gruteri æterna eſt munera facta nouo.

*In lachrymas Fr. Svvertl. XI.*

Mites ô *Lachryma*, dulci quas fudit amaro
Miſtus amor *Svvertl*, vos dolor ipſe facit
Felices, pius iſte dolor: modo munere cuius
Fons nouus Aoniæ largiter auctus aquæ
Surgit, & exundans late telluris in orbem
Æmulus it lymphis Bellerophontis equi:
*Orteliumque* decus Lethæo è gurgite raptum
Per populi ora frequens eximio amne vehit:
Ire perennanti ventura in ſecula lapſu,

Ad

Ad famam vobis iam patet ampla via.
Et tu virtutis *Svvertl*, macte indole clara,
Iam tua notescit trans Acherunta fides.
Elysiæ discunt hic te resonare Cupressi,
Molliter ad strepitum subsiliente Styge.
Fœta tibi ramos natiuo purpurat auro
Arbor Auernalis, pomaque fulua parit.
Absentumque chori per campos aëris apto
Carmine certatim nomina vestra canunt.
Iamque ea præportant conscripta in cortice myrti:
Ilicis aut patulæ robora plena fauis.
Atque aliquis de gente sita, miratus vtrumque,
Exoptat simili fœdere parque iugum.
Macte, inquam cineres qui non amat ossaque adempti,
Scæuus, & in viuum lenti animi ipse fuit.
Sic vbi prætextæ explicuit noua germina vestis
Herba recens, iaculis solstitii icta, perit.
Iure Amor ille potest sincerus & esse & haberi,
Littora qui fati traiicere alta potest.
Qualis in *Orteli* Manes tuus incitus ardor
Durat ab expletis integer obsequiis.
Constantesque mouet. tam pulchræ mortis honorem
Inuidet his credo Semideûm ipsa manus.
Laude sua & vigeant illi: post funera virtus
Certat se propriis vsa tenere bonis.
Nec decet inuidiæ labes sine corpore vitas:
Illa sepulchralis arsit in igne rogi.
Viuite concordes animæ: tuque optime longum
*Orteli* felix gaude in honore tuo:
Vsque memor *Svvertl*, cuius modo munere raro
Prodire in lucem conspicis has *lachrymas*.
Has *lachrymas*, quæ te furuis miscerier vmbris,
Obscuraque tegi non patientur humo.
Sed caligantis raptum de Tænari operto,
Ad cœli sursum culmina laude ferent.

Insigne-

Insignemque locum statuent sibi tractibus illis:
Sole graui accensam quâ iuuat vnde sepam.
Qua flectur t gemini stellanti flumina Pisces:
Aut Caper in salso gurgite lætus agit.
Quaque Hyades septem scandunt Aquilonia templa:
Aut liquidi Delphin marmoris alta colit.
En Tros emeritam suspendit Aquarius Vrnam:
Miscet & hoc potius nectare vina Ioui.
Ipsa nouum sitiens haurit cratera liquorem:
Spesta, alia condet lactea rore via.
Eridanus superum ne plurimus occupet æquor,
Laxius effusi contrahit amnis iter.

*Epitaphium Abr. Ortelii. XII.*

Si nequit vnus homo tabulis componere terras,
Separat immenso quas Pater ipse solo:
Et tot inaccessas auidi maris æstibus arcet,
Multorum *Ortelii* sedulitate tua
Instar habes, cuius populatim didita in oras
Omnes terrarum clara *Theatra* meant;
Nec secus illustrant Orbem veteremque nouumque:
Quam nitidi Solis flammicomantis equi:
Tunc cum sublimes per sidera verna feruntur,
Aut ardent almæ Virginis in speculis.
Siue homini munus dedit hoc fauor ætheris vni;
Vni præ reliquis contulit omne tibi:
Æquiter indultum, tribuit seu pluribus, acri
Qui studio Orbis amant explicuisse situm:
Et fabre pictor ad verum effingere Mundos,
Is tu præ reliquis omnibus vnus eras.
Vnus eras: dum noster eras: nunc alite lætus
Ad Superûm sedes indigitatus abis.
Cur querar? illa tuæ virtuti congrua sors est:
Sic decuit celsam te Iouis ire domum.
Scilicet vt magni celebres pallatia cœli,

Sidereæ

Siderea quamuis luce notanda micent.
Cœlicoliſque nouum ſtatuas ſuper aſtra Theatrum,
Quod Libys obliquo lumine ſpectet Atlas.
Mireturque genu flexo vis Herculis alti:
Seque palam agnoſcant par potuiſſe nihil:
Quum terram ornaris, quid ni Deûm in arce locatus
Coſmographi vero nomine uumen agas?
Ecce tibi ponit ſolenne Adripia ſacrum,
Hîc ædem diui quâ Michaelis habet.
Torque tuas dotes ne dens grauis atterat æui
Officioſa parens marmore & ære colit.
Gnoſias ecce tibi radiat liquido igne corona,
Vt dignum merito cingat honore caput.
Accedunt patrij nota pietate ſodales;
Aptaque Pierio cum grege ſerta ferunt.
Quos inter Princeps facundi Lipſius oris,
Defuncto carmen exequiale canit:
Quale nec in denſis nemorum Philomela viretis,
Aut fluuij ad ſalices emoduletur olor
Nec ceſſant Vriendi Gandenſis mellea plectra:
Illa fide inſolitum ſuauicrepante ſonant.
Dumque ſonant, vocis reſonat pia carmina imago:
Vix meminit notas Scaldis inire vias
Bochius auctor adeſt, præſignis Apollinis arcu:
Clarior à tumulo quo tibi ſurgat honos.
Hunc Dea Calliope tinctis in nectare telis
Excutit, & mortis ſpernere iura iubet.
Ipſe ego quo poſſum memori tua funera verſu
Proſequor, & rutilis ſpargo ſepulchra roſis.
Hiſque tibi numeris veterum de more parentans
Balſama diffundo, vinaque miſta fauis.
Macte decus Patriæ, cœli nouus incola macte:
Semper ad Atuaticas laus tua viuat aquas;
Inque peregrinis porro incluta floreat oris,
Nomen vt Ortelium gens gemini Orbis amet.

## FVNVS LIPSIANVM.

### Epicedium. I.

Dum cœli faciem Veneris face Lucifer ornans
Obtectam niueo lumine spargit humum:
Noxq; recentantis telo percussa diei
Paullatim tenebris cedit operta retro:
Dum Zephyri aura sonore volucri perstrepit arua,
Et matutinæ dulce queruntur aues:
Hîc ego quâ Morinos obit vnda superflua campos
Morte tua *Lipsi* triste ciebo melos.
Quale per has ripas vda proiectus in alga
Ipse sibi siticen præcinit albus olor.
Ergo serena tum siue in colis æthera siue
Monte sub Elysio templa quietis habes:
Occasum ad Solem dum te fleo Solis ab ortu
Præsens cultori subijce verba tuo.
O mihi non auro carum caput, ô patriæ ingens
Gloria, & immensi publicus orbis amor.
Non ego amicitiæ repetam primordia nostræ
Dilia cum placitam accendit vtrique facem.
Inque iecur puri flumen conduxit amoris,
Dulcius ambobus quo nihil ante fuit.
Mox Dubis vnanimes multùm admiratus, in orbem
Substitit, ad montis circitor ima sacri;
Hîc vbi conspicuam leuat alta Vesontio frontem,
Stringeret vt nexu corda vtriusque magis.
Strinxit, & in Sequanos Dolam prouexit ad Vrbem:
Hei mihi conuictus quàm breue tempus ibi
Contigit, affixit lecto te pessima febris,
Et leto enectum te prope sæua dedit.
Noluit hoc Numen, quod desuper excubat, ille
Præstite salua tibi vita superstes ijt.
Inde ita distracti. Tu Norica regna petîsti;
Me calor optatam traxit in Italiam.

Ner-

Nec loquar vt rursus nos iunxerit Attica Brugis,
Cum fera tempestas te Namuræa domo
Expulit armorum tunc excita Belgica motu
intumuit Ducibus non bene fisa suis.
Tecta laremque tuum fugiens tu certus adisti
Non renuente Deo tecta laremque meum.
Fregimus hîc curas vino, & sermone suaui:
Primus amicorum tunc tibi visus ego.
Oceanum donec placuit tibi traijcere æquor:
Et belli è tuta despicere arce mala.
Pertulit incolumem te trabs abiegna per vndas
Lugdunum Batauo constituitque solo.
Obuius occurrit passis tibi Dousa lacertis:
iusque suum in patriam credidit omne scholam;
Augendam magis atque magis ductu tuo & arte:
Namque iuuentutis Dux vigil vnus eras.
Muneris impositi pondus cum laude tulisti:
Leyda Viro potuit non potiore frui.
Illa mihi chartis commissa fidelibus olim
Aonides vltro per populi ora ferent.
Nunc angusta dolor præcordia pressit, & acri
Musa iacet luctu pœne sepulta mea.
Iamque mari sensim surgens Aurora rubescit:
Et Sol compulsos ad iuga frenat equos.
Ergo iter iniunctum postquam rota Solis obiuit
Illustrans radijs quidquid vbique suis.
Æquoreas currum submersa recondit in vndas.
Mox tamen ad Circi curricula acta redit.
Purpureaque iterum candens rigat omnia luce;
Quæ nox iniecto texerat atra peplo.
Nos vbi dira semel leti manus impulit, actum est.
Labimur infracti nec nisi terra sumus.
Lumina mors claudit deuincta sopore perenni:
Et lapis insculptis stat super ossa notis.
Spes hominum fluxas. Sic nos carissime rerum

Linquis, & heu numquam post redituras abis?
Te viuente dies ibant mihi lumine lato:
Præluxit studijs fax tua clara meis.
Hinc est Lernutium quod nouerit vltima Thule:
Dissitus aut vltra est si quis in orbe sinus.
Pennas tu nostris fabricasti Dædalus alis:
Et visi cœlum currere posse suus.
Nec tamen Icario signauimus æquora casu:
Tanti est in libris nomen habere tuis.
Illos fama vehit solui metuente volatu.
Inque sua lectos æde Monera locat.
Vnde procul mundi partes vulgentur in omnes
Quattuor extendit qua positura plagas.
Fortunate quater, felix animi atque laborum es,
Præmia promeruit quæ tuus ardor habes.
Inuidiam viuus deuicisti Hercule maior.
Nam nisi post obitum laus mera cessit ei.
Nos contra miseri, tanta indole præpropere orbi
Mœstiter in tenebris viuimus, & queruli
Quærimus ex oculis ablatam. Dique Deæque
Nullius hæc nobis restituetur ope?
Ecce iacet virtus magni ter maxima Lipsi,
Pallade cum docta Musæ & Apollo tacent?
Debueras fatum crudele auertere Pallas
Gorgonis obiectu, iusque tenere tuum.
Aspice compositi post funera tristia Lipsi,
Lux mihi rapta mea est, res tibi fracta tua est.
Pone hastam Virgo clupeumque & monstra Medusæ
Quando duella geres, si modò lenta vacas?
Debuerant Musæ precibus mollire tonantem
Vellet vt infirmo dextram adhibere Pater.
Nam Pater ex æquo Rex Iupiter omnibus idem
Virgineas nollet respuere aure preces.
Mnemosynes natæ contundite pectora palmis,
Illa gregis vestri gloria prisca perit.

Debuerat

Debuerat Vati medicus succurrere Apollo.
Seu cantu aut herbis danda medela foret.
Frange arcum, & sparsos in tergum scinde capillos,
Sublata est capitis Phœbe corona tui.
Lipsius hanc secum super aurea sidera vexit:
Et fronti impositam ceu diadema gerit
Sed neque Mercurius potuit dare nobile Moly,
Laërta genito quod dedit ante Duci.
Scilicet acta Deûm mors importuna coërcet.
Nec metuit superis ponere iura ferox.
Quare delitijs toto de pectore pulsis
Insolabiliter conqueror atque gemo:
Non secus ac Philomela Neporis funera mœrens
Vrget flebilibus saxa nemusque sonis.
Ora fatiscentis luctu lauat humor, vt æstu
Fundi Pœninis nix solet icta iugis.
Bacchica sic vitis lacrymas è palmite mittit,
Agricolæ curua falce putata madens:
Nec mœstum cessant oculi manare liquorem
Prata licet sitiens vrat adulta dies.
Pergite Pierides cœli dum scandit in arcem
Phœbus, & ex alto spectat vtrumque mare.
Nunc paullo grauiora canam, ponti æquora quando
Strata quieuerunt, & volucrum ora silent.
Bella quaterdenos tulimus iam ducta per annos,
Bella tremenda solo, bella tremenda salo.
Cum modo Mars fauit nobis, nunc adfuit hosti,
Miscens infandas victor vtrimque vices.
Testis erit Nereus per cærula sanguine fuso
Sæpe suos fluctus erubuisse nefas.
Testis & alma Ceres cæsis viduata colonis,
Et flauam toties in segete vsta comam.
Pan quoque testis erit, mutare coactus ouile,
Et pede sollicito tempe aliena sequi.
Quid memorem Satyros, paganaque numina Faunos?

Naïadum tenero vis mala facta gregi est.
Siluarum latebras credis texisse Dianam?
Turba latrocinijs expulit inde Deam.
Vidimus euersas ipsis cum ciuibus vrbes:
Ruraque prostratis plena cadaueribus
Impune Harpyis licuit agere vndique prædas,
Vnguibus incuruis, glutineoque pede.
Per scelus aggessit si quis semel aëris aceruos
Ob pretium in pretio est, nec sua furta tegit.
Prosequar vlteriora? licet. patet area maior.
Bella Gygantæis vidimus acta modis.
Impia gens Diuos violare proteruiter ausa est:
Inque ipsum effrenis sustulit arma Deum.
A fundamentis sunt imitus eruta templa,
Credas Eumenidum versa fuisse manu.
Relligio pedibus vulgi calcata, profanos
Horret ad insultus, & sua damna gemit.
Cum pietate fides antiqua recessit ad Indos:
Candor abest. regnum peruicus error habet.
Non ita Delphorum corruperat aëra Pyrhon
Olim, quum vasto corpore pressit humum
Exhalans atram tetro de corde mephitim,
Quot nos inuoluit turba ministra malis.
Hæc mala in exitium gentis ne tendere possint
Ingenijs veterum Suada tua visa catè est.
Instruxitque palam Reges Regumque sequaces
Scripto, quo nullum doctius & melius
Prodijt in lucem Calathis date lilia plenis
Candida. & auctori dextera plaudat auis.
Nam tibi ciuilis vitæ ratio omnis ad vnguem
Exacta est. princeps desinat esse Plato
Laudis in hoc censu. Nec palmam speret ab istis
Alter Athenarum doctor Aristoteles.
Magnus Aristoteles, maior Plato. cedat vterque
Victori tradens lampada sponte tibi.

Quod

Quod nisi dextra lucris multorum addicta fuisset
Pax monitis esset constabilita tuis.
Oppidaque illæsis perstarent integra muris:
Largaque fruge bona mater ouaret humus.
At tibi defuncto quid dignum patria soluet?
Debitaque quæ quæ merces summa merentis erit?
Non si Pyramidum sumptus ad sidera tollat;
Aut opere augusto pulchra sepulchra struens
Mausoli Regis suspendat in aëre molem
Vlla tuæ laudi sunt monumenta satis.
Nec lacrymæ prosunt, licet omnibus vndiq; Belgarum
Vbertim ex oculis gurgitis instar eant.
Iupiter ipse olim raptum Sarpedona fleuit:
Et fleuit Natum Calliopea parens.
Nec tamen est superis Sarpedon redditus oris:
Orpheaque in vitam fata redire vetant.
Congere serta puer, lauroque adiunge virentes,
Et dic, his *Lipsi* sit tua macta cinis.
Vt nitet æternum fragranti stipite Laurus
In cœlum arrectis exspatiata comis:
Sic nitet, & superûm te gloria cœtibus addit,
Magnificumque tibi fert sine morte decus.
Spiritus ex humili sublatus in ardua, viuit
Plena voluptatis sunt vbi regna pijs.
Illic contingi patitur se lumine claro
Numinis æterni Filius ore satus.
Oraque diuino gestans fulgore decora
Siderijs epulas sufficit vsque choris.
Christus imago Patris, Patris sapientia Christus,
Cuius inexstincta cor pietate flagrans
Fudit in æternam nobis mera mella salutem
Edulcare quibus fas genus omne mali.
Ille piam mentem dulci perfundat amore
Quo pretium nostri sanguinis ante luit.
Finio. Surgendum est. Titan cadit in mare præceps:

Inuitumque monet Vesper abire domum.
Sit tibi terra leuis. post fata etiam vltima Lipsi
Phœnicem secli te iuuet esse tui.
Donec fila neet Lachesis mihi candida, semper
Februa dona tibi, certaque serta feram.

*Epicedium. II.*

Louanij colles, & mœnia nota Camœnis,
Quique sacram Phœbo Dilia fundis aquam,
Cernitis atratos in vestibus ire scholares
Et loca quæque nouis vndique mœsta sonis?
Si præsaga mali vobis vis insita, scitis
Tempus quo tristes vos etiam esse decet.
Ecce pari in cœtu iuuenesque virique queruntur
Sacra Professoris licia rupta sui.
Dicite vos colles, vos mœnia dicite, tuque
Vincens Pegasei Dilia fontis aquas,
Dic quoniam nobis abcessit Lipsius ille
Qui modo voce potens saxa mouere fuit?
Qui quoties linguam flexit modulante loquela
Attinuit fluuij præter-euntis equos.
Auritasque trahens quercus, & murmura sistens
Ventorum Musæ filius alter erat.
Ipso Thracem modis multis pollentior: ipsi
Mercurio similis parque crepante lyra.
Nos igitur quoscumque dolor conduxit, abîsse
Tale decus querimur, caussaque nostra proba est.
Nec querimur noti tantum: dolor attigit illos
Quos procul ignotos extera nutrit humus.
Omnes in luctum vnanimes lacrymasque feruntur:
Ferreaque incusant fata necisque manum.
Eximiè Vrbs Perusina parentans Lipsio honorem
Externo hunc habuit, soluere quem Satrapæ
Vix solita indigenæ est: proceres venêre citati
Ad iusto exequijs concelebranda pie.

Ordine

Ordine flammarum longo luxêre plateæ:
Crebraque planxerunt turribus æra cauis.
Cereus est centum pluresque oblatus ad aras,
Proque quiete viri mystica facta sacra.
Concio solennis conferto edicta theatro
Ipsius in laudes ingeniosa fuit.
Nec satis, absenti vacuum struxêre sepulchrum
Publice ad impensas largiter amplifici.
Omnia quæ viuo propere sunt præstita & omen
Instantis leti præcinuêre ratum.
Sextili nam me ipse repens quum rumor obisse
Diceret, incerto certam habuêre fidem.
Martius at morbo fractum mox absstulit orbi
Non veritus damni tam grauis esse caput.
Sed quid mota solo tellus fremit? An fera sensit
Vulnera quæ nobis intulit atra dies?
Ista dies Solem Belgi quæ noxia ademit,
Et nos palantes deserit in tenebris?
An potius Phœbi trepidans cortina remugit
Nobiscum gemitus ingeminare parans?
Desijt ex antris oracula mittere Phœbus:
Et tripodum perijt disperijtque fides.
Vrbis Louanij, Nam mens obit omnia, præsens
Omnibus, immensi numinis igne vigens
Terrasque camposque maris, cœlumque profundum
Vrbis Louanij subsiliêre iuga.
Illa velint nostris finem posuisse querellis:
Vt possint, tales prodere visa modos.
Cur morti temere conuicia dicitis, & cor
Torquetis? Num mors nomen inane gerit?
Ianua mors vitæ est, vitæ melioris adire
Sidera nemo potest hæc nisi sternat iter,
Lege Dei lata, facinus quis nescit autum
Quo generis nostri conciditi ictus honor?
Est operæ paucis factum memorare profecta

Vnde in nos labes venerit alta mali:
Namq; malum hoc anceps. Mors ingruit aspera prauis:
Contra boni ad fontem nos agit acta bene.
Omnia condiderat manus omnipotentis, & omnia
vni crediderat, subdiderat que viro.
Illi nupta fuit, ex ossibus apta mariti,
Qua socia vitam viuere dulce fuit.
Visibus amborum regio descripta virebat
Nullis non opibus fertilis aucta soli.
Cuncta ait ista Deus vobis decerpere fas est:
Arbusti vnius carpere poma nefas.
Viuite, delitijsque fruentes fœdus inite
Connubiale tori: seclaque læta date.
Viuite, felices eritis si condita mente
Sit vobis vocis fata tenere meæ.
Sin, manus in mundo est quæ terga rebellia pulset:
Cum gemitu functos nex inopina feret.
Viuebant memores edicti. Vidit ab alto
Orcus, & inuidit: furta dolosque parat.
Pelle colubrina tectus Nymphæ exhibet ora,
Amplexus robur arboris auricomæ.
Inde vibrans strictum linguæ pellacis acumen
Præstigijsque vafer luminibusque micans
Sume inquit pomum & gusta: delectat odore,
Aspectu gratum est, ora sapore iuuat.
Esum interdixit vobis Deus? audio. frustra est:
Post esum nouit vos fore namque Deos.
Idcirco pauidos agitat, formidine mortis,
Quod similem cupiat neminem habere sui.
Restitit ad tempus Virgo, mox edit amatum,
Inque gulæ crimen traxit auara virum.
Vix ea patrârant Deus ambulo venit in hortum:
Pectoraque incusso pertimefacta metu
Verberat his verbis. Meruistis iudice pœnas
Numine, iam mortis viuit vterque reus.

Illa

Illa simul vobis veniet, generisque futuri
Vltrix proporro tendet in omne caput.
Ne trepidate tamen, ratio nam certa salutis
Est prouisa mihi. Mors fera morte cadet
Vnigenæ nostri, qui Virgine natus obibit
Vt vos à mortis conditione truci
Liberet Hoc factum. Natus Deus: illa necata est:
Sic manet hæc cunctis vna terenda via.
Imponat vulgo popularis opinio leti:
Ne vos à vero deuius error agat.
Vos Sophie arcanos vltro deducit in hortos,
Et penetrare oculis abdita quæque dedit.
Desinite ignaris aures præbere sophistis,
Plus æquo mortis qui fera tela pauent.
Nil perit omnino, resolutum abit omne priores
In numeros rerum quidquid hic orbis habet.
Corporis hunc textum prorsus Natura retextum
Accipiet rursus. Mens animata manet
Morte carens, variæ sed sorti obnoxia, degit
Nunc læta, extremis nunc male mersa malis.
Excultis virtute animis patet ætheris æquor:
Tartara peruersos antra sub ima trahunt.
Qui studio recti capitur, bonus est & habetur:
Otia qui captat turpia, segnis iners.
Pro meritis ergo merces accedit vtriq;
Hic adit Vmbrarum, luminis ille loca.
Hæc fati series: fato parere decorum est:
Qui refugit nexum vis violenta rapit
Deduci præstat: placide deducitur ille,
Qui sequitur Numen promtus & obsequitur.
Ordo regit mundum: Rex ordinis est Deus ipse.
Morigerus tanto quis neget esse Duci?
Scripturæ veteris sacrata volumina nostis?
Nosse palam est clamant cuncta subesse Deo,
Et superesse, leues ierint licet auia in auras

Omni-

Omnibus obtritis extenuata notis.
Thesauri ingentes Domino rerum vndiq; constant
Ex nihilo hoc totum qui fabricauit opus.
Lipsius excelsis igitur nunc degit in oris,
Et cœli choreas temperat arte sua.
Nec lyra cœlestis nec olor noua carmina tentant:
Mirantur numeros illius atque silent.
Vranie venerata virum adsurrexit eunti
Ad superos, qua gens semideûm alta colit.
Ossa siti quamuis capulo condantur in isto
Marmoris impositi quem grau- pressat onus,
Parte sui meliore tamen tenet arua piorum:
Hinc lacrymas vestras despicit & gemitus.
Quaque fuit pietate, dolet vos vsque dolere:
Et facili monitus hos bibere aure cupit
Quid lacrymis visum vobis mea funera flere?
Vita peracta mihi est, morsq; subacta mihi est.
Æger eram nuper, nunc sospes & integer, extra
Morbos & curas incola lucis ago.
Æternæ lucis vetus adsecla, ponite luctum,
Et læti vitam ducite sorte mea.
Summa petit virtus: via nulla est inuia gnauis,
Huc adspiret, amat qui comes esse meus.

*Epicedium. III.*

Exequias mecum comites simul ite frequenter,
Cura quibus culti cordis & oris adest.
Non rediturus abest nam flos populi, vnicus ille
Qui modo formator cordis & oris erat.
Lipsius Aonidum antistes, Sophiæque medulla,
Par cui ad eloquium nobile nemo fuit:
En iacet impositus feretro sine luminis vsu.
Voce sine, & digitis quinque mouetur onus.
Ne fletu tumulum vano rorate dolenter:
Facta Viri potius tollite laude pia.

Nam

Nam quamuis merito fati lugemus ademtum,
Et desiderij vis animum acris agat:
Sors tamen in planctus prohibet nos illius ire.
Cur? cœlo missus cœli iterum alta tenet.
Quem Themis in superis voluit socium esse Deorum
Hunc mœrere minus nos ratio ipsa monet.
Ennius ante pater vetuit sua funera fieri,
Pectore non poterit Lipsius esse pari?
Maior erat dum noster erat. Tot scripta diserta
Testes virtutis præ rata signa ferunt.
Luce tua fulgens volitas Lipsi omnium in ora:
Et tuus à sero funere viuet honor.
Nil vltra neruos morti concedis & ossa:
Ingenio nullam vim Libitina tulit.
Ducta tibi Auson' dum priscas ita vita per artes
Crederet vt Latium te genus esse Remi.
Cecropio maduit sic mens tua plena lepore,
Accola vt Hymetti cederet ipse tibi.
Non petere externas merces orientis ab orbe
Nec captare lucrum trans mare cura fuit.
Non gladio munire latus, non casside vultum,
Bellaque ciuili cæde cruenta sequi.
Nec te per cuneos egit populi æstus hiantem,
Spreuisti fallax ambitionis iter.
Otia dia tibi placuêre, nouemq; Sororum
Orgia per quæ laus creseceret aucta tua.
Creuit, & in cœlum plausis se sustulit alis,
Cædere quas cani falx nequit vnca senis.
Porticus admisit adytis te Stoica apertis:
Zenonis socium teque Cleanthis habet.
Quam penitus decorare volens Senecæ antra subisti
Pressa situ veteri, sentibus hirta nouis:
Detergens runcanq; solum nitidi æquoris instar
Illa iterum cogis luce vigere sacra
Iudicij ingeniique tui. Constantia parta est

Hinc

Hinc tibi, fortunæ nulla agitanda vice.
Tersum opus eximiumq; satis quod nemo celebret:
Diuinum plane ni fateatur opus.
Hinc fines animo certi moresque sine vlla
Labe, per incertum te statuêre mare
Mortalis vitæ aurigam dextrumq; probumque,
Qualem secla patrum vix habuêre prius.
Horum ope post quoq; fata perenni es nomine clarus,
Et dum Sol mundo lumina sparget, eris.
Horum decretis semper feliciter vsum
Aeris te nunquam cepit auarus amor.
Cum tibi Rex Gallus montes promitteret aureos,
Et puppim veheret aura secunda tuam,
Sorte tua contentus amasti viuere tecum,
Velorum plenos & tenuare sinus.
Nec potuit te Roma caput rerum allicere ad se,
In te prona licet Principis aulla foret:
Principis augusti, Domino qui primus ab illo est
Quo maius nihil est, nec prius esse potest.
Nec tibi Doctorem potuêre adsciscere Senæ
Larga esset Thusci cum tibi dextra Ducis.
Nec te Felsinei colles, Patauî ardua nec te
Mœnia traxerunt in sua sacra suum.
Hinc Veneti quamuis instarent sedulo, & illinc
Purpura Boiorum sollicitaret idem.
Omnes certatim te præmia ad ampla vocantes
Qualia nec genitis se penes addere ament.
Sed visum in patria tibi degere corporis ægro:
Louanij placuit dulce piumq; solum.
Ergo hîc fixa domus, nulli non hospita docto:
Quam propriam virtus prisca libens coluit.
Hîc tibi Romanæ miracula prodita gentis:
Hîc celebrata Crucis sunt monumenta sacræ.
Plurimaque in lucem missa immortalia scripta.
Posteritas omnis quæ venerata leget.

Nulla

Nulla quibus robigo æui carioſa nocebit
Non ſi Liuoris dente ſit acta nigri.
O vulgi mens læua Iouis? Quis fingere pectus
Artibus his capitur? Quis bona ſortis adit
Ingenuæ rectis oculis: vix commoda pauci
Expendunt dociles quæ dare Pallas habet.
Formatur ſtudiis iſtis inſcita iuuentus:
Decrepitum oblectant eruditunque ſenem.
Ornamenta ferunt rebus iucunda ſecundis:
Perfugium aduerſis præſidiumq; gerunt.
Siue domi maneas, fomenta domeſtica præbent:
Ad latus ire parant ſeu libet eſſe foris.
Poſt obitum quoq; perſiſtunt in amore, & honorem
Cultori adfirmant nec periiſſe ſinunt:
Hinc populi pendent cupidi, Regeſque Duceſque
Qui ſecum nolunt geſta ſua alta mori.
Nam virtus celata iacet velut obſita nocte:
Gnauus ab ignauo diſtat abeſtque parum.
Si careat calamo fidi ſcriptoris vterque,
Qui benefacta probans improbet acta male.
Tanti etenim quiſq; eſt, decoris quantum adſtruit illi
Gloria, præclaris miſta virûm ingeniis.
Hæc primis hortor iuuenes colite impigri ab annis,
Vos pudeat ſteriles frugis obire dies.
Si veſtri vobis cura eſt patriæq; , nec eſſe
Vultis fatali mortis in arbitrio.
Adſpicite vt *Lipſi* nomen totum impleat orbem,
Et tumuli rupto marmore celſa petat.
Pectoribus noſtris præſens ceu numen inhæret:
Spernit & è patriis eruta ſaxa iugis.
Illius ergo ſacros Manes celebremus & Vrnam.
Cuius in anguſto tot bona clauſa ſitu.
Iuſtaque ſoluamus *Iuſto* ſolennia nobis
Annua quæ referat ſæpe colenda dies.

Fœlix

*Epicedium. IV.*

Scæua dies hæc est, signandaque vellere nigro,
Qua fractus morbo Lipsius hinc abiit.
Nunc de more comam cingat mihi mœsta cupressus,
Vestis & in geminos defluat atra pedes.
Quidquid prata gerunt florum campique nemusq;
Spargat humum sacro qua cubat vmbra solo.
Conde age nube caput Titan qui lucis es auctor:
Lux eheu nobis aurea abacta modo est.
Quid blandi frustra redierunt tempora veris?
Pessima sublati sæuit amoris hiems.
Tristitiæ obduxére animum mihi nubila spissa,
Soluere quæ solus Lipsius ante solet.
Nam veluti terras adstrictas aura relaxat
Verna soli pingens germine terga nouo:
Alloquiis sic ille suis mea pectora mulcens
Gaudia sollicito candida sæpe dedit.
Ante oculos igitur nostros ponatur imago
Illius, exhilaret quæ mihi triste iecur.
Sed memori nihil hac nobis opus, hæret in ipsis
Viscеribus penitis Lipsius arce sua.
Nam meliore loco post fata nouissima nusquam
Exstat. Habet sedem cor sibi rite meum.
Inuide quid spectas? præcordia cernere nostra
Si posses: poteras ora videre Viri
Cœlitis hîc depicta: manu non dextera Apellis,
Zeuxidis aut docta Parrhasiique manu.
Certior effigies constat maiore magistro:
Lipsiadæ vultum pinxit adultus Amor.
Qui rerum meditatus opus per lustra prope octo
Huc animi robur contulit omne sui:
Sollertique modo palmam adfectauit ab arte
Quam potuit canus summam adhibere Puer.
Nec tantum finxit vultum: sacraria cordis
Ipsius effinxit interiora fabre.

In-

Ingenij hinc census ipsos cognoscere promptum:
Segminibusque suis prændere mentis opes.
Quinque secant cœlum zonæ, & duodena per astra
Sol equitans annum conficit vsque celer.
Innumeræ dotes ornarunt pectora Lipsi,
Et lumen commune omnibus vnus erat.
Sede sua constans peragrauit totius orbis
Mœnia nosque pari vexit ad alta pede.
Illius auspiciis mundi licet ardua adire:
Et terræ abstrusos, Oceanique sinus,
Imo æui penetrare retro fugientis operta
Intima quæ radiis inuia Solis erant.
DI bene, tam dulci quod floruit ore disertus
Cesserit vt structis Sicilis Enna fauis.
Et Sophia pollens insigni plurima fudit
Scita: domi sex pax, siue gerenda foris
Essent bella. lepos prudenti è pectore manans
Ibat. & auxilium tempore vtroque tulit
Rebus in incertis certum premat oscula Pytho
Delphica, seque suo mergat Apollo specu.
Mutaque Cumææ sileant iam virginis antra.
Lipsius antistans his sua dicta dedit
Edecumata magis, claraque in luce notanda.
Nulla quibus dubiæ vocula sortis inest.
Qualia Mopsophiæ merito admirentur Athenæ:
Qualia Romani inspiciantque Patres.
Desinat ergo dies scæua hæc feralis haberi:
Scæua licet fuerit, non fuit atra tamen
Ex omni: clarum est. nostro decus abstulit orbi
Supremum. At cœlo reddidit & superis.
Venerat inde ad nos, vt nos & nostra bearet.
Decreto magni quis Iouis ausit homo
Obstrepere imprudens: iam nunc conuiua Deorum
Lipsius ambrosia vescitur, & meritis
Præmia digna ferens lætatur sorte sua in se

Gratemur nobis nos habuisse bonum
Tale: auidus nimium est proprium sibi qui cupit illud
Concessum ad tempus quod videt esse breue.

*Epicedium V.*

En tua prosequimur lugentes funera *Lipsi*
Quotquot amicitiæ nos tibi iura ligant.
Officiumque bona ter voce nouissimum obimus:
Et damus in cineres tus simul atque merum.
Tristis ego vltra omnes velatus tempora taxo
Ordior ingrediens exequiale sacrum.
Nam prætextatis olim tibi notus in annis
Vltima defuncto cur modo dona negem?
Absit vt hæc adsit nobis tam læua voluntas.
qui moritur nunquam desinit esse meus.
Non certe *Lipsi* tu nostri pectoris hospes.
Nam potiore loco te mihi nemo fuit.
Sensibus hic imis hæsit tua dulcis imago:
Et nunc pœne oculos viua agit ante meos.
Te mihi præsentem videor post fata videre
Vsque adeo constans corda serenat amor
Purus & accensis facibus procul exigit vmbram
Mortis inhumanæ, quæ tumisdum ausa nefas
Sustulit heu Belgis lumen violenta supremum,
Quod modo Phœbeis ignibus æmulum erat.
In decus ergo tuum iuuat ora resoluere, quamuis
Fecerit immodicus muta prope illa dolor.
Vos mecum planctus pia iungite turba poëtæ.
Debita sunt summo iusta luenda viro.
Ipse Pater socium nostris se fletibus addat
Delius: & comites ex Helicone nouem
Pro lauru atque edera cingantur fronde cupressi:
Et de more nigra corpora veste tegant.
Sollertes rerum Pallas, Suadela disertos
Cogat, & inferias vtraque lingua paret.

Tar-

Tangunt ista viros ex æquo fata Deosque:
*Lipsius* incrementum omnibus vnus erat
Dum fuerat: simul hunc voluit Libitina fuisse
Omnibus exitium *Lipsius* vnus abit.
Non doctrina licet præstans hæc præstitit vna:
Cunctos virtutis publica damna mouent.
Nunc vbi sunt mores niuei, & sine crimine? quo nunc
Iuit amor recti, cumq; pudore fides?
Otia priuatim vegeta atque operosa secutus
Noluit alterius sub iuga liber agi.
Sed suus assiduo transegit tempora tuta,
Fucatæ nunquam præmia frontis amans.
Oderat vt pestem lites ex iure creatas
Arte catenata latrocinante foro.
Rabulæ ei debent consulta tot edita contra
Felices, verum si placida aure bibant.
Debet Athanæum Lugdunense eximium illi
Perpetuumque decus: quo duce prima vigens
Fundamenta bonæ mentis substructa locauit,
Et iam nunc populis nobile nomen habet.
Inde Lotharenas iterum digressus ad oras.
Natalem cepit rursus adire Larem.
Eloquioq; potens, atque indole pectoris alta
Extulit ad cœlum Louanienſe solum.
Deinde Palatinas vltro accersitus ad ædes
Pressit honoratum Consiliator ebur.
Principis Alberti meritus punctum omne, ferebat
Commoda ceu præsens munere digna suo.
Nec tamen assessor sellam celebrare Curulem
Debuit: indulta est quæ fuit alta quies.
Ipsius hunc studiis ita contulit aulla fauorem,
Posset vt orsa sibi non aliena sequi.
Grande putas homini collatum munus ab aulla?
Aullæ ipsi ex illo grandior auxit honos.
Belgica quam lata est percussa nece illius, acrem

Nil actum est illi: floret tua fama superstes,
Temporis annosi nullo abolenda pede.
Hæc memori vatum inclarescet carmine semper,
Sed magis ingenii per monumenta tui.
Illa legent omnes scriptis certantia priscis,
Siue soluta metro siue ligata velint.
Varronem in *Iusto* cognoscent secla renatum,
Atque habuisse Thalem se quoque iure ferent.
Alta vtriusque Viri virtus tibi contigit vni:
Doctorum princeps es Sophiæque pater.
Hac luxisse tenus *Lipsi* modò funera fas sit:
Proment Aonides vberiora Deæ.
Nemo Paretoniæ segetis numerârit aristas.
Nemo maris fluctus, sidera nemo poli.
Et tua tot benedicta potest compingere nullus
In numerum: nullus tot benefacta tua.
Salue orbis patrii nomen memorabile *Lipsi*,
Salue inquam *Lipsi* perpetuum atque Vale.
Gloria parta tibi prohibet nos tendere questus:
Vitaque morsque pari laude peracta piè est.
Ossa precor violis in mollibus apta quiescant:
Cœlestis meritò mens animi astra tenet.

## ΑΛΛΗΓΟΡΙΚΟΝ *in laudem Iusti Lipsii.*

Insistens curru Mentis constanter, ab ipso
Flore statim primæ ætatis, dum lubricus hæret
Error in ancipiti, nec sat rationis ephebo
Orbita quæ vitæ antistet, sic arte magistra
Rexisti & currum, currique tumentis habenas
Gesserit vt dexter sonipes tibi lævis & asper:
Teque iugo parili subuexerit ardua Olympi
Ad iuga, consortemque Deis te fecerit vltro:
Hunc loro interdum adstrinxisti, versus abire
In lævam quum visus, amoris cuspide tactus.
Nam cadimus plerique omnes in vulnus, & arctis

Nexibus impliciti Sirenum ad saxa moramus,
Voluentes auidas fixo sub pectore curas.
Ast illum imperiis egisti mollibus, atque
Eductum ambrosia vidisti currere rectum
Antiquæ virtutis iter, super inuia vulgo
Culmina, perpetui decoris munita vbi fulgent
Edita doctrina sapientum templa serena.
Quò neque Bellerophon, vix proles alta Tonantis
Adscendit Perseus, germana Pallade fretus:
Quamuis Pegaseo celebretur vterque volatu:
Atque Equus ipse micet stellato sidere pulcher.
Aonidumque gregi dederit laticem Hippocrenes.
Sed neque Tyndaridæ Læda genitrice gemelli
Cillarus exceptos dorso licet impiger ambo
Vexerit Indigetes, & cœli in sede locarit,
Tam celsum laudis potuêre cacumen adire.
Iamque palam sonitum plausæ ceruicis amabat
Agnoscens voces magni domitoris, & in se
Lætitiam fouit. Quin nomen ad æthera *Lipsi*
Nobile dum vehit exultans, potiore beatum
Se putat ire gradu, quam qui iuga Solis amœni
Aurea quadrupedes ducunt Pyrois & Æthon.
Et nunc ipse suos tecum partitus honores
Sol Pater, excipuum te ceu Phaëthonta volenter
Legit adoptiuuum, teque in sua aperta recepit
Exsortem casus: donatque oculum esse diei
Æternum splendentis, Eoa luce coruscum,
Cuius Atlantæas nunquam fax sidat in vndas.
Sic postquam defunctus adîsti sidera *Lipsi*
Illustrant gemini socialiter omnia Soles:
Mirifici Soles distincto munere clari.
Tu procul ingeniis tenebras cispellis inertes,
Artibus expandens iucundum atque vtile lumen.
Ille graues terras nocturnis exuit vmbris,
Et rem quamque suo demonstrat vbique colore,

Felix

Felix sorte tua. Clymene tibi candida plaudit
Mater, & exortum gaudet sibi Thia Nepotem
Per quem ter sorsest Hyperionis aucta mariti:
Eque solo accessit genita ingens gloria cœlo.
Belgica tolle caput, caput hoc tua nomina fastis
Intulit æthereis, & cuncta in secla sacrauit.
Europe non plura iuuenco debuit illi
Tegmine sub cuius latuit Deus arbiter orbis,
Quum sibi dilectam voluit caput orbis haberi.

## ODA.

*Ad bonam valetudinem.*

O Diua, dites quæ colis insulas,
Præsens salubri temperie genus
Curare nostrum, spemque præsens
Ludere præcipitem Charontis:
Te veste molli vmbrata genas vocat
Ferox iuuentus: te senii vnicum
Leuamen ægri, quos senecta
Vi tacita attenuauit ætas.
Te cunctæ amicant sollicitæ sibi
Suisque gentes, quaque oriens diem
Illustrat orbis, quaque pronus
Mergitur Hesperium sub æquor:
Formidolosa ne lue tabeat
Mortale seclum: neu populos frequens
Emissus Orco Lictor Orci
Vastet atrox spolietque luce.
Te mater ambit læta Lubentia,
Chorosque Cantusque & Charites manu
Ductans amica; nec Voluptas
Candida abest, validumque Robur.
Te Liber, & stirps Vraniæ aureus
Sectatur Hymen, nec latus abnegat,
Quocumque sub cœlo caducam

Iapeti ſobolem alma viſis.
At Tuſſis impura, at mala Febrium
Cohors faceſſit: diffugiunt pede
Tremente morbi, Morſque fundo
Exſulat interiore Auerni.
Serua cubantem Lipſium, & vltimam
Extende metam: neu patere abditæ
Antiquitatis occupatum
In ſtudio ante diem fuiſſe.
Heu impiorum, & nequitiæ pudet
Auûmque. quid non barbara polluit
Ætas? quid intactum nepotes
Vidimus? vnde ſtylum magiſter
Inſcitia effrons continuit? cui
Pepercit auctori? hoc vtinam caput
Orbi ſuperſit: ille priſcis
Reſtituet decus omne Muſis.

## *EPIGRAMMATA.*

### *Ad Ianum Douſam.*

Adſpice & hæc, lauroque fauens & baccare luſtra,
O Phœbi ô Charitum, Douſa, cor atque anime.
Nec mirere, rudis cur ſe tibi noſtra dicârit
Pieris, & nomen te velit eſſe ſuum.
Ingenio lucem domini quæ ferre negaret,
Victuram genio ſe putat illa tuo.
Sic & priſca tholis olim monumenta ſacrarunt.
Fallor? an & Clarium tu mihi numen eris?
Seu placet hoc ſuperis; ſeu fors manet altera; credam.
Quid vetat optata credulitate frui?
Adſpice & hæc, lauroque fauens & baccare luſtra.
Auguror, & Clarium tu mihi numen eris.

### *Ad Godefredum Haeſtium.*

Cenſuram Godefrede mei tibi carminis edam.
Pars mala; pars melior peſſima; pars media eſt.

Quæris

Quæris vbi bona sunt? quære vt iubet. haud tamen vlla
Parte boni species vel simulata latet.
Vnde igitur victura reor? liuore carebunt.
Inuidiam quod habet, non solet esse diu.

*De Venere & Rosis.*

Dum septis Cytherea rosas legit aurea in hortis,
Quas iuueni in sertum plecteret Assyrio;
Spinarum imprudens distrinxit acumine dextram:
Nec mora: conspectu sanguinis icta sui,
Falluit: vtque Deam flores sensere pauentem;
Ex illo: semper erubuere rosæ.

*Ad Furium.*

Vis dicam Furi, quare tuus iste libellus
Proiicit ampullas, & tumidè inflat vtrem?
Cum nunc sacrorum fastos, ac Pontificum ius,
Nunc crepat historias, scriptaque perpetua:
Quæque alia haud vnquam tibi sunt per somnia visa,
Ne dicam studiis euigilata tuis.
Nescio quid certe est: an verum cantat Apollo;
Nominis augendi omnia te facere?
Sic certè: clamat cerebri vesania, morbum
Vt pellas, succis esse opus Anticyræ.

*In Viperam.*

Vipera habet dextras, quarum est picc lentior Idæ
Altera, Vibenni est altera vera soror.
Vipera homo est ater: nam sanctos spernit amores,
Et fas vt libuit iuxta amat, atque nefas.
Vipera homo est demens; nec sperat vindicis iram,
Deprensus pergit quirtemere esse tagax.
Sed nunc id crucior, quod grato ingratus haberi
Sustinet, & furto polluit hospitium.
Non impune tamen: qui sis, te te omnia secla
Noscent, & venies Vipera in ora virûm.

*Ad Florum.*

Damnat Fusio nostra Flore, damnat
Ille Fusio, Fusio ille, secli
Ingens opprobrium sui. quid? annè
Damnat Fusio nostra Flore? laudat.

*De Basso.*

Cur coccinata fulgidus niter veste,
Nec leucophæam Bassus, vt solet, gestat?
Sponso placere vult suo: breui nubet.

*Ad Iacobum Haestium.*

Si quisquam tibi sincero se fœdere iunxit,
Et rebus penitus se dedit ipse tuis:
Quem neque fortuna tumidum spes blandior inflet,
Nec metus infringat asperior timidum:
Huius me fido vnanimem, Haesti, scribito in albo:
Et tibi Dardanium me esse puta Hyrtacidem.

*In militiam temporis nostri.*

Quid faciat virtus, vbi Fors regit omnia; & ictu
Ardua fulmineo subruta quæque ruunt?
Ipsi Pelides, quos extimuisset & Hector,
Sæpius imbelli morte cadunt globuli.
Bellum ergo Andabatûm nihil est nisi mutua cædes.
Et Deus, ex alto qui videt, hanc patitur?

*De Ioue & Amore.*

Nequitias pueri pater incusabat Amoris
Acrior, irarum non sine nube tonans.
Huic Amor: ardenti quantum pote, fulmine sæui:
Et gelido, dixit, flumine nabis olor.

*In Viperam.*

Vipera non frustra aut temere mihi cognite furax,
Quæ mala te tantum crux agit in facinus?

Siccine

Siccine blanditiis, & magniloquentia abutens,
Delicias rapuisti & bona cuncta mea?
Nec pudet? hei Musæ nostræ interfector acerbe!
Hei pestis vitæ, perniciesque meæ!

*In Hyarenam.*

Difficilem quod te nimis, eduramque vocarim,
Da veniam. in culpa non ego, feruor erat.
Ecce recantatis studium est tibi parcere dictis.
Mollis es, & facilis; nulli Hyarena negas.

*Ad Ianum Dousam.*

Stemmata si quis miretur; tibi stemmata, Dousa,
Sunt veterum Herois ducta ab originibus.
Sin animum ingenio mauult & moribus auctum;
Moribus est animus auctus & ingenio.
Diuitias potius fuluo si spectet in auro;
Quæ & cupidum satient sunt tibi diuitiæ.
Ante alios triplici sic nobilitatus honore;
Vnicus es veræ nobilitatis honor.

*Ad Afrum.*

Omnia molitur, quo rem struat, Afer, Iberus:
Et tamen infelix, Irus vt alter, eget:
Per flammas, per saxa ruit: non flumina terrent;
Non via nauifragis inuia vorticibus.
Afflet odor nares lucri semel; ilicet ibit
Vltra Memnonidas, vltra & Hyperboreos.
Nil graue, nil durum cupido: vel fata lacesset,
Et vitam infestis offeret agminibus.
Mirandum iure & merito est, tituliſque notandum.
Quis credat? satagit nec sat Iberus agit.

*In Antonium.*

Mœchus es, & leno, & periurus, & helluo. miror
Te patet, Antoni, cur spurium esse putet?

*De Miluio.*

Miluius expertus ſcabiem male ſerpere Iberam,
Si quis vulgiuaga perficit in Chione:
Hanc ipſam vt viteт; vitat muliebria ſecla:
Et vomit, & potat perditè, amatque potos.
Quod voluit cauit. ſcabie tamen integer vt ſit,
Haud opus Huiaco eſt: Oeta opus Herculea eſt.

*Ad Linum.*

Promittis toties: & adhuc, Line, ſcribere ceſſas?
Duxi, ais, vxorem do veniam, haud tuus es.

*Epitaphium iuuenis formoſi.*

Ante diem primis viræ ſurreptus in annis
Inter mortales deſiſſe Crotus.
Qui puerum letho exſtinctum putat, errat: Adonis
Alter Perſephonæ, Diti Hyacinthus abit.

*Flaccillæ Epitaphium.*

Dum bibit & crebris Flaccilla trientibus inſtat,
Obruit immodico viſcera, ſeque Deo.
Quò non mors penetrat? fruſtra fugis æquora: in ipſa,
Cum volet hæc, menſa naufragium facies.

*In Ollum.*

Ante nihil fueras: ſubitò nunc ſumma tenentem
Te fors deſtituit. rurſus es, Olle, nihil.

*Ad Quintum.*

Multaque magnaque ſunt, quæ ſcribis maxime Quinte:
Atque albo inſcribi vis Heliconiadum.
Vel Rex, vel Cæſar, vel Iuppiter eſto; libido
Multa tibi, & magna ſcribere dum mancat.

*Ad Hyellam.*

Si fortaſſe meis dabitur ſupereſſe Camœnis,
Æternum in noſtro carmine nomen eris.

Sic

Sin tantum sperare nefas: quod Lux mea fas est,
Æternum in nostro pectore Numen eris.
Illius ergo aram hanc, immo aram, pono dicoque:
Qua supervratur mens tibi & ingenium.

*De filio Iani Dousæ.*

Nascere Dousæis promisse Penatibus hæres,
Altera lux patriæ nascere magne puer.
Quem pater Aonia madidum Pimplæide imundet
Largius, Æaciden quàm Stygio amne Thetis:
Vmbratumque hedera Parnassi attollat in arces,
Quò nec Mincigenæ fas fuit ire seni.
Ipsa tibi sacri referat Charis Orgia luci:
Totaque reclusis postibus Ascra patet.

*Ad Faculam.*

Cesserunt hostes domiti: res, Facula, gestæ
Fortiter, inuictum te statuere tuis.
Nec iam quod timeas superat: Mars cuncta repressit,
Et tibi ad arbitrium contulit omne decus.
Exsultare tamen nimium caue: prælia restant.
Vt temnas alios, Facula, te metue.

*In Stellionem.*

Perpetuas scripsisse notas se Stellio dicit
Iustinianei Codicis ad placita.
Dicit. sed fronte amissa quæ Stellio dicit,
Dicere Cretensem credite, vel Ligurem.

*In Ædilem.*

Fœmineum genus exosus fugis Ædile: gaude,
Euripidi similem te Deus esse dedit.
Cirratos impendiò amans petis Ædile: perge,
Ægri comes hic & tibi natus erit.
Peruigil ad cyathos noctem trahis Ædile: macte,
Hac ipsum æquasti laude Meleśigenem.

Desidia

Desidia ignauus molli fluis Ædile: quid ni?
Otia sectatus fertur & ante Maro.
Per furta & plagia ad famam ruis Ædile. numquis
Par tibi & hîc: si quis Ædile, dispeream.

*Epitaphium L. Ducatii.*

Siste gradum, tumuloque nouos insperge amarantos,
Faustaque ter cineri verba precare sacro.
Hîc spes Aonidum cubat aurea: mersit amores
Hic & Athenææ Palladis & Charitum
Impia non miti mors funere: Lucius hîc est,
Ille suæ Ligiæ lux simul ac tenebræ.
Lux; Aganippæ cum per iuga laurea montis
Raptus, inextincto lumine eam irradiat.
Nunc contra tenebræ; tenero cum veris in æuo
Infelix diro concidit interitu.
Ah fatum crudele! quid ah quid acerba libido
Carpere te subiit! vix modò vita suos
Torserat egrediens sextæ trieteridis orbes:
Et taxo visa est digna quari Stygia!
Macte tamen iuuenis: non te Cocytia mergent
Flumina: non sæui tristior aura Erebi
Illustrem ex merito nebulis inuoluet opacis,
Mortuus & Phœnix tu tibi verus eris.

*Ad Amicum.*

Et montes etiam intonsi te absente querentur
Mœstaque deciduis sylua gemit foliis.
Ante alia abruptos delamentatur amores
Scultenna, vndantique auius amne furit.
Sed quanquam exsilio ipsa tuo haud animata mouetur
Crudior hei nulli, quam mihi, luctus abes.
Felicem Nioben! bis sex ad busta, dolores
Ponere crudeles facta lapis potuit.

*De Macrino.*

Argolicum vincit longè Macrinus Homerum.
Qua ratione rogas? nocte dieque bibit.

*In Antiquarium.*

Ex his qui viuunt, nullum probat Auila vatem.
Cui bonus est nemo, quis malus esse potest?

*Ad Attalum.*

Cum tibi sit coniux rara pulcherrima forma;
Miraris, quare tot tua teque colant?
Haud sat quò tendant aduertis: an Attale mirum est,
Lautè cœnantem si Gnatho Apicium amet?

*Ad tumulum Francisci Petrarchæ.*

Dii tenuem tibi terram & in vrna perpetuum ver:
Ardoris nostri magne Poëta iaces.

*De Philandro.*

Ingenio florens olim atque ætate Philander,
Munia tractabat irrequieta fori.
Nunc senior, Musis affectos deuouet annos.
Quam bene Mercurio Calliope apta suo est!

*Contrarium de Æmilio.*

Cum virides Phœbo Æmilius sacrauerit annos;
Nunc fora sectatur litigiosa senex.
Mutati causam studii scis Angele! nummis
In saltu tendit fertiliore plagas.

*In quendam.*

Libertas pacisque bonæ bona commoda quando
Ah iterum terras missa polo repetent?
Impius & demens, tragicaque agitatus Erinny,
Quisquis opes potius, quam bona pacis amat.
Mygdonios teneat campos, Hermumque, Tagumque;
Seruiat: & Martem qui colit vsque colat.

Ad Vi-

*Ad Victorem Giselinum.*

Monstrorum genera in numerum quis cogere speret?
Non tot taurigenæ mella legunt volucres.
Hic oculo caret, estque Gigas: caret auribus ille:
Hic prauo ac turpi corpore pumilio est.
Sunt qui natura ambigua sint Hermaphroditi:
Quosdam ad opus neutrum cernimus appositos.
Verùm vt narrando percurras singula, monstrum
Æquè admirandum, non fuit, est, vel erit;
Vt modò quod nostris natum regionibus ipsi
Vidimus, horrenda monstrificum specie.
Id quamuis durum Victor mihi credere: crede,
Vera loquor, gestat in capite Hyllo pedes.

*Ad Ponticum.*

Versiculos facias quod in hora sæpe ducentos,
Pontice Virgilium te superare putas.
Ne fallas, ne fallaris: non Pontice multa,
Sed multum scribet, qui voler esse Maro.

*In Miluium.*

Miluius est doctus. quid ni? qui condere libros
Audet, & antiqui prodere iura Numæ?
Sed tamen hic doctus Phœbo sit doctior ipso,
Pagina si plagus illius vlla vacet:

*Ad Saluagum.*

Saluage dum licuit lumen decurrere vitæ,
Atque hominum in numero fas fuit esse tibi:
Omnibus inuisus. simul inuidus omnibus, alter
Vt Draco, congestas abdis auarus opes.
At nunc ecce vocat fuscæ Deus arbiter aulæ.
Nil bene feciſti Saluage: iam facies.

*Ad Papilum.*

Filiolum astrologus tibi Papile dixerat vnum.
Cœli annuisse sidera.

Ecce

Ecce duos tua Polla tulit. quid Papile enſes?
Vana arte nixum & futili?
Nil minus. aſtrologo ſua conſtant dicta ſecundum
Mœcha addit hunc vxor tibi.

*In laudem Ioannis Secundi.*

Hactenus occulti cœleſtia ſemina Amoris
Vdaque de gelidis Baſia nata roſis,
Extulit in lucem, ille tuus Cytherea Secundus,
Cuius Acidalio pectora rore madent.
Felix qui primus cecinit tam pulchra reperta!
Delius hac cedit laude ſecundus ei.
Mentior, haud cedit, ſed cedere cogitur, inde
Ante diem exceſſit inuidia ille Dei.
Ceſſerit inuidiæ ſed quamuis morte Secundus,
Laude tamen viuit poſtumus ipſe ſibi.
Et dum diua tuum nomen numenque coletur
Vnicus in terris vſque Secundus erit.

*De eodem.*

Qui poſſent epulas Diuorum accumbere; nondum
Morte obita, & ſuccos ducere nectareos
Rari olim fuerunt. at nunc præbente Secundo,
Vna homines iunctim cum Ioue menſa capit.
Nam quoties legimus Hagani Baſia Phœbi,
Nectare potamur, veſcimur ambroſia.
At tu conuiuas qui nos facis eſſe Deorum;
Aut Iouis eſto aut ſi Iupiter ipſe tuus.

*Manibus Ioan. Secundi.*

Muſarum & Veneris ſancto percuſſus amore,
Alloquor ô Manes magne Secunde tuos,
Vt venerer patria procul à regione iacentem,
Donaque ſacrato digna feram cineri.
Quandoquidem Venereſque ſaleſq; & quicquid amorũ eſt,

Totque pii numeri tecum obiere simul.
Tecum, quem Claria dum mors miratur ab arte,
Et putat esse senem sustulit hei iuuenem
Ergo quæ veterum ritu tibi debita patrum
Tradita sunt tristes munera ad inferias,
Accipe neque tuo pendentem respice ab astro.
Certa fides, cœli te indigitem orbis habet.

*Ad Ianum Dousam de Basis eius.*

O cui pura fluit liquidò pede Castalis vnda,
Aspicis en partum quod tibi Dousa decus?
Iam tua primori contendit Musa secundo,
Et meritum lateris possidet apta locum.
Lugduno vicina licet tamen inuidet Haga.
Inuideat, videat vos modò dum geminos.

*In thesaurum Geographicum Abr. Ortelii.*

Ortelius Phœbusque pares, nam lumine terras
Ille suo lustrat, lustrat & iste suo.
Imo impar Phœbus: iacta re maxime *Scaldi*,
Diuo hominem meritis inspicis esse parem.

*Manib. Car. Langii in Eburonibus mortui Flandria loquitur.*

Tot bellis infracta, mihiq; ægre ipsa superstes,
Ipsa tuas venio Flandria ad inferias:
Vt Langi, affatu te extremo, & munere amoris
Compositum externo prosequerer tumulo.
Quandoquidem historiæ linguarum, iuris auriq;
Et rerum naturæ intima cognitio;
Virtutesque simul tecum interiere, simulq;
Interiere mihi gaudia, rapta mea.
Nunc ergo exstinctæ quæ munera sola supersunt
Debita ritè tuis munera funeribus

Accipe

Accipe materno veroq: madentia fletu:
Atque in perpetuum Langi, haue atq; vale.

*Epitaphium Iacobi Curtii*

Hic tumulus Curtii est. tanquam mortalis: at illum
Fama immortalem reddidit atq; animus.
Fama, sacro cineri custos splendoris honora
Luce graues tenebras porro Acheruntis agit.
Nunc cœli ciuis, terreno carcere liber,
Cum Diis æterna pascitur ambrosia,
Dic vmbræ bona verba silenti Astræa capillos
Soluit, & hac Luncis nomina texit humo.

*In Lucii Fruteri mortem.*

Ni Fruterium ante diem primoque in flore iuuentæ
Stamina rupisset Parca maligna tua:
Res est certa decus poteras Patriæ esse superbum,
Et sacer Aoniis vatibus ire comes
Vtq, olim accendit geminas pro lampade pinus
Orba Ceres, raptam dum sequitur sobolem:
Sic tu luce tua priscis in nocte sepultis
Præclaras poteras antetuliſſe faces.

*Ad Augerium Gislenium Busbequium.*

Augerius censu est. & sanguine magnus auita:
Ingenii maior nobilitate sui est.
Cur non cum summis possit certare beatus
Hæc tria sis pariter qui bona possideat?
Diuitias genus, ingenium: quibus vndique & vsque
Memnonidæ notus, notus & Hesperio est.
Quaque per vndantes equitat Libis Auster arenas.
Quaq; mare in marmor flante Aquilone coit:
Omnia magna hæc sunt, tamen vt sint maxima solo
Maximus hæc ille est, quod putet hæc minima.

*De Christoph Plantino.*

Audit calcographa princeps Plantinus in arte
Non falso, cuius Circino ab artifice
Exierunt scripta omne genus, diuina profana,
Prisca noua, & constans qui tamen orbe suo est.
Quare sit princeps quicquid crepat inuidia; artem
Artificemq; colas dum crepet inuidia.

*Ad Ioan. Stadium.*

Quid facit is, Stadi, qui segni plebe relicta
Sub pedibus cœli sidera celsa premit,
Et comes Vraniæ assiduus terrestria temnit,
Et scribit certas doctus Ephemeridas?
Hoc facit, ô Stadi, quantum diuina hominis mens
Concipere vlla potest, perficere vlla potest
Nam quo se attollat, sublimius haud habet Atlas
Non si habeat socium Amphitruoniadem

*In Maxim. Vrintii Epigramm. lib. IX.*

Vrienti Castalidum Nympharum candide amator,
Laurea cui crinem serta decenter obit;
Gaude, quod culto tibi palma *epigrammate* parta est:
Hoc *ter tres libri* liberi ita esse docent:
Teque perturbanum ostendunt & dulciter acrem;
Ni facerent, esset frons tua læta minus,
Sed fas Inuidiæ laqueum mandare sequaci:
Caussa tibi frontem cur leuet aptus honor,
Numquam te totum rapiet manus improba leti
Gloria nam cineres excubat ante tuos:
Et penna solui metuente superba feretur,
Qua sol subiectam cumque serenat humum.
Hanc tu præclara meruisti carminis arte,
Condiat ipsa Sales quod Dea nata Salo
Cur ego laude superuacua celebrem tua scripta?

Scripsit

Scripsit ea in tabulis *Dia Iuuenta* suis:
Permessique sacro vix nata liquore rigarunt
Alma *Trias Charitum Mnemosidesque nouem.*
Molia in vanum humuno præconia fastu:
Sit tibi sit cœlo te placu sse satis.

*In Lauream Maximil Vrintii.*

Dulce decus Patriæ; & vatum laus incluta Vrinti,
Cuius virtuti pe: uia ad astra via est:
Dum studio intento celebras Helicona virentem,
Quæsitum meritis & tibi nomen habes:
Te Lauro atque auro excipuum tua Ganda coronat,
Et tibi publicitus commoda priua fauet.
Conferat vtque fauens tibi largiter omnia quæ vis;
Non soluenda tamen viuet in ære tuo,
Cur ita? quæ tribuit, Fortunæ munera habentur:
Quam liber ampla leui Fors agit illa rota.
At quæ tu donas nullo violantur ab æuo,
Ingenioſa negant hæc monumenta mori.

*Ad Ioan. Bochium.*

Plura merebaris, sed carmina plura daturum
Lauriger Aonia risit ab arce Deus:
In mare fert latices, vlulas deportat Athenas,
Plurima qui *Bochio* carmina donat, ait.
Dixit, & in Clarii ne peccem oracula Phœbi,
Vela lego, & lenta stat mihi linter aquâ.

*Ad Lectorem.*

Ingentes alius seraque coronide libros
Extendat numeris ludat & innumeris.
Ipse ego pauca dedi cui non nisi multa placere
Magna solent, Quintis gaudeat hæc mea sunt.

## EPINICIA

*Ad Ambrosium Spinolam &c. Præloquium.*

Dum te magna grauant onerosaque pondera rerum,
Et Mars ad nutus flectitur ipse tuos:
Nilne est esse tibi possit quod dulce leuamen:
Tædia quodq. animi temperet & senium?
Forte erit iste liber, mihi quem peperêre Camœnæ,
Dum tua mirantur facta Deæ atq; canunt,
Ensis in aduersum non semper stringitur hostem:
Otia sæpe terunt castra silente tuba.
Thessalus ad citharam mentis compescuit æstus
Obstreperent quamuis Dardanidûm arma prope.
Rex superûm bello infestans Phlegram atq; Gigantas,
Arma sua Aoniam iussit hiare lyram
Sic modò dum Phrysiis misces fera prælia campis,
Mauriciumq, pauentem ad sua tecta vocas:
Dum tua gesta stupent gentes & laude celebrant.
Ambiguę vrrum animo sis prior anne manu:
Hæc ego pauca breui studio properata coegi
In numeros curis quo tibi corda leuem.
Opportuna tuum veniunt si tergere pectus.
Munera deuoti grata clientis habe.

*De Victoria Ostendana. I.*

Tu, quæ sonoro pectine res Ducum
Et gesta cantas Melpomene, melos
Ordire mecum, *Spinolamque*
Euehe Diua merentem ad astra.
Dic peruicaci fregerit vt minas
Ostendæ & alto penè mari obrutos
Nos liberarit, inque portum
Vexerit, eximios ruinæ.
Nam mole quis non ancipitis mali
Pressus gemebat? Non modo vis fuit

Hostis

Hostis timenda fraus cauenda
Autolyci fuit insolentis,
Nostrisq; ductum seditionibus
Bellum pependit, iam fera centiceps
Sorbebat ipsum hirudo nobis
Sanguinem & ossa lupi vorabant
Ferocientes ingenio pari,
Pulpisque capti. Nequitiæ nihil
Addi supinæ, nil tagaci
Quiuit auaritiæ. flagrabat
Mens vna cunctis serua cupidinis
Effeminati. Miles ad aleam
Per castra miles excubabat
Et Veneri simul & Lyæo.
Hortosq, tanquam pacis in otio
Alto æmulanter struxerat, & sibi
Ad lucra gnauus, arma tantum
Hostibus inuidiosa gessit.
Quid Scoti & Angli quid VValachri interim
Mixti Batauis: tempera scilicet
Secura nacti, mœnia Vrbis
Munierunt studio omni & arte.
Sic ante nidus qui fuerat modo
Nidus latronum vix superabilis
Arx facta. vires omnium omnes
Spreuit. & intrepide morata est.
At nil moratus Dux Ligur, obuiam
Monstris it vnus. casside fulgidus
Aurata, & ense flammeo, alter
Ceu poli ab arce micans Orion.
Spes altra cunti fit comes, ac Labor,
Astusque sollers, & Tolerantia,
Plausique subsecuta ouanti
Gloria macta fauore Diuûm.
Ductore tali tandem aciem meram

Videre ferri Nereides feræ:
Equosque, & arma, machinasq;
Siluicolæ stupuêre Panes.
Tandemque Flandris cladibus ebria
Et freta aperto gens nimum fœto
Sensere vim sagaciæ aptam
Omnia subruere ac domare.
Quum fracta pubes, flosque Dei Getæ
Vicina late cærula sanguine
Tinxit profuso, strata passim
Rura cadaueribus repleuit.
Et dedita Vrbs est. robora militis
Quum firma nostri, non via lubricans,
Non tela, non subire muros
Horrifera impediit procella
Globi volantis, cuius ad impetum
Non fulmen ausit æquiparare se:
Suscepto vbi igne sulphurato
Protulit ora cauis metallis.
Qua fertur ardens, præcipiti ruunt
Fragore turres, terra tremens pauet,
Subsultat æquor, fumi in vmbra
Iupiter obtenebratus ipse.
Inuentum ab aulla dirum Acherontica,
Dirum, nefandum, quo mage pestilens
Nullum Megæra, nullum Alastor,
Non fera Tisiphonea ponat.
Sed Dux pauoris nescius, omnia
Aduersa præsens ferre monet suos.
Phalanxei obsecuta pergit
Cominus horribili re letho.
Di nos tuentur, Dis pietas tua
Virtusque cordi est *Spinola*. Tunc rei
Est Flandriacæ consultum amice,
Quum tibi credita summa belli

Te-

Tecumque magnus Busquoii Comes.
Curare iussus bellica munia.
Concessit in partem iuuandi
Consilioque manuque promtus.
Non Imperator te melior legi
A Marte posset, non potiore tu
Tydide cingi, non si Adrasti
Induat arma nepos superstes.
Posthac canebunt vos Bataui, & suis
Se continebunt limitibus domi:
Ni fecerint, nouos priori
Haud dubie adiicient triumphos.

*De Vrbe eadem recepta. I I.*

Exspectata diu lux tandem læta refulsit:
Ostendæ cecidit qua tumor ille ferox.
Sol iubar ecce leuans auro meliore comatum
Blandior in niueis æthera scandit æquis.
Nubila rarescunt: placidi fauet aeris aura,
Elatique maris murmura rauca silent.
Halcyonum nullis feriuntur stagna querellis:
Oscine felici rus sonat atque nemus.
Quis dubitet Diuûm genitor quin Iuppiter hac stet:
Et rerum fessos nos recreare velit?
Gaudete illustres animæ quibus hic pius ardor
Conculcasse trucis colla caputq; feræ.
Nam fera Marte truci per tres modo & amplius annos
Restitit & nostras exiit vlta minas
Aut si attrita malis, animos tamen extulit audax;
Et tulit indomitas vltima ad arma manus.
Cur taceam culpemue decus vel in hoste probãdum?
Qui sua seque tegit fortiter ille facit.
*Spinola* Dux, lætare. tua virtute subacta
Cessit, & impositum fert modo serua iugum.
Lætitiæ tibi caussa bona est, nequiêre tot ante

*Ad Victorem Giſelinum.*

Monſtrorum genera in numerum quis cogere ſperet?
Non tot taurigenæ mella legunt volucres.
Hic oculo caret, eſtque Gigas: caret auribus ille:
Hic prauo ac turpi corpore pumilio eſt.
Sunt qui natura ambigua ſint Hermaphroditi:
Quoſdam ad opus neutrum cernimus appoſitos.
Verùm vt narrando percurras ſingula, monſtrum
Æquè admirandum, non fuit, eſt, vel erit;
Vt modò quod noſtris natum regionibus ipſi
Vidimus, horrenda monſtrificum ſpecie.
Id quamuis durum Victor mihi credere: crede,
Vera loquor, geſtat in capite Hyllo pedes.

*Ad Ponticum.*

Verſiculos facias quod in hora ſæpe ducentos,
Pontice Virgilium te ſuperare putas.
Ne fallas, ne fallaris: non Pontice multa,
Sed multum ſcribet, qui volet eſſe Maro.

*In Miluium.*

Miluius eſt doctus. quid ni? qui condere libros
Audet, & antiqui prodere iura Numæ?
Sed tamen hic doctus Phœbo ſit doctior ipſo,
Pagina ſi plagus illius vlla vacet.

*Ad Saluagum.*

Saluage dum licuit lumen decurrere vitæ,
Atque hominum in numero fas fuit eſſe tibi:
Omnibus inuiſus. ſimul inuidus omnibus, alter
Vt Draco, congeſtas abdis auarus opes.
At nunc ecce vocat fuſcæ Deus arbiter aulæ.
Nil bene feciſti Saluage: iam facies.

*Ad Papilum.*

Filiolum aſtrologus tibi Papile dixerat vnum.
Cœli annuiſſe ſidera.

Ecce

Ecce duos tua Polla tulit. quid Papile enſes?
Vana arte nixum & futili?
Nil minus. aſtrologo ſua conſtant dicta ſecundum
Mœcha addit hunc vxor tibi.

*In laudem Ioannis Secundi.*

Hactenus occulti cœleſtia ſemina Amoris
Vdaque de gelidis Baſia nata roſis,
Extulit in lucem, ille tuus Cytherea Secundus,
Cuius Acidalio pectora rore madent.
Felix qui primus cecinit tam pulchra reperta!
Delius hac cedit laude ſecundus ei.
Mentior, haud cedit, ſed cedere cogitur, inde
Ante diem exceſſit inuidia ille Dei.
Ceſſerit inuidiæ ſed quamuis morte Secundus,
Laude tamen viuit poſtumus ipſe ſibi.
Et dum diua, tuum nomen numenque coletur
Vnicus in terris vſque Secundus erit.

*De eodem.*

Qui poſſent epulas Diuorum accumbere; nondum
Morte obita, & ſuccos ducere nectareos
Rari olim fuerunt. at nunc præbente Secundo,
Vna homines iunctim cum Ioue menſa capit.
Nam quoties legimus Hagani Baſia Phœbi,
Nectare potamur, veſcimur ambroſia.
At tu conuiuas qui nos facis eſſe Deorum;
Aut Iouis eſto, aut ſi Iupiter ipſe tuus.

*Manibus Ioan. Secundi.*

Muſarum & Veneris ſancto percuſſus amore,
Alloquor ô Manes magne Secunde tuos,
Vt venerer patria procul à regione iacentem,
Donaque ſacrato digna feram cineri.
Quandoquidem Venereſque ſaleſq; & quicquid amorũ eſt,

Totque pii numeri tecum obiere simul.
Tecum, quem Claria dum mors miratur ab arte,
Et putat esse senem sustulit hei iuuenem
Ergo quæ veterum ritu tibi debita patrum
Tradita sunt tristes munera ad inferias,
Accipe neque tuo pendentem respice ab astro.
Certa fides, cœli te indigitem orbis habet.

*Ad Ianum Dousam de Basis eius.*

O cui pura fluit liquido pede Castalis vnda,
Aspicis en partum quod tibi Dousa decus?
Iam tua primori contendit Musa secundo,
Et meritum lateris possidet apta locum.
Lugduno vicina licet tamen inuidet Haga.
Inuideat, videat vos modò dum geminos.

*In thesaurum Geographicum Abr. Ortelii.*

Ortelius Phœbusque pares, nam lumine terras
Ille suo lustrat, lustrat & iste suo.
Imo impar Phœbus: iacta te maxime *Scaldi*,
Diuo hominem meritis inspicis esse parem.

*Manib. Car. Langi in Eburonibus mortui Flandria loquitur.*

Tot bellis infracta, mihiq; ægre ipsa superstes,
Ipsa tuas venio Flandria ad inferias:
Vt Langi, affatu te extremo, & munere amoris
Compositum externo prosequerer tumulo.
Quandoquidem historiæ linguarum, iuris auriti,
Et rerum naturæ intima cognitio;
Virtutesque simul tecum interiere, simulq;
Interiere mihi gaudia, rapta mea.
Nunc ergo exstinctæ quæ munera sola supersunt
Debita tite tuis munera funeribus.

Accipe

Accipe materno veroq: madentia fletu:
Atque in perpetuum Langi, haue atq; vale.

*Epitaphium Iacobi Curtii*

Hic tumulus Curtii est. tanquam mortalis: at illum
Fama immortalem reddidit atq; animus.
Fama, sacro cineri custos splendoris honora
Luce graues tenebras porro Acherontis agit.
Nunc cœli ciuis, terreno carcere liber,
Cum Diis æterna pascitur ambrosia,
Dic vmbræ bona verba silenti Astræa capillos
Soluit, & hac Luncis momina texit humo.

*In Lucii Fruteri mortem.*

Ni Fruterium ante diem primoque in flore iuuentæ
Stamina rupisset Parca maligna tua:
Res est certa decus poteras Patriæ esse superbum,
Et sacer Aoniis vatibus ire comes
Vtq; olim accendit geminas pro lampade pinus
Orba Ceres, raptam dum sequitur sobolem:
Sic tu luce tua priscis in nocte sepultis
Præclaras poteras antecluisse faces.

*Ad Augerium Gislenium Busbequium.*

Augerius censu est & sanguine magnus auita:
Ingenii maior nobilitate sui est.
Cur non cum summis possit certare beatus
Hæc tria sis pariter qui bona possideat?
Diuitias genus, ingenium: quibus vndique & vsque
Memnonidæ notus, notu & Hesperio est.
Quaque per vndantes equitat Libis Auster arenas.
Quaq; mare in marmor flante Aquilone coit.
Omnia magna hæc sunt, tamen vt sint maxima solo
Maximus hæc ille est, quod putet hæc minima.

*De Christoph Plantino.*

Audit calcographa princeps Plantinus in arte
Non falso, cuius Circino ab artifice
Exierunt scripta omne genus, diuina profana,
Prisca noua, & constans qui tamen orbe suo est.
Quare sit princeps quicquid crepat inuidia; artem
Artificemq; colas dum crepet inuidia.

*Ad Ioan. Stadium.*

Quid facit is, Stadi, qui segni plebe relicta
Sub pedibus cœli sidera celsa premit,
Et comes Vraniæ assiduus terrestria temnit,
Et scribit certas doctus Ephemeridas?
Hoc facit, ô Stadi, quantum diuina hominis mens
Concipere vlla potest, perficere vlla potest
Nam quo se attollat, sublimius haud habet Atlas
Non si habeat socium Amphitruoniadem

*In Maxim. Vrintii Epigramm. lib. IX.*

Vrienti Castalidum Nympharum candide amator,
Laurea cui crinem serta decenter obit;
Gaude, quod culto tibi palma *epigrammate* parta est:
Hoc *ter tres libri* liberi ita esse docent:
Teque perturbanum ostendunt & dulciter acrem;
Ni facerent, esset frons tua læta minus,
Sed fas Inuidiæ laqueum mandare sequaci:
Caussa, tibi frontem cur leuet aptus honor,
Numquam te totum rapiet manus improba leti
Gloria nam cineres excubat ante tuos;
Et penna solui metuente superba feretur,
Qua sol subiectam cumque serenat humum.
Hanc tu præclara meruisti carminis arte,
Condiat ipsa Sales quod Dea nata Salo
Cur ego laude superuacua celebrem tua scripta?

Scripsit

Scripsit ea in tabulis *Dia Iuuenta* suis:
Permessique sacro vix nata liquore rigarunt
Alma *Trias Charitum Mnemosidesque nouem.*
Mollia in vanum humuno præconia fastu:
Sit tibi sit cœlo te placu sse satis.

*In Lauream Maximil Vrintii.*

Dulce decus Patriæ;& vatum laus incluta Vrinti,
Cuius virtuti peruia ad astra via est:
Dum studio intento celebras Helicona virentem,
Quæsitum meritis & tibi nomen habes:
Te Lauro atque auro excipuum tua Ganda coronat,
Et tibi publicitus commoda priua fauet.
Conferat vtque fauens tibi largiter omnia quæ vis;
Non soluenda tamen viuet in ære tuo,
Cur ita quæ tribuit, Fortunæ munera habentur:
Quamlibet ampla leui Fors agit illa rota.
At quæ tu donas nullo violantur ab æuo,
Ingeniosa negant hæc monumenta mori.

*Ad Ioan. Bochium.*

Plura merebaris, sed carmina plura daturum
Lauriger Aonia risit ab arce Deus:
In mare fert latices, vlulas deportat Athenas,
Plurima qui *Bochio* carmina donat, ait.
Dixit,& in Clarii ne peccem oracula Phœbi,
Vela lego,& lenta stat mihi linter aquâ.

*Ad Lectorem.*

Ingentes alius seraque coronide libros
Extendat numeris ludat & innumeris.
Ipse ego pauca dedi cui non nisi multa placere
Magna solent, Quintis gaudeat hæc mea sunt.

## EPINICIA

*Ad Ambrosium Spinolam &c. Præloquium.*

Dum te magna grauant onerosaque pondera rerum,
Et Mars ad nutus flectitur ipse tuos:
Nilne est esse tibi possit quod dulce leuamen:
Tædia quodq; animi temperet & senium?
Forte erit iste liber, mihi quem peperère Camœnæ,
Dum tua mirantur facta Deæ atq; canunt,
Ensis in aduersum non semper stringitur hostem:
Otia sæpe terunt castra silente tuba.
Thessalus ad citharam mentis compescuit æstus
Obstreperent quamuis Dardanidûm arma prope.
Rex superûm bello infestans Phlegram atq; Gigantas,
Arma sua Aoniam iussit hiare lyram
Sic modò dum Phrysiis misces fera prælia campis,
Mauriciumq; pauentem ad sua tecta vocas:
Dum tua gesta stupent gentes & laude celebrant.
Ambiguę vrrum animo sis prior anne manu:
Hæc ego pauca breui studio properata coegi
In numeros curis quo tibi corda leuem.
Opportuna tuum veniunt si tergere pectus.
Munera deuoti grata clientis habe.

*De Victoria Ostendana. I.*

Tu, quæ sonoro pectine res Ducum
Et gesta cantas Melpomene, melos
Ordire mecum. *Spinolamque*
Euehe Diua merentem ad astra.
Dic peruicaci fregerit vt minas
Ostendæ & alto penè mari obrutos
Nos liberarit, inque portum
Vexerit, eximios ruinæ.
Nam mole quis non ancipitis mali
Pressus gemebat? Non modo vis fuit

Hostis

Hostis timenda fraus cauenda
Autolyci fuit insolentis,
Nostrisq; ductum seditionibus
Bellum pependit, iam fera centiceps
Sorbebat ipsum hirudo nobis
Sanguinem & ossa lupi vorabant
Ferocientes ingenio pari,
Pulpisque capti. Nequitiæ nihil
Addi supinæ, nil tagaci
Quiuit auaritiæ. flagrabat
Mens vna cunctis serua cupidinis
Effeminati. Miles ad aleam
Per castra miles excubabat
Et Veneri simul & Lyæo.
Hortosq, tanquam pacis in otio
Alto æmulanter struxerat, & sibi
Ad lucra gnauus, arma tantum
Hostibus inuidiosa gessit.
Quid Scoti & Angli quid VValachri interim
Mixti Batauis: tempera scilicet
Secura nacti, mœnia Vrbis
Munierunt studio omni & arte.
Sic ante nidus qui fuerat modo
Nidus latronum vix superabilis
Arx facta, vires omnium omnes
Spreuit, & intrepide morata est.
At nil moratus Dux Ligur, obuiam
Monstris it vnus casside fulgidus
Aurata, & ense flammeo, alter
Ceu poli ab arce micans Orîon.
Spes alta cunti fit comes, ac Labor,
Æstusque sollers, & Tolerantia,
Plausique subsecuta ouanti
Gloria macta fauore Diuûm.
Ductore tali tandem aciem meram

Videre ferri Nereides feræ:
Equoſque, & arma, machinaſq;
Siluicolæ ſtupuêre Panes.
Tandemque Flandris cladibus ebria
Et freta aperto gens nimum fœto
Senſere vim ſagaciæ aptam
Omnia ſubruere ac domare.
Quum fracta pubes, floſque Dei Getæ
Vicina late cærula ſanguine
Tinxit profuſo, ſtrata paſſim
Rura cadaueribus repleuit.
Et dedita Vrbs eſt. robora militis
Quum firma noſtri, non via lubricans,
Non tela, non ſubire muros
Horrifera impediit procella
Globi volantis, cuius ad impetum
Non fulmen auſit æquiparare ſe:
Suſcepto vbi igne ſulphurato
Protulit ora cauis metallis.
Qua fertur ardens, præcipiti ruunt
Fragore turres, terra tremens pauet,
Subſultat æquor, fumi in vmbra
Iupiter obtenebratut ipſe.
Inuentum ab aulla dirum Acherontica,
Dirum, nefandum, quo mage peſtilens
Nullum Megæra, nullum Alaſtor,
Non fera Tiſiphonea ponat.
Sed Dux pauoris neſcius, omnia
Aduerſa præſens ferre monet ſuos.
Phalanxei obſecuta pergit
Cominus horribili ire letho.
Di nos tuentur, Dis pietas tua
Virtuſque cordi eſt *Spinola*. Tunc rei
Eſt Flandriacæ conſultum amice,
Quum tibi credita ſumma belli

Tecumque magnus Busquoii Comes.
Curare iussus bellica munia,
Concessit in partem iuuandi
Consilioque manuque promtus.
Non Imperator te melior legi
A Marte posset, non potiore tu
Tydide cingi, non si Adrasti
Induat arma nepos superstes.
Posthac canebunt vos Bataui, & suis
Se continebunt limitibus domi:
Ni fecerint, nouos pribri
Haud dubie adiicient triumphos.

*De Vrbe eadem recepta. II.*

Exspectata diu lux tandem læta refulsit:
Ostendæ cecidit qua tumor ille ferox.
Sol iubar ecce leuans auro meliore comatum
Blandior in niueis æthera scandit æquis.
Nubila rarescunt: placidi fauet aeris aura,
Elatique maris murmura rauca silent.
Halcyonum nullis feriuntur stagna querellis:
Oscine felici rus sonat atque nemus.
Quis dubitet Diuûm genitor quin Iuppiter hac stet:
Et rerum fessos nos recreare velit?
Gaudete illustres animæ: quibus hic pius ardor
Conculcasse trucis colla caputq; feræ.
Nam fera Marte truci per tres modo & amplius annos
Restitit & nostras exiit vlta minas
Aut si attrita malis, animos tamen extulit audax,
Et tulit indomitas vltima ad arma manus.
Cur taceam culpemue decus vel in hoste probãdum:
Qui sua seque tegit fortiter ille facit.
*Spinola* Dux, lætare. tua virtute subacta
Cessit, & impositum fert modo serua iugum.
Lætitiæ tibi caussa bona est, nequiêre tot ante

Quod Poliorcetæ tu breui id omne patrat.
Publica iam celebrat te fama rumore secundo:
Semideumq; virum semiuirumq; Deum.
Certe seu Perseus, ad saxa marina ligatam
Soluisti Andromedam Palladis vsus ope.
Andromeda hæc regio monstris deucta profanis
Est Dux, vindiciis libera facta tuis;
Virginis & Diuæ: Nam Diua tibi præfuit auctor
Audendi & forte vincere posse dedit.
Nec dedit hoc tantum: præmuniit ægide pectus
Ipsa tuum, occultis ne carperere dolis.
Neu tua conturba præcordia liuor iniquus,
Acta licet toties carpserit ore nigro.
Fregerit & nuper vafro illa proteruiter astu,
Obsidio cnperes quando leuare Sluisam.
Exitiumq; manu præsens auertere ab Vrbe,
Hostibus infestis & dare quod gemerent.
Victor eras, gens atra nisi fastu excita tristi
Cœpta repressisset, inuidiosa tibi.
Obstiterit quamuis tua mens sublimior illis
Perstitit infracto pectore victor agis.
Duxisti duplicem diuerso ex hoste triumphum:
Inuidiæ Hydra iacet. Cattigenum Hydra iacet.
Hydra diu molita nefas vi, fraude cruentum:
Iam cantemus io, iamque iteremus io.
Victor io bellator io tibi Flandria Laurum
Plectit Honoratum *Spinola* tolle caput.
Et nostras porro dissoluere perge catenas.
Vna recisa tibi est altera stricta manet.
Auguror, haud longum sine vindice stricta manebit:
Perfringes nexus illius atque plicat.
Tolle animos, vexilla simul: depressaque Sluisæ
Vltor in antiquum iura repone decus.
Inuocat illa tuas vrbs atque arx fessa cohortes:
Accede adsertor, iniiciasque manum.

Et

Et reddi abductas armis tibi coge triremes,
Gloria te fratris huc vocat atque tua.
Sic Genua adsurgat gemino Polluce superba:
Sic ligurum nulla labe notetur honos.
Sic quæ nunc per te res Flandrica pene reuixit:
In titulos cedat tota refecta tuos.
Nos tibi sacra, velut Tutano, vota feremus:
*Alter Abantiades Spinola* noster eris.
Ille poli meruit cum coniuge templa tenere:
Summa dies etiam te super astra vehet.
Flammeus ipse tuum aduentum tibi signifer optat.
Præparat & stellæ cærula picta nouæ.
Illic qua lactis se porrigit orbita puri,
Fulgebis campis sidus in atheriis.
Dumque serenanti lustrabis lumine terras
*Astlabis Morinos* hinc quoq; luce tua.
Viue tamen felix: pluresque merere triumphos:
Et tibi parta rito præmia, serus adi.

*Heroicum triumphale de subacta Ostenda III.*

Ille ferox quicumque leuat caput altius, & se
Rege suo credens maiorem, fasque nefasque
Miscet & in patriam temere excitat arma rebellis,
Fertur ad extremum præceps, iramque seueri
Vindicis incurrens sentit regale Tonanti
Fulmen, & ad noxas volucrem super esse luelam.
In superis seruat sedes Dea Medica certas,
Adrasteia prius, Nemesisque vocata Pelasgis,
Omnibus elatis infesta manum illius acrem
Nemo nocens vitare potest: noctuque diuque
Excubat & freno tandem stringente coercet
Istos, mente mala qui commoda publica turbant,
In leges ipsosque Deos, hominesque scelesti.
Non leue momentum aut facile est certamine cæco
Principibus pugnare viris, Deus ad caput illis

Sem-

Semper adest, præsensque piis sua sufficit arma
Fautor & ad bellum firmat formatq; lacertos.
Et facit è iusto victores Marte reuertí,
Electosque sibi cingit diademate sacro.
Nec, veluti vulgò rentur, de sanguine Princeps
Nascitur humano: cœli de semine largo
Germinat. Hunc Diuum rector clupei obice tectum
Ipse sui munit: mandatque Dei instar habere.
Nempe vt honoratus populis gerat aurea sceptra,
Et pro se in terris mortalia rite gubernet,
Hinc olim fratres geniti tellure Gygantes
Culmen inaccessum affectant dum scandere Olympi
Conanturque Deos superis detrudere regnis,
Phlegræo Oromedonta iugo fecére superbum
Montibus impositis, & quadrati aggeris auctu
In sublime ferum sunt nisi attollere bellum.
Sed simul atque acies collatæ cominus omnis
Vis furiata statim dextra domitrice repressa
Est Iouis, icta citis immania corpora telis
Pulueris in morem, Boreas quem iactat & Auster,
Sparsa solo iacuere, nigranti strage peremta.
Enceladus moriens vasta sic obrutus Ætna
Ardet adhuc, patulis exspirans faucibus ignes,
Et cunctis manifesta suæ dans signa ruinæ,
Sulphuris in tetri nunquam non voluitur amne.
O Diui, quæ tempestas bacchata per agros
Turbida: quis prædæ fuit insatiabilis ardor?
Belgico in hoc tractu? tot iam voluentibus annis
Omne latus Morini orbis auaro ad lucra latrone
Excussum est: res priuato nulli integra mansit.
Publica quin etiam Harpyiis decerpta licenter.
Omnia sacra profana malo permista furore
Iustitiam procul à nobis pepulêre fidemque.
Ignibus iniectis flagrarunt templa Deorum,
Sacrilegis violata rapaciter, & data pessum.

Sæuiriæ

Sæuitiæ teſtes reſtabunt rudera in æuum
Et pietatis agent omnes vel muta loquendo.
Mille cruentato ſunt cædes enſe peractæ,
Barbarus Americo quas nullus in orbe patraret.
Ipſa vitro manibus ſubuerſa altaria, & aræ.
Etiam compoſitos placide per ſæcula Manes
Sollicitaſſe nefas nullum duxere: ſepulchris
Eruta Sanctorum patuerunt corpora vulgo,
Proh ſcelus, inque maris vicini merſa profundum
Aut hærent ſcopulis, aut debent ludibrium vndæ.
Hæc gens in rabiem ſtimulis ita triſtibus acta,
Agmine contracto toties quæ Grudia rura
Preſſit, & vt potuit virtutem finibus iſtis
Expulit antiquam, qua nuper Flandria felix
Audiit, & ſecti pars floruit optima mundi:
Hæc, inquam gens dira nouis compreſſa lupatis,
Poſtq; tota acceptas clades acciſa viritim,
Nunc acres animi potis eſt ſentiſcere morſus:
Stultitiæque ipſam ſeſe damnare ferocis:
Quod non prudenter ſibi cauerit, ante procellas
Tam magnæ tempeſtatis, quibus obruta penè eſt.
Ergo age mœrores deponere patria longos
Incipe, lætitiæque recenti pectora præbe,
Ceſſet amaricies, quæ per caput hactenus iuit
Corque tuum, pleno ceu fluminis impete fuſa,
Sidera ſeu nobis tantum impreſſere malorum,
Seu labes tam magna coacta eſt crimine noſtro,
Auctores potius ſeu numina ſancta fuerunt,
Vt libeat tandem terras odiſſe profanas,
Et patrio mentem propius aduertere cœlo.
Eloquar inſidias vafra mulcedine ſtructas,
Decepêre quibus primores, ſigniferoſq;?
Et fictis celata modis periuria, plebes
Perducta in laqueos ſenſim eſt quibus inſcia rerum?
Subdola certorum molimina nolo tacere,

Ad

Ad quorum voces subito venere citati
In partem praedamq; Duces. Mosa Rhenus, & Albis,
Cum Ligeri Thamesis coniurauere maniplis
Vndique conductis. Sic excita ebria corda
Spe promissorum, ceu neruis mobile lignum
Ducitur, artifici quod pollice dextera versat:
Aut ostentatum currit quum piscis ad hamum,
Inter aquas longo ieiunia tempore passus.
Quare alacres Diuis meritum cantemus honorem;
Albertoque Duci cum coniuge *Spinola* laudes
Imbibat aure suas, illorum fortia gesta
Coniunctim celebrentur: amico numine quando
Ambo deuicere suos prognariter hostes;
Austrius Albertus, Genuc lux *Spinola* fortis,
Inque statum Morinas affirmauere columnas.
Ornatur cœlum stellis fulgentibus aptum:
Montani saltus multa sese abiete inumbrant:
Veliuolum pelagus decoratur nauibus altis:
Populus ad ripas crescit procera liquentes:
Et *DIs* nulla magis res est quam gloria cordi.
Nec frons alta Ducis sibi praemium amicius optat,
Quam plexis lauri foliis vestire capillos.
Nam signum laurus certum est victoriæ adeptæ.
Virtus alcidæ sperato creuit honore
Saua Molorchæi dum frangeret ora Leonis
Ætate in tenera, post partum numen ab armis
Vexit eum ad cœlum non auersante Nouerca,
Ordinibus superis hominem laus inserit acrem
Indole Mauortis, sed cui Dea Pallas amica est.
Ne ruat indulgens animis, tranquillaque turbet;
Magnus Alexander thyrso percussus honoris
Per montes ac plana remotos iuit ad Indos
Victor vt integrum sua sub iuga mitteret orbem.
Vidit Arabs illum; gemmis mare vidit abundans,
Quod videt ex oriente diei surgere lumen,

Indumque Gangemq; supra, terræ extimæ in oris
Victricis dextræ suffigere celsa trophæa.
Cui licuit cum laude mori, non inuidet annis.
Agger honos vere est patriam qui vallat & arcet
Hostilem incursum Breuiter pro Principe quisquis
Fata subire potest felix vitæque necisque est.
Sic quoque magnanimum tentauit gloria pectus
*Spinola* summe tuum Dux inclute *Spinola*, cuius
Dextera decerpsit Phœbea ex arbore sertum:
Sertum insigne, notet spolium quod Martis opimum:
Et tibi honorato cingat volamine frontem,
Quæ domuit fortes, & belli nubila abegit
Aspera, perpetuisque minacire aucta procellis.
Has multi imbiberant à nemine posse domari
Quamlibet eximio ductore. nec abfuit illis
Subtilis ratio. sed quam male nixa probauit
Exitus. Antiquis populis idem accidit error.
Credere non poterant Pythona ab Apolline sæuam
Exstinctum iri oculis sæuum, linguaque trisulca:
Tergore qui vasto protensus, & obuia rumpens
Qua serpebat, agri complebat iugera plura,
Eiectans saniem fœdam de ventre profundo.
Delphi admirantes multum stupuêre, subactum
Prodigium telis Diui tale esse videntes:
Diui pugnacis, cuius clarissima virtus
Exemplo docuit certo per prælium id acre,
Omnes qui in superos audent bellare repulsos
Aut lugere diu, aut subita male morte aboriri.
Haud aliter tellus modo Flandria, tristis & horrens,
Quæ vix ausa oculos animosque attollere in altum,
Tempus sperabat tam felix adfore nullum,
Quo venti rabies hæc seditiosa remitti
Posset & in liquidas tenuari leniter auras.
Arma Ducis spectat victricia, peste fugatâ
Aspidis æquoreæ, sine est magis Hydra vocanda,

Nam

Nam fuit Hydra nocens, centum vallata colubris:
Illa venenato corruperat aera flatu
Flandrorum irriguosque lacus & pascua rura,
Oceanumq; omnem, nec non nemorum auia tesca,
Inq; vrbes eadem penetrarat & oppida labes,
Hæsit in occulto multis quæ fota sub alis,
Non Geta, non Hunnus, non tot mala concitolim
Vandalus. Hesperiam quum victor vtramq; petiuit
Singula prosternens flammaq; & robore ferri:
Finibus vt nocuit nostris hæc publica pestis,
Ingenit immanis vestigia vbique relinquens
Nec vetuli parcens pueriq; aut virginis annis.
Credas eximiis Erebi prodisse cauernis,
Aut Phlegethonteis Stygiisq; paludibus ortam
Tisiphonen secum, & geminas raptasse sorores.
Arctoum ad pelagus, qua spicula porrigere Eos
Desinit in terras, quia curui tramitis Ancon
Hinc petit occasum, sola cetera possidet æquor,
Non procul Altburgo Moriniq; in littoris acta
Optauêre locum, viresq; per agmina nacti
Conflua, latronum statuerunt impium asylum:
Et iam se rerum dominos rati, ad omnia prono
Ibant sæua gradu nec magni Principis arma
Vlla paueſcebant: non sic remeasset ab vmbris
Scipio, vel fulmen Libyæ foret Annibal vltor.
Heu animi læuos: non nôrant numinis alti
Cuncta supercilio prorsus rursusq; moueri:
Ingentibus cuius posita est Victoria solis.
Illic firmatis defendere viribus Vrbem
Incepêre, simul circum fuit vndiq; cincta.
Verum nulla auium liquidi per stagna profundi
Fauit eis, nec dextra dedit felice volatu
Omina namque Deus bellum fatale regebat,
Auxiliumq; suis præbebat ad vlti[illegible]a præsens.
Postquam te partes voluit iussitq; fideles

*Spinola* tutari, fratris qui Heroica facta
Æmulus, & proauum sectans decora alta tuorum
Ipsius es visus priscæ virtutis imago,
Imo habitare tuo visa est in pectore virtus,
Olim Romuleos proceres quæ vexit ad astra;
Dum res imperii firmant, & *Marte* secundo
Succurrunt miseris simul, affliguntq; superbos.
Tu creperi rumpens obstacula temporis omnia
Fulmina spreuisti fatalis ahenea cannæ:
Spreuisti virus geminiserpentis, & intra
Castra tua atq; extra mouit qui sibila colla,
Clamq; palamq; nocens nec dipsade mitior Afra.
Mox muros actis sola per subterrea fossis
Puluere nitrato subuertis. Dissilit agger
Cratibus abruptis extemplo, & spargitur illuc
Quouis cœca premit. Non acrior impetus Ætnæ
Perfurit, angusto Vulcanum vbi carcere torquet
Inclusum, fundoq; vomens exæstuat imo,
Prosiliunt fracti lapides, & fumeus ardor
Densa nube globos flammarum & spicula iactat.
Sicilis Enna tremit concussa rupe triquetra:
Ipsaq; subiectis prætexitur æthra fauillis.
Dum trepidant intus, viuerram imitatus, ad hostem
Improuisus adis, auidum pauidumq; duelli
Vertere terga iubes constans. & cogis in arctum.
Donec deprensus vires iterum aduocet omnes
Pectore firmato, mortisq; in imagine tristi
Creditur vna salus nullam sperare salutem.
Hic animis acerq; manu certamen inisti
Nobile, multiiugum. Talis sub vallibus Idæ,
Agmine qua rapido Teucrorum flumina manant,
Et freta prona petunt submersa à Virgine nota,
Troiugenis vitam ferro Dux Phthius ademit:
Sanguinis impulsu fluxit pauida vnda Scamandri
Decolor, & Simois solito pernicior iuit

Ipse cadaueribus nisi qua cumulatus adhaesit.
Dum retro vndantem flexo pede fertur ad vrnam.
Cuncta procellosæ trepidarunt grandinis ictu,
Machina quam fudit bellatrix fauce cauata.
Intremuere maris commota per æquora Nymphæ:
Antraq; festino petiere latantia cursu.
Omne solum cœlum omne nigranti turbine tectum est,
Inuoluitq; salum simul vndiq; fumea lampas.
Mars pugnæ cupidus subito Pangæa reliquit
Culmina: vestitu non illo fulgidus, ibat
Quo Veneris quondam in gremium Cytherea captans
Oscula dum blandos dominæ ridentis ocellos
Suspicit, æterno deuinctus vulnere amoris,
Hæret & intentus formoso totus ab ore.
Non coma colla flagellabat mollesq; capilli
Ex vtroq; pari capitis discrimine fusi
Ante vagabantur crispo splendore decenter.
Cassidis auratæ clausum caput ære gerebat,
Cuius crista triplex excelso è vertice surgens
Autumnale velut sidus de nocte micabat
Effundens radios ardentes crine iubato.
Lorica Æolii Steropis perfecta labore
Ambibat corpus: cui tortos nexilis hamos
Squama coercebat ferroq; auroq; rigescens.
Quid moror? haud aliter se muniit ætheris arce
Quam perituroru quum dispulit arma Gygantum
Excisam quatiens Rhodopes è rupibus ornum.
Proxima dextra Ioui nec fulmine segnior hasta.
Hinc agili saltu tergum conscendit in altum
Quadrupedantis equi, quo *spinola* vectus obibat
Prælia. & exacuens verbis Germanica corda,
Atq; Italum robur Sequanumq; Ducem incitat vltro.
Talibus. O cuius nunc Flandria pendet ab ausu
Insperata fouens sub pectore gaudia mœsto,
Obuia, ait, ferro flammaq; age subrue, tela

Quæ

Quæ gero pro *Morinis*, pro Principe, proq; Deo, ardent
Ardent ecce nouæ ſuccenſa cupidine cædis.
Turba inimica meru percuſſa ſuo æquora tinguat
Sanguine. Fata Deûm aduerſus pugnando laborat.
Cauſſa facit vires animoſq; in milite iuſta:
Quæ ſi ex iure mala eſt, manibus pudor excutit arma.
Infer ſigna igitur. Lapſu volat alite tempus.
Ipſe ego qui nutu cita tempora tempero, munus
Principis *Auſtriaci* plexam hanc adſeruo coronam.
Nec mora, prorumpens clupeum mouet, omnia contra
Tela reſiſtentum, demittens corpora morti
Fortia. *Maue* mari ceu quum formoſa reſurgens
Lucifero præeunte diem Tithonia portat:
Et fluuio Oceani roſeos perfuſa lacertos
Inter mille faces cœli læuat aurea vultum,
Purpureo incedens cunctis ſpectanda nitore,
Diffugiunt nubes, & nigra in veſte tenebræ:
Reſq; ſuum capiunt diſiecta nocte colorem.
*Spinola* ſic ductor cuneos peruadit, ahena
Luce coruſcus, & hoſtiles premit enſe cateruas.
Illius eximias virtutes claraq; facta
Ipſe Pater Nereus pelago miratus ab alto
Obſtupit. Glaucuſq; ſenex, inueniſq; Palæmon,
Tritoneſq, feri, Phorcique exercitus omnis
Laudauere manum, licet atram clade ſuorum.
Nam veluti ſegetes occat flagrante ſub æſtu
Ruſticus, exercens falcem: ſimili impete ſtrauit
Agmina, corporibus iacuit paſſim obruta tellus.
Quorum pars auibus magnis modo pabula præbet
Litore proiecta in ſicco, tumuli omnis egena.
Pars natat æquoreis per cærula piſcibus eſca:
Aut ad ſaxa minutatim laceratur acuta.
Pars cœno obſcæno potior demerſa putreſcit
Turpiter, anguillis alimentum triſte lutoſis.
Aduenier luſtris olim labentibus æras,

Agricola impresso molitus vomere terram
Sæua superiecto quæ puluere contegit ossa,
Ossa gemens lacrymansq; irata voce queretur
Infesto Flandris Genio genita, ossa quietis
Nescia, quæ terras turbarunt aera, & æquor,
Pro subigens pede conculcabit & atteret vltor.
Gurgitis è liquidi stagno iam per freta Nymphæ
Nutricum tenus exsistunt Nereides vdæ
Sanguine cœsorum, socias secumq; Napeas
Producunt in aprica, choreis apta canoris,
Signa Ducis circum lætum Pæana sonantes:
Et tergo inscribunt hostili theta sinistrum.
Sic te perpetua *Victoria* laude coronet
Magnanime *Princeps*, & quas premis opprimat vrbes:
Duxq; comesq; tibi: sic militis insita fronti
Gloria stet perpes: sic ala præpete inumbret
*Spinola* te cingens, lauriq; è fronde corollam
Adstruat, ac merito tua tempora velet honore:
Et septem pennas cono in galeæ aurea figens
Ventilet vsq; tuum ac spargat decus omnium in ora.
Sic cœlum, sic cœlicolæ tibi iugiter adsint:
Vt quoties vsus veniet, ceruice superba
Hostem exultantem reprimas, victorq; triumphes
Quadriiugos agitans deuicta per oppida currus.
Sic roseo in rhamnum tua spina vigore adolescat
Et nulla tempestatis vi concidat icta:
Optatæ pacis sed candido in aere semper
Floreat, æternæ fructæ virtutis onusta:
Inuideatq; decus magni Iouis hospita quercus.
Interea Genitor vultum conuerte tuum ad nos,
Nosq; tuo illustri perfusos lumine lustra:
Iraq; sut fidat torrente tui obruta amoris.
Adsere, Sancte, tuas leges, cœtumq; tuorum
Ne permitte lupis, sint *Principis* integra sceptra,
Te Duce vt vnanimes coeant in fœdera dextræ.

Quæ

Quæ modo discordes in mutua viscera aguntur:
Belgicaq; è longo tandem recreata duello
Otia amet, cantuq; pio tibi dedicet Hymnos,
Hymnos cœlestes diuini muneris ergo:
Restituensq; aras sacris operetur auitis:
Teq; Deum supplex trinum veneretur & vnum
Consensu parili positis ciuiliter armis.

*Adumbratum ex Psalmo CXIV. IV.*

Cœpit in angustum cogi quum Flandrica Echidna
Ostendæ titulis nobilitata feræ:
Vrgeriq; magis dura obsidione magisque,
Mœnibus admotas & tolerare minas:
Ipse Deus claro insigniuit *Spinolam* honore:
Et gestanda Duci tela sua ipse dedit.
Tela truces animos Lernæ domitura ferocis.
Vi nulla infringi quæ potuere prius.
Vidit, & elatas tumidum mare sustulit vndas:
Sunt Grudia ex imis stagna refusa vadis,
Aggere munito capita occuluêre rebelles,
Et sensere nouo corda pauore quati.
Sæuaq; fatales sparsere tonitrua cannæ,
Vt solet elisa nube micare fragor.
Quid mare vidisti placidum cur moueris æquor?
Cur Morinum excitæ subsiliistis aquæ?
Quis tua Catte ferox præcordia perculit horror?
Seria res tandem num tibi visa geri?
Cur tormenta globis strepuere ita ahenea crebris,
Vt solet abrupta nube micare fragor?
Nempe Ducis trepidam vigilantia terruit vrbem:
Publica cui penito corde adamata salus.
Otia qui segnis belli conuertit ad arma:
Iamq; Hydræ domitor sub pede colla premit.
Belgicus Alcides celebretur nomine vero:
Nam scelerum vindex est, patriæq; Pater.

Præmiaq; vt capiat virtuti debita ſummæ,
Herculis exemplo ſit ſuperi orbis Atlas.
Ordinibuſq; Deorum olim tranſcriptus in aulla
Indiges ætherea ſub Ioue numen agat.

*Ad Flandria Nymphas, ac nemorum ruriſq; Deos. V.*

Quæ colitis ſiluas & florea prata Napeæ:
Pan ouium cuſtos, lactis amica Pales:
Sileniq; ſenes tu corniger Incube, dici
Seu mage Faunus amas, terror Hamadryadum:
Naiadumq; chori faciles ductare choreas,
Seclaq; capripedum ſi qua relicta Deûm:
Dicite dum Morinos Oſtenda rebellibus armis
Terruit, & geſſit prælia clade graui
Aruaq; nec potuêre ſeri, ſaltuſq; vacarunt:
Et ſola prædonum ſola fuêre domus,
Dicite num trepidi armorum ruitura putaſtis
Omnia, & in priſcum rurſus itura chaos?
Exitiumq; palam Diuos quoq; triſte manere:
Exitio aut quouis triſtius exilium?
Nam mare vicinum fremuit feruore ſuperbo,
Vimq; ſuam abruptis intulit aggeribus.
Infeſtaq; minas omnes effugit ab Vrbe,
Quam ſibi ſelectam litore in hoc habuit.
Scilicet vt vires poſſet firmare viroſque,
Arctaq; telluri nectere vincla tenax:
Inuictumq; Ducem aut feſſum procul exigere à ſe:
Aut tractim in laqueos iuduere atq; plagas:
Viuite ſecuris poſthac & ludite in antris,
Priſtina nam vobis redditur alma quies.
Auctori pacis ſed munera congrua ferte,
Laude coronatus *Spinola* victor ouet.
Ponite ei geminas priſco de more columnas.
Qua maris Arctoi mollior vnda ſtrepit.

Ordine

Ordine vt hic certo galeas suspendat & enses,
Telaque & ereptas hostibus exuuias.
Sic decorate Ducem vnanimes, rerumq; potentem
Suppliciter precibus sollicitate iouem.
Vt qui iam terræ sedauit bella, furores
Æquoris insani non minus ille domet.

*Votum Flandriæ*

Seruasti incolumen iam nunc fortissime Ductor,
Et per te populo est prisca reposta quies.
Inflatos animos posuit quam Ostenda rebellis,
Co laq; suppositit *Spinola* victa tibi.
Mox etiam Sluisæ succurres impiger vrbi,
Qua si erepta fors mea tuta parum est
Nequiter erepta. sed nil modo conqueror, illis
Fors grauis incumbat qui meruere malum.
At te deuotam Dux tibi magne tabellam,
In qua scribaris, *publica nostra* salus.

*De victoria Atuatica. VI.*

Fuisse Vatem me noua Principi
Iam parta monstrat laurea. Tu Pater:
Apollo Pæan, tune mentis
Ingenium mihi suscitasti
Futura pandens? An tua Dux magis
Miranda virtus pectoris entheum.
Mouit furorem, & ora nobis
Fatiloquis animauit orsis?
Sic est sagacis plane animi virum,
Fortemque vidi. quum tibi trux caput;
Submisit Hydra, septiformi
Prodigio metuenda Flandris.
Quis hanc domandam credidit? exteri
Plerique nulla vi superabilem
Omnes canebant, victa cessit

Marte tuo tamen. Ecce Lernæ
Stagnantis alte lympha fugax metu
Pulso quieta est Nereides licet
Iam cernere illic otiantes,
Qua coluit modo bellum Enyo.
Crudele bellum, perniciem graui
Quod mole secum traxit, & ardua
Æquauit imis clara nigris
Miscuit, & dedit omnia Orco.
Sensit valentem Ostenda subacta vi.
Sensere Scaidis flumina prouidum,
Nymphæq; Scaldis, Faunus ipse
Fauit ab vmbrifero esculeto
Latens pauensq;. Nam nisi res tibi
Gestæ fuissent hic quoq; gnauiter,
Iam pontus arua late obiisset
VVasia, iam Satyri & Napeæ
Per rura passim sollicito pede
Deserta abiissent. aut stipe menstrua
Tributa penderent Batauis
Omnibus exitiis miselli.
Portusq diti Mercurio sacer,
Tabuda fecit quem prius aureum,
Mœreret impeditus arcta
Obsidione, manusq; supplex
Anuersa cœlo tolleret anxias,
Surdisq; frustra numinibus preces,
Et vota fundens, cuncta ferret
Dura famis mala, dura belli.
Almam ergo lætans cantet adoream,
Ipsum quadrigis, & statuis Ducem
Remuneretur, ille Victor
Emeruit genus omne honoris.

*Ad Ambrosium Spinolam, de rebus ab eo gestis per annum* CIↃ. IↃCV.

Desine contemtim præsentia carpere Liuor,
Desine, priscorum nec nimis acta cole.
Hæc quoq; nostra viros ætas creat indole magna,
Qui quod mireris suspiciasq; gerunt.
Cur sitis ista tibi tanta est audire vetusta?
Non minus alta datur cernere facta modo.
Romula sic per te renouatur *Spinola* virtus,
Vt nihil antiquis inuideamus auis.
Tu rem collapsam vigilando in pristina reddis,
Multorumq; Ducum quod fuit vnus habes.
Vrbs Eoa caput pronum tibi subdita flectit,
Iamq; Seuerini Principis arma mare,
Personat Arctoum, & concha vocalis adunca
Triton in populos buccinat illa canens.
Herculis ara stetit celsa olim in rupe Monœci
Ausoniis patria relligione sacra.
Hic etiam externis facili Pater annuit aure,
Quum sibi suppetias sera popposcit anus.
Hic Ligurum cecinit de stirpe Heroa genendum,
Qui factis veteres æquipararet heros.
Cui Morini libertatis ius pene reductum
Debent, ne Batauum sub iuga Flander eat.
Desita qui reuocet hilares ad festa Rutenos,
Pleumosiumq; velit pace vigere solum.
Et iam pax nobis constanter amica redibat,
Otia turbasset ni furia orta Styge.
Quum Clusia arx cessit prædoni victa profano.
Literaq; in clades sunt data nostra nouas.
Tunc tunc crudelis patuerunt ostia belli,
Agris tempestas incubuitq; fera.
Nec potuere lares vrbani exire pericla,
Vicinæ nimium quæ peperere cruces.

Heu cœcum inuidiæ virus? Nullum Africa serpens
Sæuius, ipsa licet sit fera dipsas, alit.
Absque illo fuerat, iam silua nemusq; viterent
Tranquillum. & fruges ferret aratus ager.
Consuetosque choros agerent per prata Napeæ
Molliter, ad strepitum subsilientis aquæ.
Incoleretque quies lætans simul oppida & vrbes,
Mœnia præsidiis nulla tuenda forent.
Religioque suis staret pia fulta columnis,
Strata iterum sluſæ quæ modo in vrbe iacet.
Haud alium Alcides cecinit Dux inclute, quam te,
Virtutis cultum tecum amat ille Deus.
Tu Ligur Heroum de sanguine nasceris alto:
Patria te tellus vindice tuta manet.
Hesperia vt clarum te suspicit vtraque sidus,
Præcipuum nostri tu decus orbis ades.
In sterili generosa licet vix se leuat agro
Arbor, humo in pingui consita celsa petit.
Sic depressa domi virtus tua lentius hæsit,
At postquam belli cœpit adire scholam
Eximiè adsurrexit. Enim schola Belgica belli est,
Per clades meruit hunc titulum illa graues.
Hic sibi Præfectum Mauors te *Spinola* spectat,
Cogitur & nutu tolliere signa tuo.
Tu facis vt magni sint libera flumina Scaldis,
Cui nuper Cattus vincla minatus erat.
Hoc Anuersa tibi debet seruata trophæum,
Marmore propagans nobile & aere decus.
VVasiaque in pagos diuisa patenter amenos
Munere salua tuo rus serit atque metit,
Suspenditque Deis agrestibus annua vota,
Et cera memori te colit ante Palem,
Proxima perrimuit sibi Saſſia, sed tuus ardor
Protinus hostiles iussit abire minas.
Quis dubitet quin Ganda tuis obnoxia gestis

Mœnia

Mente pari munem se probet atq; piam?
In medioq, fori monumenta tibi erigat alte
Virtutis meritum testificata tuæ?
Sassia nam Gandæ est fuerat quod Pontia Brugis
Sluſa. Male is pereat, cuius ademta dolo est.
Nunc stupet impositam & gaudet sibi Tabuda molem,
Per quam turba frequens quum vocat vsus abit.
Siue iter in Flandros tendendum, siue Brabantos:
Ne mimium fidat nauta mari Barauus.
Mauriciusq; sua celer occupet obuia classe,
Litora subducto milite si qua vacant.
Qui partis neutræ Renus modo cærula adibat,
Cornua submissis sponte reclinat aquis.
Exstructiq; videns pontis miracula prisca
Cæsareas iterum credit adesse manus.
Agrippina tibi sua dona Colonia mittit:
Dona Palatini. Renicolæq; Duces
Mittunt quisque sua. ante alios Dux Cliuicus instat
Castra tua auxiliis fortificare suis.
Iam Mars externis noster procul ardet in oris:
Et Phrysiis gelido frigore corda quatit.
Oldesela manus princeps tibi victa retendit
In Domini veterem serua recepta fidem.
Lingensi iniectum est frenum simul oppido & arci;
Emsius adsueto mollior ire docet
Ipse suas vndas: & prouehit agmina nostra,
Siue truces Geldros, Zurpheniamue perant.
VVachtendonca dehinc rediit Mauorte subacta,
Ad partes supplex, & tua iussa tulit.
Hic vbi Busquoii Comitis clarissima virtus
Prænituit cunctis, ceu iubare acta dies
Obruit astra micans crocei fulgore decoris,
Præuia quum soli spica mane iacit.
Talis Tydides, bellaci ab Achille secundus
Vltor in inuisos contulit arma Phrygas.

Nec

Nec solum illa viris mortalibus intulit, ipsum
Quin etiam Martem vulnere strauit humi.
Nam Venerem læsam nolo memorare, animi impos
Tunc erat, in Diuam quum violentus erat.
Illius è galea & scuto liquor exiit igneus.
Perculit & flammis eminus ora Ducum.
Par Autumnali stellæ, quam gurgite lotam
Oceani gentes corde pauente vident
Scintillare procul per cærula noctis opaca.
Vauxius hac ipsa non minus arsit Eques.
Consimili inde manu Cracauia victa palustris
Nil opis in liquidis vidit adesse locis.
Stagna & valla tuo submisit vtraq; tridenti,
Neptunum in terris te venerata suum.
Et quæ non tumidos ponat tibi natio fastus.
Tam initem cunctis expositumq; videns?
Nemo tuam (vis hæc animo est innata potenti)
Nemo tuam frustra sollicitauit opem.
Non struis accumulans thesauros pectore auaro,
Dideie diuitias est tibi summus amor.
Ipsos quando vocas festa ad conuiuia Reges
Luculli dapibus cedit Apollo tuis.
Prolixaq; manu succurris egentibus vltro
Non dedignatus porrigere ipse stipes.
Demissus cœlo terras celebrare videris
Magnificus pariter munificusq; simul.
Rex tibi comis liber, Tende arcum Musa, canendum est,
Latius hac volitet missa sagitta fide.
Hic tibi Iasonio præcinxit vellere colla,
Et dedit in magnis principem habere locum.
Illius auspiciis ductuq; tuo ardua bella
Suscipis. Imperii est credita summa tibi.
Hostes attonitos velut excitum ab æthere fulmen
Reddis, & hac reuocas de regione domum.
Dum procul à patria bellantur in hostico, ouabant,

Certe

Certe nil passi de grauiore nota
Asperum, abhorrebant pacem. Nunc in sua ferri
Viscera mucronem ferri aciemq; vident.
Hoc habet. icta suis gens cladibus effera, tandem
Deponent animos ceu Phryges & sapient.
Vidisti prudens quo tramite laudis ad arcem
Esset eundum, & te fors tua digna Duce
Duxit eo, vnde pauor Batauis præcordia pulset,
Et cogat posthac pertimuisse sibi.
Atq; suis. Video pallentes strage futura,
Arma tua incutiunt hunc geminata metum.
Disciplina magis, sine qua nil rite mouemus,
Cuius inante leues vix super vmbra fuit.
Et miramur adhuc cur res male cesserit illis
Quorum consiliis recta manuq; fuit?
Omnibus omnino permissa licentia, fregit
Spem nostram, & bellum constabiliuit atrox.
Ecce quaterdenos sol perficit aureus annos,
Tempora quum nobis ferrea semper eunt.
Et iam Cattigenis fueramus præda, voraces
Dextra repressisset nî tua prompta lupos.
Dici iure potes protector *Spinola* noster,
Cesserit hac Arcas Pan tibi laude Pater.
Flandria Victori statuat de more Lupercal,
Instituit magno ceu Lycosura Ioui.
Fama fauet, tollitq; tuum super æthera nomen,
Nam laus est toto grandior orbe tua.
Ad fontem Nili penetrauit, & extima Bactra,
Transiit & Tanaim; Taprobanæq; sinus.
Quumq; hominem excedas, superum potes esse sodalis:
Gloria cœlestes reddidit vna Deos.
Sic olim Lynces vexere ad sidera Bacchum,
Iliades adiit cœlum ita Martis equis.
Ad rerum curas, & publica commoda natus
Nil non vt populo sors sua constet, agis.

Qui

Qui benefacta velit tua cuncta reuoluere, nemo
Præsentem nobis te neget esse Deum.
Scilicet ista Deos fecit ratio vna, mereri
De quouis potis est qui bene numen habet,
Idcirco æthereas Rex Iupiter obtinet arces,
Quod iuuet & nostro sit generi vsq; Pater.
Perge tuas partes Princeps animose tueri:
Virtus ad superos hæc tibi pandit iter.
Iamq; tibi ambrosiam Iunonia temperat Hebe,
Coniuge non renuente & studet esse tua.

*De Frederici Spinolæ Triremium Præfecti morte.*

*Spinola* magne neci virtus tua te obtulit illa
Quæ longe Herculeum trans mare nota volat:
Remigioq; suo famæ immortalis in ædem
Iam prouecta solum spernit, & astra petit.
Adriaco stupuit te canus in æquore Nereus
Pugnantem forti Regia bella manu.
Cinyphiis dum vincla paras, clademq; tyranno
Intentans, Asiæ per fr ta victor ouas
Oceanus noster concussus inhorruit alto,
Dum Batauum in puppes fulmina ahena iacis.
Et tectus virtute tua velut Ægide sacra
Palladis inuictas ducis in arma manus.
Flandria ne pateat toties obiecta rapinis,
Æquoreis quoties visum eam adire lupis.
Sæpe Pater sæui cessit tibi iure Tridentis,
Fluctibus impauidum dum videt ire suis:
Et cœli spreuisse minas, ventiq; furores,
Incursus hostis nec timuisse feri.
Iamq; æstas Cereri prope quarta reuertitur, ex quo
Classe tua custos litora nostra regis.
Mattiacisq; metum Ducibus facis impiger, & te
Saxonidæ pariter Cattigenæq; tremunt.

Felix,

Felix cui decoris puri fuit vnica cura:
Qua sisti priuas nec tibi auarus opes.
Quas nunc ô mores ô tempora quilibet ambit:
Sed nolo hoc vlcus tangere, solus eras
Pæne solo in nostro, cuius generosa cupido
Nulla vnquam tali labe notata fuit.
Arma Dei ob causſam non lucra ad fœda gerebas:
Regis cura tibi non erat æris amor.
Iam Grud i de te sperabant omnia summa:
Et tibi credebant difficile esse nihil.
Cœca rotam vertit tandem fortuna. Quid eheu
Quid Dea scæua paras? hoc premere anne caput?
Mars fuit hic nobis. Miseram te Flandria tellus
Inuita cogor dicere voce, Fuit.
Est ingens Morinum fugiens ad litora tractus,
Qua sinus Arctoæ murmura frangit aquæ:
Non procul à Leporis, Slusaq; Propontidis arce,
Nautarum æratis cruribus apta via.
Hîc coiere manus, tremuit mare tergore moto
Vndiq; nec Triton extulit ora fauens,
Altera classis erat Genio damnata siniſtro:
Telaq; Auernali perlita rore Stygis.
Hinc Liguri na ratis belli trucis omina spernens
Signa per incerta: certa vehebat aquas.
Tandem acies geminum in cornu conuertit Enyo:
Ferrea lux armorum impulit omne fretum,
Quum Mauors linquens fortes se Principe Thracas,
(Bistonis ante alios hunc colit ora Deum)
*Spinola* in excelsa puppi stetit & subitam ardor
Igne ter accenso luxit ob ora facem.
Non illi *Arabio* crines in odore fluebant:
Nec bis tincta Tyri murice vestis erat.
Quæ fuerat, quum riuali certaret Adoneo,
Et cuperet Cypridi primus adesse suæ.
Sed quali Lapithas immanes terruit ore

Ægydæ

Ægidæ dexter Perithoiq; comes.
Aut quali sęuum strauit cum fratre Mimanta,
Surgere vbi Phlegram vidit ad astra feram.
Mox ait. O Italûm & Morinûm fortissime Ductor
*Spinola*, lux gentis præsidiumq. tuæ,
Vince mari. Laus summa tibi iam cœlitus instat,
Euehet hæc alte te virûm in ora dies.
Fas erit endo plagas cœ estum scandere, nomen
Nobile pugnando tu modo tende tuum.
Fraxinus hasta tibi mea militat, & fauet ensis,
Aut tormenta probas si mage ahena, cape.
Hæc pater accurans dum Mulciber expolit ipse
Lassauit Brontem sæpius & Steropem.
Solue metu Flandros, qui te duce & auspice freti
Imposuere rati publica vota tuæ.
Quos si destituas. Brugarum Neruius auctor
Mœnia felici non bene struxit aue.
Et nimium insultans alienis improba damnis
Vindice te fidit turba profana sibi.
Nec te quod velis animisq; inflata feratur
Terruerit classis, Fata eam acerba manent.
Quodq; cito flexu partes se torquet in omnes.
Vnius ad momen vertitur acta manus.
Ars tibi parq; manus, tu puppe magister in ista
Summus es. Æmonio clarior Æsonide.
Hora vocat, committe rates moderator ego horæ
Victrici dextra rostra Ligustica agam.
Dixerat, & iacto diffulminat æquora telo,
Proxima post telum vis Frederica fuit.
Vincit Sluſa, fide Martis. Dux hostium ademptus
Sanguine fœdauit transtra forosq; suo.
Cum Duce fracta cohors, pugnæ grauis impetus hæsit.
Abstulit attonitis omnibus arma timor.
At Pater aeria miratus ab arce Monœci
Alcides, plausum voce manuq; dedit.

Sum-

Sum Deus. acta genus decorant hæc incluta noſtrum:
Præſtanum Ingauni me iuuat eſſe ſoli.
Profectura fuit cantu victricia ſigna
Alma Thetis, ſanctæ Doridos aucta choris.
Quum deſperato pila venit ab agmine flammea,
Fatali excuſſit quam furia atra face.
Hæc tibi magnanimum perrupit *Spinola* pectus,
Et ſimul heu noſtras ſpes animoſq; tulit.
Occidis Abdaridúm quem non potuere triremes
Sternere, non cunctis Æolus ipſe minis.
Turba fugax portum lacerata naue petiuit?
Hoc vnum inſtanti non peritura nece.
Dîs ita præuiſum. Fratri vindicta relicta eſt.
Vltor ad Oſtendam nam fuit ille tuus,

*De receptis Lochumo & Grollia.*

Quis comam nobis edera ſequaci
Comat & nouam properanter aram
Ceſpite è viuo ſtruat, induendam
Flore recenti?
Hîc puer flammis adolere coſtum
Rite feſtinet, variiſq; menſam
Ferculis diſcretim oneret, bimater
Adſit Iacchus:
Qui mero curas iugulet rebelles.
Vos pii Belgæ bona verba mecum
Texite. Aurato iuuat ecce plectro
Fingere carmen.
Fama victorem canit alta rurſus
*Spinolam* Huic ſupplex cecidit Lochumum
Marte depreſſum vigili. Ipſa ceſſit
Grollia pugnax.
Poſtq; tot belli trepidantis æſtus
Aduitiugum patiturq; iura,

Mente clemente ſtabilita iura
Principis æqui.
Berclides Nymphæ prius inſolentum
Sic malis preſſæ leuiore lymphas
Agmine impulſas agite. Vnda dulci
Nectare veſtra
Profluet poſthac, ſaliceſq; paſſim
Melle ſtillabunt fluuioſq, lactis
Prata ſubmittent, rubus vltro amomum
Efferet aſper.
Quiq; vos longum fidei tenebris
Error inuoluit, procul ibit exul:
Iamq; lux certe renouata præfert
Signa ſalutis.
Ecce quod ſagax timuit Batauus,
Iſilæ arginas via per refractas
Panditur. Phryſo tremit & Sicamber,
Zutphenidæque.
Fulgor è vultu tuo. & arua & vrbes
Obruit Ductor, metuendus hoſti.
Ille vel cœlo ferus arma nuper
Intulit ipſi.
Corda nunc ſed ponit. & acre pallens
Certat in tutum reuocare turmas.
Hos ei diſcors animos Enyo
Præſtitit ante.
Noſtra, dum virtus tua nondum iniquis
Cognita emergit, velut hauſtum in vmbra
Nubis, obducta face ſplendet aſtrum
Luciferi ardens.
Cerne germanum Frederice fratrem
Laude iam parta merito beatum:
Et triumphanti ſuperis ab oris
Dicio honorum.
Æmulus pertendit iter, tibi peractum:

Inuia

Inuia & tecum via adibit æthram.
Quanta te credam capere explicata
Gaudia fronte?
Tu Duces inter celebrande magnos
*Spinola Ambrosi*, decus inclytum armis
Perge possessum bene, porro amare
Mars vocat vltra.
Vltor, vt flumen tibi sponte Renum
Verga substernat sua, restat Hydra
Peruicax, claua subigenda forti
Berga palustris.
Currat Ingaunas cita fama ad arces,
Matris & pectus recreet senile:
Quæ modo gnati noua gesta captat
Aure patenti.
Nunciet lauri foliis honestum
Progredi. & gnauæ monumenta dextræ
Stare Geldrorum, Phrisiisq; campis
Aere dicata.
Virgine ô prognate Deus propagans
Lumen in terris patrium, ô Redemtor
Noster & custos. rege bella Regis
Chriſte gerentem
*Spinolam*. Hic versas tibi victor aras
Eriget, numenq; tuum per orbem
Dider in gentes, celido vsq; ab Austro
Frigidum ad axem.

*De victoria Bergensi ad Renum.*

Pande sinus hyaloq; peplum promitte virentem
Rene pater, iam victor init tua regna decorus
*Spinola* palmata insigni & fulgentibus armis
Nobile fluminea statuens tibi nomen in acta:
Postquam vrbem Bergam sub iura vetusta redegit,
Iactatam toties incerto turbine Martis.

Nam ſcæuas modo quinq; vices eſt paſſa per annos
Non numero multos, tamquam mera victima triſtes
Vixerit in caſus, nulli domino vſque probanda.
Ludere ſic ludum gaudet fortuna cruentum
More ſuo. Hic ille eſt Dux *Spinola*, ſecula in aurum
Qui tua mox vertet, nunc ferrea: cuius in vmbra
Otia tuta coles. Nam ſpinas vndique ſparget
Ab radice ſacra rhamni gentilia, in auras
Alte ſubiectas, errumpere acumina quarum
Nemo ferox auſit, vel ſi tentauerit, ictus
Cuſpide vulnifica retro male læſus abibit.
Denſatis ita tela rubis feret obuia ſæpes,
Hoſtilesque minas arcebit limite ab omni.
Nec tamen in flores ſurget minas alma roſarum.
Flumina quæ ſuaui tingent tua ſemper odore:
Qualem Nauſicæ patriis non ſenſit in hortis,
Dum ſtruit ornando capiti fragrantia ſerta,
Vt queat æquales inter præſtare puellas.
Nec diſcinctus Arabs, quantumuis paſtor odoris
Exprimit è caſia, aut nardi pubentis ariſtis.
Vnde ſuas optet Zephyrus leuis imbuere alas,
Chloridos in gremium quoties vehit aurea mala:
Et ſtudet eſſe pater flabris in ſemina motis.
Nomen ama Ducis inuicti: Laus hinc tibi curret
Incluta per populos, & cani Nereos alta,
Actutum cumulanda magis magis indole pulchra:
Vnica cui cura eſt, miſeris adferre ſalutem,
Et ſeruare bonos. Mens hæc fuit inſita quondam
Amphitryoniadæ. Sic terras vltor obibat
Dum vixit, tutela piis, terrorque malorum.
Huius ad exemplum fertur quoque *Spinola*, prudens
Et pariter fortis, verique decoris amator
Adiungit Themidem ſanctam cum Pallade Marti.
Non ſic Heſione monſtro olim erepta marino
Alcidæ plauſit gratanter: vt Hercule dignum

*Spinola*

*Spinola* honorauit facinus modo Belgica, per vim
Præsidio oppresso, validum quod in oppido agebat:
Et victis fusisque extra simul hostibus illis
Pleno Marte manum toties qui conserere ausi
Obstiterunt nostris possent ne scandere muros,
Inque suas leges [illegible] adducere Bergam:
Ex qua di[illegible] sibi fecerat ante
Amplas, ingentes omnique labore tuendas,
Quippe ibi vectigal germanæ mercis adeptus,
Siue aliquid rari venum ferretur ab Alpe,
In rem sollerter vertebat opima Batauam
Callidus, insidiasque tumens spernebat iberas
Aggere in hoc tali; velut ænea in arce superbus.
Oceanum clamor lætus perterruit æquor,
Oceanique feras, ne prædam quærere terris
Auderent posthac, & sceptra aliena tenere,
Sed patrias peterent timefacta mente paludes,
Aut profugi externas irent procul orbis ad vrbes.
Forsitan erecta spectantes inde trophæa
Demissa ceruice stupebunt nomen ad altum
Victoris, metuentque suis noua rursus in oris
Destitui monumenta, pudorem iterantia priscum:
Impressus qui nunc ipsorum frontibus hæret
Percutiens mœstis præcordia verbere surdo.
Vtque prius stabant geminæ extimo in orbe columnæ
Tethyos ad littus, qua Sol caput abdit in vndas,
Herculis eximii laudes sine voce sonantes.
Ad ripas ita Rene tuas qua tollit ab vndis
Sol caput, & terras perfundit lumine primo,
Adsurgent totidem secto de marmore signa,
Signa procelloso longe metuenda profundo.
Ambrosii Ducis æternum testantia honorem,
Quem seris me vate nepotibus vsque loquentur.

*Ad principem Saravaillæ Spinolam peroratio.*

Hactenus ista: lyræ pausam permitte Thalia,
Nos opus ad reliquum dum Ducis aura vocet.
Ista, mea sic sponte modis sunt apta sonoris:
Vlterius posthac non nisi missus eo.
Ergo tuo *Vati* te Dux largire benignum:
*Te*ctine si nostro vis tua facta cani.
Fortia facta, peplis intexi digna Mineruæ:
Qualia Cecropidæ vix meminêre senes.
Ingenium faciet lætum mihi frons tua læta:
Non Euan curru sic potiore leuet.
Ex humili certe si iusseris alta canessam:
Iam calor insinuans pectoris ima subit,
Et vocat ad Pindi vegetem me culmina montis:
Labraq; nostra rigat lympha volucris Equi.
Per mea forsit honos maior tibi carmina surget,
Quam modo si statuas quælibet vrbs statuat
Victori gratata suo: pictisq; per arcus
Propaget tabulis Martis opima tui.
Has etenim absumtrix rerum cita destruet ætas:
Aut alia clades bellica sorte teret.
Regna vides fortis fortunæ obnoxia regno.
Pondere pressa suo sæpe superba ruunt.
Vtq; diu perstent tamen, vna in sede morantes
Spargere non possunt nobile eundo decus,
Nec sine voce loqui: simulachra fabre edita spectat
Nata oculos tantum pascere non animos.
At labor Aonidum terras obit alite penna:
Spicula nec leti tristis acuta timet:
Virtutesq; Ducum celebrat liquidq; ore disertim:
Corporis & mentis fila videre datur.
Talia num donem quæris? dare conor: an *Indas*
Dem potius Regi non bene sanus opes?

Copia

Copia te cornu pleno ditauit, & vndat
Te penes vbertas aurea, at vna mihi
Vena domi scatet in numeros. Tu flumina nosses
Musica ames, recreet me Tagus imbre tuo.
Hoc si displicui, pretio solare dolentem:
Hæc mea sit merces, *Spinola* si placui.

*Sirena D. Ferdinando Salinæ Consiliario P. P.*

Ausoniis numen venerabile gentibus, Anna,
Anna Perenna faue: Ianiq; bifrontis in ædem
Ingredere. Ille fores *Marti* modo clausit & optat
Auspiciis prodire tuis, ac porrigere anni
Orsa renascentis. Namq; ordine fratribus apto
Ductor bissenis voluentia tempora princeps
Incipit. Accedat Sol aureus, & noua Iano
Gaudia subiiciens agili moderamine currum
Dirigat, alipedesq; citans volucri axe quadrigas.
*Molliter* æquaris vestigia ponat in astris:
Qua via secta Poli signatum conficit orbem,
Corpora prætendens variis flammantia formis.
Nympha faue dexter seu te Iouis aula beati
Possidet alta, Deis sociam (dum pocula miscet
Nectare plena mero, famulata tibi Herculis vxor
Hebe florenti pubescens vsq; iuuenta)
Siue apud Æthiopas Indos conuiuia ducis,
Ac populis æuum indulges: seu cærula Calpe
Antiqui Regis meminens tua sacra frequentat,
Te suo in orbe colens. colles vbi surgere apricos
Elysii memorant: Latium seu nobile spectas
Vrbis ab æterni solio: siue, amne Numici
Abdita flumineas effundis in æquora lymphas,
Nereidumq; comas viridis per secla tueris.
Huc agedum, Anna, veni sellam de more curulem,
Prætextamq; nouam magni visura Salinæ
Præsidis, an fallor? certe vice Præsidis altum

Munus obit, summiq; senatus primus ab ipso
Principe Belgarum res curat, & otia festis
Festa Parens populis bellum hinc procul arcet in oras
Terrarum externas, seclumq; recedit in aurum,
Si modo, Diua, laboranti digneris adesse,
Et vegetem seruare diu. Concordia nobis
Pristina restituetur, honorq; redibit auitus,
Et Patriæ fortuna prior, quum vota secundo
Numine, cuiq; sua ex facili perfecta fluebant;
Cum stetimus Belgæ gens inuidiosa propinquis?
Et bona nostra modis sunt largiter omnibus aucta.
Quid nî nunc speremus idem? sub Præside tali
Virtutum stimulis icti Iuuenesq; Viriq;
Incaluêre: iuuat noxam spectare solutam
Concilio infami quo præualuere tot annos
Qui Patriæ clades, ignominiamq; rebelles
Dum coniuratis peccant ad præmia signis.
Imperiumq; palam spernunt Regisq; Deiq;:
Dum iugulum Belgis inuadunt ense cruento,
Hostibus ex pacto furiata mente fauentes.
Ius iuuat antiquum populo instaurare fidemq;:
Et noua purgatis compendia quærere terris,
Quo sua Principibus constent sine fraude tributa,
Dextraq; Quæstorum præcisos contrahat vngues.
Cogat & Harpyias lex scripta quiescere prædæ.
Ingenium iuuat ingenuas agitare per artes,
Et decoris pulcri recto pede scandere callem:
Exemploq; Viri, cui curia credita princeps,
Publica priuatis præponere, & vtili honestum.
Tu vires illi largire benigna, retardet
Grandia conantem ne festinata senectus:
In capite hoc nobis spes est sita sorris opimæ.
Da longum subsistat, & Euboici explcat annos
Pulueris, æquiparetq; trisæclum Nestoris æuum.
Da super hæc tergant sedatis æra flabris

Æoli-

Æolidæ faciles: neu trux fera sibilet Anguis
Egelidos inter frigus boreale triones.
Sæuiat hyberno nec sidere Tarrhasis Vrsa.
Brachia nec Cancri flagrent Hyperionis æstu
Exsuperante nimis. Sint solstitia humida largis
Roribus, in terram quos spargit Luna bicornis:
Aut Aurora mari madido perfusa profundit.
Non Leo anhelantem pandat Nemeæus hiatum;
Nec canis igne graui campos latrator adurat.
Iliades pluuiæ nec prodigus arbiter vrnæ
Enecet effuso fata læta proteruiter imbre.
Ver geniale caput roseo producat amictu
Incinctum, Zepyroq; satellite gramen in aruis
Surgere lanigero iubeat pecori, atq; iuuencis.
Et nemorum siluas reuirescere fronde comanti
Fœcunder segetes æstas moderata calorem:
Autumni fructus maturet Virginis astrum:
Brumaq; congestis opibus secura fruatur.
Fœdera pacis ament Belgæ: nec sidera cœlum
Noxia funestent. Gradiui stella furorem
Temperet ardentem: placido micet omnibus orbe
Iupiter: in pœnas ne spicula mittat Apollo,
Delia fraternis reparet sua cornua flamis.
Hospitibusq; fauens adsit Cylleniusardor.
Et Venus accenso perlustret Vespere mundum
Candida. Luciferique rotis antistet Eoo
Purpureum duplici iactans sub nomine lumen.
Vltimus argenti Saturnus in arce quietum
Tendat iter. falcisq; minas componat acutas,
Et tandem offensi deponat pectoris iras.
Seclaq; nostra suis velit æmula currere seclis,
Tunc cum terrarum solus sola Rector obiret,
Nec tres in Natos rerum diuisa potestas
Tempora tergeminis mutasset adultera sceptris:
Quum lapis aut stipes nondum distingueret agros:

Nec sulcata graues verti ssent iugera tauri:
Insscia sed rastri sed vomeris insscia tellus
Sponte sinum laxans passim daret omnia & ipsæ
Dulcia sudantes præberent mella genistæ.
O bene nata dies, titulis signata Salinæ,
In gyrum celeres horarum digere lapsus,
Et face constanter momenta reciproca voluant.
Libera depulso *Mauorte* reuertitur ætas.
O mensis niuea feliciter alite surgens,
*Anna* venit, venit Anna nouis aduecta Kalendis,
Priscaq; ridenti promittit commoda vultu:
Qualia Cœligena quondam regnante tulerunt
Mortales primi, nullis bona mista querelis,
Tolle pedes animosq & carcere prorsus aperto
Quatuor in partes dimensum ordire laborem.
Phœbei sectans iteranda volumina currus.
Nobilior quouis lustro tibi debita cessit
Gloria, nunquam antehac aut raro visa gerendis
Par tot rebus habere caput: te laude celebri
Fama canet recinetq;, & lumine Præsidis auctum
Euehet ipsa suis cœli super ardua pennis:
Sculptaq; perpetuo tua festa sacrabit in ære.
Ne decus his parium veniens nulla auferat ætas
Quamlibet innumeros stabili orbe relapsa per annos.

*Ad Ecclesiasticos Flandriæ Primates.*

Sacrati Proceres; & gentis lumina nostræ,
Quorum laude noua gloria prisca vigens
Ad cœli fertur conuexa perennibus alis,
Quas falx Saturni cædere nulla queat.
Libaui vestros tenui modo carmine honores,
Incluta dum recolo facta vetusta Patrum:
Nominaq; è tenebris quantum eruo opacis,
Pressa diu ingrato quæ latuere situ.
Libaui; ne plura darem res obstitit ipsa.

Quis queat hanc plenis rite ciere modis?
Vix illam tractare Maro, vix Tullius ausit,
Immensum quamuis fidat vterque sibi:
Pleraq; candorem maculant externa Latinum:
Nec refuga in numeros cogere verba leue est.
Cogere sic, maneat quo vocibus insita veris
Gratia nec patrius contemeretur apex.
Sit precor acceptum quale est quodcunq; mouemus,
Consulto abstinui tendere maius opus.
Ardua vel tentasse sat est. ita Musa Tibulli
Nos docet ingenuum quemlibet esse decet.
Qui vires vltra mortales fortiter audet,
Audeat. & macto pectore summa petat.
Nos humiles terræ sola per depressa feremur,
Dum nos Aonidum celsior aura leuet.
Antraq, sepositæ sustollat ad edita rupis:
Profluit alati qua liquor altus equi.
Cuius ope erectus feci Latium ecce poema,
Nomine sub vestro quod pia secla legant.
Si qua refragantum damnabit secta, quid ad me?
Sic auersantur vina falerna canes.
Mens mihi Primores vobis est vna placere:
Si nequeo, ostendet me voluisse Liber:
Iste liber, scriptus nuper properante calore
Dum decus in Flandrum me meus ardor agit.
Vos numen proceres agat in mea vota supremum,
Lætus agam & compos, si modo vester agam.

*De classe status Ecclesiastici.*

Tempore quo Cæsar rem Constantinus habebat
Magnus & imperium qui tenuere Duces.
Ex ipso geniti, quum Belgica Celticæ adhærens
Legibus vnius dirigeretur Heri.
Templaq; falsorum starent occlusa Deorum:
At Domini contra passim ageretur honos,

Cœlestis

Cœlestis Domini, qui pura è Virgine natus
Visus Homo in terris. & super astra Deus:
Omnipotens Deus, ad nutum cui singula parent:
Siue solo constent, seu moueantur aquis:
Semina relligionis & illo tempore & ante
Credibibile in nostro est orbe fuisse sata.
Hoc nos annales etiam docuere vetusti,
Qui Victoricum Fuscianumq; canunt
Fundamenta piæ mentis posuisse per vrbes,
In Morinis regio qua Teruana iacet:
Chrysoliumque Piatoni socialiter aptum
Verbi præcones emicuisse sacri:
Ceu gemini fulgent cœlestia signa Lacones,
Quum Sol purpurei tempora Veris obit.
Illum Tornaci, Comini istum sedulo iu oris
Doctrinam fidei certificasse nece
Vltro adita. in iugulos sæuo grassante Tyranno
Cui scelerum compar *Maxminianus* erat.
Et sat constat. Eleutherium post secula certa
*Infulæ* honoratum promeruisse decus.
Et gessisse Sacerdotem per Neruia rura
Oppidaque, & Latiis rite litasse modis.
Hinc è custode *Agricolaum* Flandriæ oriundum
Aureum adud Tongros sustinuisse pedum.
Munus ad hoc lectum Diui per vota Remigi,
Aureliis Synodus quando coacta fuit.
Verum hæc iacta sages diuinæ candida Legis
Aruit, aut visa est delituisse diu:
Donec ab Alpinis veniens ros imbricus oris
Irriguam sicca surgere iussit humo.
Sic iterum lætos late emergentis honores
Acceptos ferimus maxime Amande tibi:
Collegisq; tuis, qui te rectore, subinde
*Monstrarunt* nobis, vnde petenda salus.
Gentis *Aquitanæ* lux aurea & incluta Amande,

Atque

Atq; idem Morinûm gloria, noster eras
Tunc quum Tungrensi sacro præfectus ouili
Grande subiuit: flamen honoris onus.
Erectoque illud gestasti vertice semper,
Pondere sub tanto tanto non titubante pede.
Lemouicumque solo Eligius generatus in alto
Altius ad cœli nos animauit iter:
Dum Nouioduno sacris operatur in vrbe
Antistes Christi, verbaq, sancta serit.
Huic comes Audomarus, non inferiora secutus,
Dux vitæ nobis ad meliora fuit.
Scotus adest clato Lœuinus nomine notus,
Hyberni tenuit qui pia frena soli.
Præsul, & à falso Flandros Hermete retractos
Mercurius docuit quis Deus esse queat.
Namq; colebatur populatim à pluribus Hermes:
Falsus, & erroris publicus auctor erat.
Mercurii Christus sinceri est munere functus:
Interpres magni nam fuit ipse Patris
Orbis ei licuit percurrere limen vtrumq,:
Cœlo delapsus trans stygia victor iit.
Serpentisq; malum virus euertit & inde
In cruce ceu virga complicitum vsq; gerit.
Occisoq; Argo, fuerant cui lumina mille,
Securos misso nos iubet ire metu
Obseruatoris nequam: sunt pascua nobis
Libera prata, velut Inachiæ ante boui.
Illa diu iactata malis, peruenit ad amnem,
Qui septem portis in maris exit aquas.
Hic fera cornigeræ mox exuit ora iuuencæ:
Et Nili ad ripas de boue facta Dea est.
Nempe eadem nos fata manent. spernamus inanes
Fastus & pastus. æritiamq; breuem.
Et salientis aquæ viuam curramus ad vrnam,
Filius ex alta quam mouet arce Dei.

Ilicet

Præclarum nomen quæ Graphaildis habet.
Hanc in tormentis vexatam Flandria vidit
Cum nato ob Christi dogmata culta mori.
Felix quæ verum posuit decus ante salutem:
Nunc illi in cælo est parta corona duplex.
Altera virtutum gemmis variata renidet,
Quarum dum vixit adsecla semper erat.
Altera martirii sacro perfusa cruore,
Vincit Erythræi gurgititis omne vadum.
Gistelana pari celebranda Theophila cantu,
Non fuit ad mortem promta sequaxque minus
Lictoris diri spreuit vultum illa minasque,
Et laqueo frangi colla sua ipsa tulit.
Quæ nunc rupta licet resonanti gutture grates
Atque Dao laudes per mea plectra canunt.
Quin populos omnes vno ore hortantur vbiq;
Ad cœlum voces mittere & alta loqui.
Hic amor, hoc studium veræ pietatis auarum
Multorum effecit prodiga corda patrum.
Hoc tali de fonte profusa est copia, qua nunc
Tot delubra superbe ædificata nitent.
Aspice sublimes surgunt ad sidera turres:
Atria porticibus dædala lata patent.
Hinc micat ex auro filatim pectita vestis,
Et picturatis est decorata viis.
Plurima consimili fulgetq; tiara metallo,
Quæ tegat eximii Præsulis alta caput.
Aspicis ex ære statuas aut marmore, sollers
Quas fecisse Scopas, & Polycletus amet?
Aspicis expressis simulacra micantia formis
Qualia Parrhasius non neget esse sua?
Hinc vitra consertim plumbo commissa fenestras
Ornant, artifici vermiculata stylo.
Hinc melici templis aptos peperere sonores:
Psalteria queis cedat stirps Acheloe tua.

Inde

Inde Sacerdotes delecti, in publica vota
Officio attentum qui meruere Deum.
Numinis ipsa quibus castam præsentia mentem
Accendit sanctis macta ministeriis.
Hi quoties cœtus procerum res publica poscit
Siue domi turgens, siue agitata foris,
In commune bonum promunt suffragia primi,
Scamma celebrantes, editiore loco.
Hoc vitæ ratio cœlestis, & ista beati
Muneris incrementa hoc bene parta merent.
Princeps sacrorum censetur Episcopus, illi
Ad latus adsessor vel comes hæret Abas.
Præpositura alios opulens exornat alitq;:
Certa Decanatus præmia fertq; suis.
Cetera quis numeret? Canonum quibus ordo notatur,
Nulli non reditus conuenienter eunt.
Vnus erat nobis præfectus Episcopus olim,
Flandria pendebat cuius ab arbitrio.
Is Nouioduno sedem sibi fixit in vrbe,
At postius æquum quinq; obire pares.
Tertius Eugenius Teruacum ita separe dono
Hoc insigniuit, restituitq; sibi.
Tunc quando Alsatius Belgi, tractauit habenas:
Et Teruanensi rexit in orbe sacra.
Nam Morinum iuscripsit se semper Episcopum, & esse:
Gallorum dederat Rex Ludouicus ei.
His pars Flandrorum primaria paruit vltro:
Quæ veteri Comitum nobilis est titulo.
Atrebatensi obsequitur præclara Duacum:
Vrbsq; Armentario nomine nota procul.
A Cameracено qui per diploma secundi
Vrbani ob causas iure refectus agit.
At Samerobrino pars imperialis adhæsit,
Flandria quæ dici proprietaria amat.
Vltraiectensi suberant ambacta quaterna,

Vnda-

Vndarum ſpatio quod modico atq; breui
A Valachris diſiuncta forent ſub Præſule Diuo
Wilbrodo, cuius nomine gaudet adhuc
Vrbs Vtricum, per quem poſuit rituſq; profanos,
Accepitq; ſacros, & fuit aucta Deo.
Horum ius iuſtum in Flandros, & magna poteſtas
Ætatis noſtræ venit aduſque gradum:
Qua Rex tempeſtate gerebat ſceptra Philippus:
Ille Pii Quarti Principis obſequio
Reſtrictis aliis tres Flandra per oppida iuſſit
Commiſſi curis inuigilare gregis.
Primus Gandauo poſuit prætoria in ampla.
Alter Brugarum cenſor in arce colit.
Tertius Yprenſi vigil excubat vrbis in ora:
Scilicet vt conſtet ſacra ita ritè Trias,
Cuiq, ſui fines præſcripti, & iura diſertim:
Collidar fratres ne mala forſit Eris.
Teutonica his regio quam lata eſt longaq; paret:
Excipe Aloſtanæ conditionis humum
Machlinei ceſſit quæ ſummi Antiſtitis in ius,
Excipe Curtracum, Caſteliûmq; ſola,
Quæ Turnacenſe agnoſcunt ſubiecta Tribunal.
Tum Caſletani portio maxima agri,
Burburgumq; vber, qua vergit ad Heſperum & æquor
Præſulis Audomarûm iuſſa iugumque ferunt.
Fert animus triadis ſacros memorare Diales.
Æuo qui florent & viguere meo.
Vrbe in primori poſt vitæ munia ſaucte
Completa, ex hominum cœtu abiere duo
Ianſenius princeps Lindanus eumq; ſecutus
Horum ſucceſſor pontificale tenet
Ius priſca celeber pietate, & ſtirpe Damantus
Cuius viuentis nunc micat altus honos,
Vt micat ex oriente diei candida ſtella,
Auroræ graditur quæ vigil ante iubar.

Bruga habuit plures. Petri lux aurea Curti
Ablata est, Drutium mors quoq; auara tulit.
Et modo Lambertus fatis ereptus obiuit:
Qui superest, par est omnibus; imo prior.
Carolus Austrasia prælustri ab origine, priscos
Ipse atauos vincit nobilitate sua.
Nobilitate animi ac morum: tum fronte serena
In quemuis quamuis plebe sit ex humili
Nemo magis comis. doctrinam mirer in illo,
An facile eloquium? pollet vtroque simul.
Muneris impositi partes obit assiduo omnes:
Pergit & intento pectore laudis iter,
Otia nulla terens quid enim terat otia? cuius
Omnis in hoc mens est publicum amare bonum.
Principibus merito gratissimus omnibus aullæ est;
Et potuit Reges conciliare sibi:
Pontificesque. palam id loquitur legatio, quam pro
Virginibus obiit gnauiter Hannoniis.
Quas ortu claras pia VValdetrudis adoptans
Ad seclas fecit perpetuumque suas.
Illarum caussam Latia sublimis in aulla
Egit Gregorii Principis ante pedes.
Pondere verborum motæ Tiberinides vndæ,
Montis & æterni subsiliere iuga.
Obstupuitq galeritus cum Rege Senatus
Oranti indulgens quicquid opis peteret.
Has propter dotes summos indeptus honores
Est & opes nulla nullius inuidia.
Nam fauet ingeniis & dextræ largus in omnes
Pupillum ac viduam munifice vsq; fouet.
Conuiloque suo dum lis regnum obtinet ac vis,
Alter ceu Nestor turbida quæque domat.
Quodque admirari seclum non desinet vllum
Per mala secla ferocum & fuit estque bonus.
Cuius si similes paucos res Belgica haberet,

Arma

Arma recessissent impia, Paxque foret.
Si usa piis certe præstaret nostra sub armis:
In gremio pacis Flandria tuta foret.
Prodita religio (atris non esset aucta,
Quæ nunc membratim dilacerata gemit,
Emissura animam extemplo, si pergat Agenor
Vt soleat nisi huic medicam porrò adhibere manum.
Yprenses moror. Ypra duos tantummodo nouit,
Rythouioq; olim quam liberorba Patre
Luxerit, exultat contra Simone superba,
Præpositum Petri qui bene nomen habet.
Nam gerit inuersum velut alter Apostolus illud.
Dictus erat Simon maximus ante Petrus.
Hic Petrus est Simon quis nomina congrua iustis
Laudibus attollat? Præsul & iste sacer.
Audit, & in Domini laudes studio eximio ardet,
Pro Domino atque aris certus adire necem.
Viuat, & vna Ypram decoret, Brugasque paternas,
Namque orbi decus hoc vrbs quoque nostra dedit.

*Ad Senatum Gandauensem.*

Et volui & poteram proceres, meliora dedisse,
Quo meus in Gandam notior esset amor.
Sed mihi tentanti laudes vestræ in cinere Vrbis
Musa verecunde virgo negauit opem
Neue animo nimis indulgens aliena licenter
Munia præriperem caurim ita me monuit.
In segetem alterius cur falcem immitis? an inquit
Vrbem tam magnam Vate carere putas?
Vrbs hæc innumeros alit & fouet ore disertos:
Sit temere officium ciuis obire pudor.
Illic progeniti ciuis, cui liquida vena est:
Quemque sibi agnatum Calliopeia velit.
Vriendius hic talis, Gandæ vocalis aedon:
Ille citas sistit carmine Scaldis aquas

Thrax olim vt Vates, cuius testudine captus
Strymon torrentes flexit & Hebrus equos.
Heinsius est talis, qui quamuis longiter absit,
Et trans Oceanum tecta aliena colat,
Non tamen idcirco terræ est oblitus alumnæ,
Aut segnis patrium tollere laude decus.
Nectareis illi succis os imbuit Arcas,
Arcas Atlandiades, & dedit alta loqui.
Talis & Harduinius, docuit quem Græcia sollers
Molliter Æoliis nectere verba modis;
Ausonis & Siren citharam pulsare marinam:
Siue homines libeat dicere siue Deos.
Aut Vrbis patriæ memorandum condere nomen;
Frontis es eduræ ni mea dicta probes.
Parui. & hæc paucis Diua properata fauente
Mitto Patres vobis, consulite illa boni.

*Encomium Vrbis Ganda.*

Felix Gandauum Flandri caput orbis honosq;
Olim Clarineæ quam posuere manus.
Seu libet auctorem potiorem agnoscere Caium;
Cæsaris auspiciis fama tibi orta vetus.
Quæ modo macta volat, nomenq; tuum omnibus oris
Didit ouans, qua Sol occidit aut oritur.
Tu bello, tu pace potens; nulliq; secunda
Iustitia antistans & pietate viges.
Te facilis frugum tellus, te liquidus aer,
Mitisque & rerum copia larga beant,
Terna tibi centum permanant flumina pontes:
Commoda quis credat vni ea nata loco.
Dumque tributa suis exponunt obuia ripis,
Murmure compresso te venerantur Heram.
Et tua tecta iubent semper sublimia stare,
In pelagus prono dum pede lapsa fluent.
Primus carbaseo scapulas velatus amictu,

Celsaque

Celsaque taurina cornua fronte leuans
Scaldis iter signat cursuque per arua citato
Velox præcipites voluere gaudet aquas.
Liuia mox sequitur, redimitus arundine crinem:
Impetus est illi sed minor ire citum.
Lisa pari properans lapsu liquidum incitat agmen.
Fratres germanos, tergeminosq; putes.
Siue magis Scaldin libet appellare parentem,
Cuius vis fluuio mascula maior inest:
Sane eat inter eos hoc nomine Scaldis honestus,
Dum modo sit natus Liuia, Lisa nepos.
Diffusa es spatio ingenti: non amplior ipsa
Est Mediolanum; sit spatiosa licet.
Curia te princeps decorat; tibi limina mille
Passim regifico cultu operosa nitent.
Templaque Diuorum consurgunt ardua, nubes
Fronte ferire putes, & domum adire Iouis.
Nobilitasq; frequens antiqua à stirpe parentum
Floret adhuc nullos degener inter auos.
Artificum tibi multa manus: manus innumera illa est
Elino & lana quæ probe texta struit.
Hanc tamen exsuperat, sic aiunt, nautica pubes
Transtra colens patrias plurima propter aquas.
Sex intra muros, & viginti insulæ, amenam
Atq; admirandam te merito faciunt.
Illic credibile est salientes aggere in alto
Naiades festos ducere sæpe choros.
Dux quibus alma Dryas comtis spectanda capillis
Molle iecur iuuenum percutit igne nouo,
Ante alias laus priua tibi est cunabula summi
Principis adserues quod tua in vrbe sacra.
Illa diu exhibeant populis spectacula grata,
Hospes ab externo quæ procul orbe petat:
Adspergatque volens violis, nimboque rosarum:
Hæcque suo mittens pectore verba sonet.

Silua paludosis inuia vorticibus.
Vixque breuem vnius directi semita pontis
Panderet indigenis hospitibusque viam.
Quid tunc *Bruga* fuit templum cum virginis almæ,
Vnum Pleumosia erexit in aree caput?
Atque vbi nunc Grudiis dicuntur iura coactis
Custos ad ferrum perstitit vsque vigil.
Murus erat natura loci modo Curia duplex
Est vbi carpebat gramina molle pecus.
Prisca vbi Querceti domus ardua surgit in auras,
Insula, Hamadryadum tunc fuit illa domus.
Aure meam facili Patres admittite Musam,
Forte noua pretium sedulitate meret,
Si ferat hoc vestro blande prouecta fauore,
Vos super ipsa canet astra secuta Deam.

*De origine situ, & celebritate Brugarum.*

Nunc mihi Brugarum primordia pangere mens est:
Vrbs hæc per gentes alite honoris abit.
Iouit eam cultor si quis procul orbis Eoi,
Et thalamo Auroram surgere mane videt.
Iouit eam, extrema primus quæ Bethicæ in ora
Noctiferum fusco currere cernit equo.
Nec dubium Scythicis quin sit quoque cognita terris,
Septena vt propriam quam rigat Vrsa face.
Et Lybiam ne quis laudes neget illius isse,
Norit in Ammericum porro abiisse sola.
Imq; alio orbe nouam caput alte tollere Brugis:
Et populis illic pluribus esse caput.
Sed tenebris æui densis sunt pleraque operta:
Quis vigil hæc Lynceus abdita qui penetret?
Præsertim monumenta Patrum cum rara supersint,
In tantis esto Delie dux salebris.
Tu quamuis atras arcu caliginis vmbras
Discutis: hinc auro sunt lita tela tibi.

Nox tibi victa fugit, quoties oculum igne micantem
Exseris, & currus Oceani amne leuas:
Spissum iter ingredior: pietas sed patria vires
Subiicit, & facilem te fore spero Pater.
Obuia quid sector? celsa appetit ignea Virtus.
Ex humili nunquam laus opere ampla fuit.
Iulius Assaraca Troianus origine Cæsar
Hæc loca præsidiis muniit apta suis.
Tempore quo Gallos Capitolia nota petentes
Alpibus exclusit, vi sua, & Vrbis ope
Bella mouens, decimum quæ distulit acer in annum.
Neruius. Hinc alio sed reuocante Ducem
Ciuili motu, Belgi, tutela Trebonio
Credita, qui curam cum legione gerens
Bis bina imperii mansit: populumq; sub ictu
Continuit, donec post alii atque alii
Successere Duces Latii, tandem arma animosq;
Induit, ob luxum segnitiemque Ducum
Neruius, & pressæ cepit moderamina gentis
Belliger. Hunc duplices in statione vices
Alternis obiisse ferunt. pars altera, nempe
Altior in Bauacis nobilitata manet.
Altera ab excubiis Leuacorum nomine agendis
Dicta, soli custos inferioris erat.
Illa per Hannoniam contra arma, manusq; Rhemorum
Sæpe sibi laudem, sæpe decus peperit.
Ista, vbi nunc Brugæ celebres super æthera surgunt,
In Pictum, in Scotum Marte fauente sterit.
Hybernosq; Getas, aquilonigenasq; Britannos
Iussit Cleumosiis cedere litoribus.
Et nisi concessa commercia iungere lege:
Terror piratis nam fuit, & scopulus.
Nemo illa prohibente sinus impune Rutenos
Sulcabat. pœnas quin lueret meritas.
Vera hæc esse canunt, plures, quibus abdita curæ

Scruta-

Scrutari, & scriptis prodere in ora suis
Nec certe à vero discedere tramite varo,
Arces tot nobis inditio esse queunt.
Non procul á sese constructæ ita cyclade pulchra
Circiter, in corpus ceu coiisse parent.
Aspice *Roburgum* pomeria pandit ab ortu:
Parte alia *Ostburgum* visitur ad Boream.
Templa die á medio *Astburgi* spectanda videntur,
Clara *Aldenburgum* non minus à Zephyro est.
Inter eas Leuaci *Burgum* velut in medio cor
Primas obtinuit; forte ibi Dux *Morinum*
Neruius, vt Stator Princeps, prætoria habebat,
Arcibus vt reliquis addere posset opem.
Subsidiumq; suis submittere, concita ab alto
Bellica tempestas si qua repente foret.
Sunt qui vastata Altburgo Nortmanna per arma
Affirment Brugas illius è lapide;
*Muratas* contra Danos: falluntur, ad vsus
Tales, tunc lapidum nulla habita est ratio.
Oppida nam vallo præcingebantur acerno:
Fidaq; suggesto cespite obibat humus.
Autumo nec falli me credo pudenter, ab ipso
Cremento Leuaci proximiora sola
Paullatim populis coeuntibus aucta fuisse,
Et simul ob causas interiisse semel.
Hic enim in Oceani refluo per rura meatu
Pons erat è ligno, quem prope septa modo
Cœtus habet fratrum, Patri iuratus Ibero
E *Mauricorum* qui lare stemma trahit.
Hunc vulgo pontem Leuaci stata tigna vocabant,
Nominis hinc Brugarum vltima origo scatet.
Hac Morinis iter occidua de parte patebat,
Cum peterent Batauos, Aruaticumque domos.
Aut Germanorum recto sola limite adirent:
Cetera inaccessis vasta voraginibus

Tesca fuere feris siluestribus horrida latè:
Vix agili Satyrorum ipsi adeunda gregi.
Inter eum atque arcem per diuersoria sparsim
Hospitibus tutas Copia fudit opes.
Hæc propugnaclis validis circum vndiq; septa
In vicos sensim sunt positu apta loci.
Talibus auspiciis *Pontane* ad sidera moles
Creuêre, & facta est maxima Bruga forum.
Totius Europæ, atque *Asiæ* commune sub arcto
Extera eam quæuis natio, ceu patriam
Incoluit, felix olim cum nomine Flandro
Hanc vnam propter Belgica censa fuit.
Quis peregre rediens salientem è culmine auito
Non capitur fumum cernere luce nigra?
Nemo adeo mentis duræ, vel barbarus est quin
Sentiat hunc affectum ingenitum esse sibi.
Quanto igitur grarum magis, atque acceptius illis
In patriam doctus quos stimulo excit amor,
Hunc velut è fumo flammam vidisse micantem
Sub quo natalis pæne erat obruta humus?
Obruta. Namq; vrbis tantæ quis prodidit ortum?
Nulli flamma fuit, sed neque fumus adhuc
Cognitus excipio Cruquii conamina filum
Vnicus hic nobis per loca senta dedit.
Ne labyrintheis in flexibus auius irem
Floreat assiduis illius vrna rosis.
Nec cuiquam id debet, mirumque nouumq; videri
Solius è scriptis Cæsaris hæc regio
Inferior nota est: post illum, mentio nulli
Præter qui sanctam sanguine Christicolûm
Signauêre fidem charus, dum dira piorum
Funera commemorant & meminêre simul
Huius per caussam tractus: debemus honorem
Hunc Domini adsectis, barbariem atque truces
Hinc *Morinûm* mores pulsos pietate reposta,

Qux

Quæ superûm sollers nos sola ad alta leuat.
Salue Vrbs pulchra situ, cultuq; superba penuq;:
Non temerè è nostris par alia vlla tibi est:
Non Bruxella domus Nympharum, & Regia sedes:
Non vaga Gondunum, Louaniumque pium.
Præpete nec portu præcincta Antverpia, quamuis
Et Plutum credat, Mercuriumque suos.
Te clari proceres, te rebus idonea pubes
Laudandam mittunt orbis in omne latus.
Æmula Cecropiæ decorat te gloria gentis,
Contendit Latiis te tuus altus honor.
Ingenium ipsa tuis Pallas formauit alumnis,
Siue colant pacem, seu fera bella gerant.
Neue suos iactet Roma ambitiosa Quirites:
Tu quoq; habes Curios, Fabriciosq; graues.
Tollat Aristides veteres neu solus Athenas,
Iustitiæ cultor multus vbiq; tibi est.
Sed frustra Morinos mediter proferre Lycurgos,
Alma Themis sedem fixit in æde tua.
Hinc auro rutilante micat tibi fulua Corona:
Ciuica quam gestat vertice macta domus.
Hæc à Parisio quondam tibi missa Senatu,
Æqui testatur te studium esse penes.
Et dignam tali celebrem quam fama trophæo:
Sublimemq; alis sursus ad astra vehat.
Nec leuis à sexu laus est tibi fœmineo, Vrbes
Excipit ante alias te sibi diua Venus.
Ipsa venustatis meriro mera crederis aulla:
Submittit fastus Idalium atque Paphos.
Aspice quo vultu candens, quam culta decenter
Prodeat in thalamos pacta puella viro.
Seu delubra petat cœtu stipata frequenti:
Siue agilis certa lege choros obeat?
Omnibus affigit dulces in pectore curas:
Nascitur, & florer sub pede verna rosa.

Talis

Inde Sacerdotes delecti, in publica vota
Officio attentum qui meruere Deum.
Numinis ipsa quibus castam præsentia mentem
Accendit sanctis macta ministeriis.
Hi quoties cœtus procerum res publica poscit
Siue domi turgens, siue agitata foris,
In commune bonum promunt suffragia primi,
Scamma celebrantes, editiore loco.
Hoc vitæ ratio cœlestis, & ista beati
Muneris incrementa, hoc bene parta merent.
Princeps sacrorum censetur Episcopus. illi
Ad latus adsessor vel comes hæret Abas.
Præpositura alios opulens exornat alitq;:
Certa Decanatus præmia fertq; suis.
Cetera quis numeret? Canonum quibus ordo notatur,
Nulli non reditus conuenienter eunt.
Vnus erat nobis præfectus Episcopus olim,
Flandria pendebat cuius ab arbitrio.
Is Nouioduno sedem sibi fixit in vrbe,
At postius æquum quinq; obire pares.
Tertius Eugenius Teruacum ita separe dono
Hoc insigniuit, restituitq; sibi.
Tunc quando Alsatius Belgl. tractauit habenas:
Et Teruanensi rexit in orbe sacra.
Nam Morinum inscripsit se semper Episcopum, & esse
Gallorum dederat Rex Ludouicus ei.
His pars Flandrorum primaria paruit vltro:
Quæ veteri comitum nobilis est titulo.
Atrebatensi obsequitur præclara Duacum:
Vrbsq; Armenterio nomine nota procul.
A Cameracено qui per diploma secundi
Vrbani ob causas iure refectus agit.
At Samerobrino pars imperialis adhæsit,
Flandria quæ dici proprietaria amat.
Vltraiectensi suberant ambacta quaterna,

Vnda-

Vndarum spatio quod modico atq; breui
A Valachris disiuncta forent sub Præsule Diuo
Wilbrodo, cuius nomine gaudet adhuc
Vrbs Vtricum, per quem posuit ritusq; profanos,
Accepitq, sacros, & fuit aucta Deo.
Horum ius iustum in Flandros, & magna potestas
Ætatis nostræ venit adusque gradum:
Qua Rex tempestate gerebat sceptra Philippus:
Ille Pii Quarti Principis obsequio
Restrictis aliis tres Flandra per oppida iussit
Commissi curis inuigilare gregis.
Primus Gandauo posuit prætoria in ampla.
Alter Brugarum censor in arce colit.
Tertius Yprensi vigil excubat vrbis in ora:
Scilicet vt constet sacra ita ritè Trias,
Cuiq, sui fines præscripti, & iura discrtim:
Collidat fratres ne mala forsit Eris.
Teutonica his regio quam lata est longaq; paret:
Excipe Alostanæ conditionis humum
Machlinei cessit quæ summi Antistitis in ius,
Excipe Curtracum, Castelióq; sola,
Quæ Turnacense agnoscunt subiecta Tribunal.
Tum Casletani portio maxima agri,
Burburgumq; vber, qua vergit ad Hesperum & æquor
Præsulis Audomarûm iussa iugumque ferunt.
Fert animus triadis sacros memorare Diales.
Æuo qui florent & viguere meo.
Vrbe in primori post vitæ munia sancte
Completa, ex hominum cœtu abiere duo
Iansenius princeps Lindanus eumq; secutus
Horum successor pontificale tenet
Ius prisca celeber pietate, & stirpe Damantus
Cuius viuentis nunc micat altus honos,
Vt micat ex oriente diei candida stella,
Auroræ graditur quæ vigil ante iubar.

Bruga habuit plures. Petri lux aurea Curti
Ablata est, Drutium mors quoq; auara tulit.
Et modo Lambertus fatis ereptus obiuit:
Qui supereſt, par est omnibus; imo prior.
Carolus Austrasia prælustri ab origine, priscos
Ipse atauos vincit nobilitate sua.
Nobilitate animi ac morum: tum fronte serena
In quemuis quamuis plebe sit ex humili
Nemo magis comis. doctrinam miter in illo,
An facile eloquium? pollet vtroque simul.
Muneris imposiri partes obit assiduo omnes:
Pergit & intento pectore laudis iter,
Otia nulla terens quid enim terat otia: cuius
Omnis in hoc mens est publicum amare bonum.
Principibus merito gratissimus omnibus aulæ est;
Et potuit Reges conciliare sibi:
Pontificesque. palam id loquitur legatio, quam pro
Virginibus obiit gnauiter Hannoniis.
Quas ortu claras pia VValderrudis adoptans
Ad secias fecit perpetuumque suas.
Illarum causſam Latia sublimis in aulla
Egit Gregorii Principis ante pedes.
Ponderis verborum mota Tiberinides vndæ,
Montis & æterni subsiliere iuga.
Obstupuitq galeritus cum Rege Senatus
Oranti indulgens quicquid opis peteret.
Has propter dotes summos indeptus honores
Est & opes nulla nullius inuidia.
Nam fauet ingeniis & dextræ largus in omnes
Pupillum ac viduam munifice vsq; fouet.
Comitoque suo durâ lis regnum obtinet ac vis,
Alter ceu Nestor turbida quæque domat.
Quodque admirari seclum non desinet vllum
Per mala secla ferocum & fuit estque bonus.
Cuius si similes paucos res Belgica haberet,

Arma

Arma recessissent impia. Paxque foret.
Slusa piis certe præstaret nostra sub armis:
In gremio pacis Flandria tuta foret.
Prodita relligio Cattis non esset auita,
Quæ nunc membratim dilacerata gemit,
Emissura animam extemplo, si pergat Agenor
Vt solet ni huic medicam porrò adhibere manum.
Yprenses moror. Ypra duos tantummodo nouit,
Rythouioq, olim quamlibet orba Patre
Luxerit, exultat contra Simone superba,
Præpositum Petri qui bene nomen habet.
Nam gerit inuersum velut alter Apostolus illud.
Dictus erat Simon maximus ante Petrus.
Hic Petrus est Simon quis nomina congrua iustis
Laudibus attollat? Præsul & iste sacer.
Audit, & in Domini laudes studio eximio ardet,
Pro Domino atque aris certus adire necem.
Viuat, & vna Ypram decoret, Brugasque paternas,
Namque orbi decus hoc vrbs quoque nostra dedit.

*Ad Senatum Gandauensem.*

Et volui & poteram proceres, meliora dedisse,
Quo meus in Gandam notior esset amor.
Sed mihi tentanti laudes vestræ in cinere Vrbis
Musa verecunde virgo negauit opem
Neue animo nimis indulgens aliena licenter
Munia præriperem cautim ita me monuit.
In segetem alterius cur falcem immitis? an inquit
Vrbem tam magnam Vate carere putas?
Vrbs hæc innumeros alit & fouet ore disertos:
Sit temere officium ciuis obire pudor,
Illic progeniti ciuis, cui liquida vena est:
Quemque sibi agnatum Calliopeia velit.
Vriendius hic talis, Gandæ vocalis aedon:
Ille citas sistit carmine Scaldis aquas

Thrax olim vt Vates, cuius testudine captus
Strymon torrentes flexit & Hebrus equos.
Heinsius est talis, qui quamuis longiter absit,
Et trans Oceanum tecta aliena colat,
Non tamen idcirco terræ est oblitus alumnæ,
Aut segnis patrium tollere laude decus.
Nectareis illi succis os imbuit Arcas,
Arcas Atlandiades, & dedit alta loqui.
Talis & Harduinius, docuit quem Græcia sollers
Molliter Æoliis nectere verba modis;
Ausonis & Siren citharam pulsare marinam:
Siue homines libeat dicere siue Deos.
Aut Vrbis patriæ memorandum condere nomen;
Frontis es eduræ ni mea dicta probes.
Parui, & hæc paucis Diua properata fauente
Mitto Patres vobis, consulite illa boni.

*Encomium Vrbis Ganda.*

Felix Gandauum Flandri caput orbis honosq;
Olim Clarineæ quam posuere manus.
Seu libet auctorem potiorem agnoscere Caium;
Cæsaris auspiciis fama tibi orta vetus.
Quæ modo macta volat, nomenq; tuum omnibus oris
Didit onans, qua Sol occidit aut oritur.
Tu bello, tu pace potens, nulliq; secunda
Iustitia antistans & pietate viges.
Te facilis frugum tellus, te liquidus aer,
Mitisque & rerum copia larga beant,
Terna tibi centum permanant flumina pontes:
Commoda quis credat vni ea nata loco.
Dumque tributa suis exponunt obuia ripis,
Murmure compresso te venerantur Heram.
Et tua tecta iubent semper sublimia stare,
In pelagus prono dum pede lapsa fluent.
Primus carbaseo scapulas velatus amictu,

Celsaque

Celsaque taurina cornua fronte leuans
Scaldis iter signat cursuque per arua citato
Velox præcipites voluere gaudet aquas.
Liuia mox sequitur, redimitus arundine crinem:
Impetus est illi sed minor ire citum.
Lisa pari properans lapsu liquidum incitat agmen.
Fratres germanos, tergeminosq; putes.
Siue magis Scaldin libet appellare parentem,
Cuius vis fluuio mascula maior inest:
Sane erat inter eos hoc nomine Scaldis honestus,
Dum modo sit natus Liuia, Lisa nepos.
Diffusa es spatio ingenti: non amplior ipsa
Est Mediolanum; sit spatiosa licet.
Curia te princeps decorat; tibi limina mille
Passim regifico cultu operosa nitent.
Templaque Diuorum consurgunt ardua, nubes
Fronte ferire putes, & domum adire Iouis.
Nobilitasq; frequens antiqua à stirpe parentum
Floret adhuc nullos degener inter auos.
Artificum tibi multa manus: manus innumera illa est
E lino & lana quæ probe texta struit.
Hanc tamen exsuperat, sic aiunt, nautica pubes
Transtra colens patrias plurima propter aquas.
Sex intra muros, & viginti insulæ, amenam
Atq; admirandam te merito faciunt.
Illic credibile est salientes aggere in alto
Naiades festos ducere sæpe choros.
Dux quibus alma Dryas comtis spectanda capillis
Molle iecur iuuenum percutit igne nouo,
Ante alias laus priua tibi est cunabula summi
Principis adserues quod tua in vrbe sacra.
Illa diu exhibeant populis spectacula grata,
Hospes ab externo quæ procul orbe petat:
Adspergatque volens violis, nimboque rosarum:
Hæcque suo mittens pectore verba sonet.

Silua paludosis inuia vorticibus.
Vixque breuem vnius directi semita pontis
Panderet indigenis hospitibusque viam.
Quid tunc *Bruga* fuit templum cum virginis almæ,
Vnum Pleumosia erexit in arce caput?
Atque vbi nunc Grudiis dicuntur iuta coactis
Custos ad ferrum perstitit vsque vigil.
Murus erat natura loci modo Curia duplex
Est vbi carpebat gramina molle pecus.
Prisca vbi Querceti domus ardua surgit in auras,
Insula, Hamadryadum tunc fuit illa domus.
Aure meam facili Patres admittite Musam,
Forte noua pretium sedulitate meret,
Si ferat hoc vestro blande prouecta fauore,
Vos super ipsa canet astra secuta Deam.

*De origine situ, & celebritate Brugarum.*

Nunc mihi Brugarum primordia pangere mens est:
Vrbs hæc per gentes alite honoris abit.
Nouit eam cultor si quis procul orbis Eoi,
E thalamo Auroram surgere mane videt.
Nouit eam, extrema primus quæ Bethicæ in ora
Noctiferum fusco currere cernit equo.
Nec dubium Scythicis quin sit quoque cognita terris,
Septena vt propriam quam rigat Vrsa face.
In Lybiam ne quis laudes neget illius isse,
Norit in Ammericum porro abiisse sola.
Iamq; alio orbe nouam caput alte tollere Brugin:
Et populis illic pluribus esse caput.
Sed tenebris æui densis sunt pleraque operta:
Quis vigil hæc Lynceus abdita qui penetret?
Præsertim monumeuta Patrum cum rara supersint,
In tantis esto Delie dux salebris.
Tu quamuis atras arcu caliginis vmbras
Discutis: hinc auro sunt lita tela tibi.

Nox tibi victa fugit, quoties oculum igne micantem
Exseris, & currus Oceani amne leuas:
Spissum iter ingredior: pietas sed patria vires
Subiicit, & facilem te fore spero Pater.
Obuia quid sector? celsa appetit ignea Virtus.
Ex humili nunquam laus opere ampla fuit.
Iulius Assaraca Troianus origine Cæsar
Hæc loca præsidiis muniit apta suis.
Tempore quo Gallos Capitolia nota petentes
Alpibus excluſit, vi sua, & Vrbis ope
Bella mouens, decimum quæ distulit acer in annum
Neruius. Hinc alio sed reuocante Ducem
Ciuili motu, Belgæ, tutela Trebonio
Credita, qui curam cum legione gerens
Bis bina imperii mansit: populumq; sub ictu
Continuit, donec post alii atque alii
Succeſſere Duces Latii, tandem arma animosq;
Induit, ob luxum segnitiemque Ducum
Neruius, & pressæ cepit moderamina gentis
Belliger. Hunc duplices in statione vices
Alternis obiisse ferunt. pars altera, nempe
Altior in Bauacis nobilitata manet.
Altera ab excubiis Leuacorum nomine agendis
Dicta, soli custos inferioris erat.
Illa per Hannoniam contra arma, manusq; Rhemorum
Sæpe sibi laudem, sæpe decus peperit.
Ista, vbi nunc Brugæ celebres super æthera surgunt,
In Pictum, in Scotum Marte fauente stetit.
Hybernosq; Getas, aquilonigenasq; Britannos
Iussit Cleumosiis cedere litoribus.
Et nisi concessa commercia iungere lege:
Terror piratis nam fuit, & scopulus.
Nemo illa prohibente sinus impune Rutenos
Sulcabat. pœnas quin lueret meritas.
Vera hæc esse canunt, plures, quibus abdita curæ

Scrita..

Scrutari, & scriptis prodere in ora suis
Nec certe à vero discedere tramite varo,
Arces tot nobis inditio esse queunt.
Non procul á sese constructæ ita cyclade pulchra
Circiter, in corpus ceu coiisse parent.
Aspice *Roburgum* pomeria pandit ab ortu:
Parte alia *Ostburgum* visitur ad Boream.
Templa die á medio *Astburgi* spectanda videntur,
Clara *Aldenburgum* non minus à Zephyro est.
Inter eas Leuaci *Burgum* velut in medio cor
Primas obtinuit; forte ibi Dux *Morinum*
Neruius, vt Strator Princeps, prætoria habebat,
Arcibus vt reliquis addere posset opem.
Subsidiumq; suis submittere, concita ab alto
Bellica tempestas si qua repente foret.
Sunt qui vastata Altburgo Nortmanna per arma
Affirment Brugas illius è lapide;
*Muratas* contra Danos falluntur, ad vsus
Tales, tunc lapidum nulla habita est ratio.
Oppida nam vallo præcingebantur acerno:
Fidaq; suggesto cespite obibat humus.
Autumo nec falli me credo pudenter, ab ipso
Cremento Leuaci proximiora sola
Paullatim populis coeuntibus aucta fuisse,
Et simul ob causas interiisse semel.
Hic enim in Oceani refluo per rura meatu
Pons erat è ligno, quem prope septa modo
Cœtus habet fratrum, Patri iuratus Ibero
E *Mauricorum* qui lare stemma trahit.
Hunc vulgo pontem Leuaci stata tigna vocabant.
Nominis hinc Brugarum vltima origo scatet.
Hac Morinis iter occidua de parte patebat,
Cum peterent Batauos, Aruaticumque domos.
Aut Germanorum recto sola limite adirent:
Cetera inaccessis vasta voraginibus

Quæ superûm sollers nos sola ad alta leuat.
Salue Vrbs pulchra situ, cultuq; superba penuq;:
Non temeré è nostris par alia vlla tibi est:
Non Bruxella domus Nympharum, & Regia sedes:
Non vaga Gondunum, Louaniumque pium.
Præpete nec portu præcincta Antverpia, quamuis
Et Plutum credat, Mercuriumque suos.
Ve clari proceres, te rebus idonea pubes
Laudandam mittunt orbis in omne latus.
Æmula Cecropiæ decorat te gloria gentis,
Contendit Latiis te tuus altus honor.
Ingenium ipsa tuis Pallas formauit alumnis,
Siue colant pacem, seu fera bella gerant.
Neue suos iactet Roma ambitiosa Quirites:
Tu quoq. habes Curios, Fabriciosq; graues.
Tollat Aristides vereres neu solus Athenas,
Iustitiæ cultor multus vbiq; tibi est.
Sed frustra Morinos mediter proferre Lycurgos,
Alma Themis sedem fixit in æde tua.
Hinc auro rutilante micat tibi fulua Corona:
Ciuica quam gestat vertice macta domus.
Hæc a Parisio quondam tibi missa Senatu,
Æqui testatur te studium esse penes.
Et dignam tali celebret quam fama trophæo:
Sublimemq; alis sursus ad astra vehat.
Nec leuis à sexu laus est tibi fœmineo, Vrbes
Excipit ante alias te sibi diua Venus.
Ipsa venustatis meriro mera crederis aulla:
Submittit fastus Idalium atque Paphos.
Aspice quo vultu candens, quam culta decenter
Prodeat in thalamos pacta puella viro.
Seu delubra petat cœtu stipata frequenti:
Siue agilis certa lege choros obeat?
Omnibus affigit dulces in pectore curas:
Nascitur, & florer sub pede verna rosa.

Talis

Talis frenato delphine per æquora vecta est
Pelidæ mater clara futura Thetis.
Sic Iuno ad tædas fratri deducta marito
Visa faces oculis prodigere atque genis.
Haud aliter Cynthi dum per iuga frondea fertur
Agmen Oresteadûm Virgo Diana regit.
Non me vana loqui testis mihi fœmina Princeps
Gallica quæ gessit sceptra potente manu.
Illa toro Pulchri feliciter aucta Philippi,
Venit ad has oras concomitata suis.
Qui simul ac speciem lustrarunt vrbis amenæ,
Spectando expleri non potuêre satis.
Laudarunt arcem, pontes, fora, templa, plateas,
Ceteraq; ingenti structa opera arte virûm.
At Regina nurus tot passim vbi vidit in auro
Corporis egregii prodere molle decus:
Inuidiæ iaculo velut icta repente, mei, inquit,
Reginam proceres me populique vocant.
Et rebar solam tali me nomine, verùm
Centum hîc Reginas conspicor, imo deas.
Quid sequar vlteriora? tuis hic altus in oris
Odoacer, cuius fama perennat anus.
Quem sola tutantem stupuit Grutenia Mauors,
Libertat hostili dum tua rura metu.
Quo duce Belga ferox Latium migrauit in orbem,
Subq; iugum victor compulit Hesperiam.
Imperiumq, diu tenuit virtute potenti
Septem illi colles qui caput orbis erant
Submisere caput, sic quæ prius acriter arma
Vrbs tulit in Belgas, post sua vidit eis
Arma graui fato pariter subiecta: Deorum
Scilicet hæc lex est, sit sui vt vsque memor
Quilibet in terris nulli regnum esse perenne,
Sed variare vices, more fluentis aquæ.
Sume age promeritas lauros, ferroque virenti

Iam:

Iam canescentes Bruga recinge comas.
Colla inbainque Leo quariens tuus erigat alte:
Perq, tuos pontes repat, & astra petat.
Herculeiq; comes spectetur in arce leonis
Ætheria, & flagret perpetuo igne tui.
Inde fauens vrbi: cuius vexilla, sigilla
Stemmata magnanimo condecorata notat
Aurea turrigero radient fastigia cono:
Flammeus ardentes, & vomat vinbo globos.
Soletur mœstum tibi gloria prisca dolorem;
Non semper simili sidere Luna nitet.
Interdum pallens percurrit cærula mundi:
Obnupto interdum nubibus ore latet.
Mox tamen extetso vultu regina bicornis
Astrorum ducit suspicienda choros.
Te quoque concussam melior fortuna fouebit,
Quique tibi Genius dexter adesse solet.
Tolle animos: soluent pœnas tibi turba profana:
Quos auida in prædas mens docet esse lupos.
Quamuis subnixi incedant modo maxima opum vi:
Ex rapto longum nemo beatus aget.
Est Nemesis scelerum vindex grauis, illa lupatum
Sustulit; & iam iam comprimet ora feris.
Tu secura tui spectacula læta frueris:
Sic erit Hæc augur cantat Apollo mihi.
Quod dictat Deus ille, ratum est. Pater omine sancit
Iupiter: en, sudum candicat æthra rubens.
Et subitò læuum intonuit: speremus, ab alto
Imminet Harpyis omnibus atra dies.

*Epigramma ad Senatum Vrilatorum.*

Hæc ego quæ cecini paucis celebrata disertis,
Nominis in vestri sint modulata decus.
Plura Senatores mihi mens erat addere: verum
Obstitit ingenii frons pudibunda mei.

Nam

Nam quis plena queat præconia scribere vobis?
Mœonides vatum vix pater illa canat.
Qualiacunq; tamen nobis sunt edita partem
Accipite in meliorem, & mea ferte legi.
Forte vetustati seræ victura resistent.
O ita fama velit, quæ Dea libera amat.

*Franconiæ Telluris & curiæ descriptio.*

Brugas vt potuit cecini modò Terra Vrbata
Huc ades, ad numeros te quoque Musa vocat:
Musa mea augustum meritò venerata Senatum:
Cuius in æterna luce vigebit honos.
Qui tua sollerter procudere commoda quærens
Omnia molitur, quo decus aucta struas:
Haud dispar tibi surgit opus. Tu subdita quondam
Scitis Brugarum sed tibi iura rui
Indulsit Princeps. Ideo quæ iuncta fuerunt
Cantentur pariter nunc quia iuncta manent.
Namque tuum patria subsidit in arce Tribunal:
Iustitiamque sacra virginem in æde tenet.
Tota domus pulchra est, varioque operosa recessu:
Vltro illam credas diuam habitare Themin.
Turre caput modica sublimis ad æthera tollit:
Et solis certo gnomone monstrat iter,
Hinc porta intrantes, & porticus excipit illinc
Marmore quadrato delapidata fabre.
Anterior facies ornatur fronte superba.
Princeps è lapide est effigiatus *Adam*
At latus inde Noe præfert gemina ora verendus
Cui *Pan* adsistens carmine ducit oues.
*Saturnus* sequitur, seruans in acumine falcem
Et natos malis carpit editq; suos.
*Ops* Dea subsequitur, rasa tabula aucta libroq;:
Iunctos ei *Pluto* cum cane sceptra gerit.
In numero postrema chorum *Reuerentia* claudit:

Dextra

Dextra exporrectum fertque manu colubrum.
Scilicet hæc tempestatis bona signa vetustæ
Nos nostræ sortis, officiiq; monent.
Felix qui rerum potuit pernoscere caussas:
Ac pede metiri se moduloq; suo.
Quam multos vento videas turgente supinos
Omnia magna crepare. & petere alta nimis?
Dum sperant sese fastigia summa tenere,
Ex alto pessum præcipitanter eunt.
Qui modo suspexere feroces pulueris instar
Dispersi. in vanum retro abiisse vident.
Discite mortales opibus non fidere, nunquid
Primus in orbe parens non opulentus erat?
Omnia erant subiecta vni, tamen abstulit omnia
Quæ vis hunc campis expulit Elysiiis.
Cuius ab instinctu solos mox iuit in agros
Exul, inops erro, terga premente metu.
Terra laboranti sudata alimenta ferebat.
Sponte sua ad segetes quæ prius alma fuit.
Hoc poterat vitasse malum. nisi blanda maritum
Nupta fefellisset, non bona suada viro.
At tu debueras edicto stare Tonantis
Cur pigitum est vetitis abstinuisse Pater?
Ah miser: ante Deus fueras terrenus in orbe,
Nunc tua postgenitos nos quoq, culpa grauat.
Discite mortales prudenter ferre secunda.
A tergo infestas fors agit atra minas.
Nonne Noam nostis duplici idcirco esse figura?
Ante peracta videt. postque futura cauet.
Viderat ille fero submersas æquore gentes:
Mox sola vernanter gramine picta nouo,
Cunctaq; felici reparata nitescere vultu,
Quæ modo cœruleo præda fuere mari
Viderat; atque metu diuini numinis ictus
Alluxit nobis ad pia facta facem.

Quid

Quid velit inter oues canna Pan quæritis apta?
Posse virum quemuis per loca sola bene
Viuere, lætitiaq; animum mulcere canendo,
Quamliber in tenui procul Vrbe colat.
Falciferi quid signa velint si nosse libido est.
Agricolæ gnauo quæ putet atque metat
Semper humum præbere scias. Sed cur vorat ortos
Ex se? Viuendo præteriisse suos
Narratur longæuus. edax ita singula tempus
Quæ profert aufert, nilque perenne sinit.
Quæritis ipsa Rheæ simulacra quid vtile signent?
Magna Deûm atque hominum creditur illa parens,
Nec non quadrupedum mater, generi vsque ferarum
Pabula subiiciens frugiferente sinu.
Gentibus hinc variis sacrorum more probato
Est visum hanc terræ nominitare globum.
Qui sacra cunque poli meruerunt scandere templa,
E terra Heroes DIque fuêre sati.
Iupiter, Alcides, Pollux cum fratre sacrati
Ciarum sic astris inseruere caput.
Et quia multarum potitur primordia rerum,
Fert tabulam rasam, quas cupis inde notas,
Efferet acceptas, ceu prodit scripta volumen:
Qui sapit assuescat à tenero vngue bonis.
Ex Ope progenitus Saturni tertius hæres,
Infera cesserunt cui sola sorte rata
Scepra gerit *Pluto*. quid ni? Rex ille beatus
Diuitias cumulat cui generosus ager
Siue pecus colles depascens agmine denso:
Contractum nomen vnde pecunia habet.
Hæc vsura Deo nunquam non grata placensque,
Fœnore quantumuis innumero auctet herum,
Quem ditem vis vafra facit. *Canis* impetet illum,
Exterrens prauos tergemino ore Canis.
Namque os tergeminum, præsens simul atque futurum

Tempus

Tempus ab antiquo præteritumque notat.
Sic quemcumque petit, male plectitur omnibus horis.
Vllo nec liber tempore abire potest,
Quin sceleris facti pœnas luat, ipsaque mentis
Sentiat occulto verbere terga quati.
Vltima serpentem dextra *Reuerentia* gestat.
Ritè Senatorem quæ vigilem esse docet,
Et iusti semper rationem ducere & æqui,
Ceu præsens in re Iustitia ipsa foret.
Et testes oculos intendant sidera ab alto:
Et quicquid cœli continet aulla Deûm.
Munia qui credit cunctis sua nuda patero,
Ad lucra se nunquam turpiter vlla dabit.
Integer at contra soli seruabit honesto:
Et curam tota mente decoris aget.
Reptile nam genus hoc vigilax censetur, & acri
Intima adit visu, sint latebrosa licet.
Illius in primis sollertia cognita vulgo est.
In statuis ideò Romulidum exstat adhuc.
Præcipuè Æsclepi, qui natus Apolline Phœbo
Non alio iactat sese animale magis.
Hæc veterum monumenta domus præportat in Vrbe.
Extra vrbem lata se regione viæ
Extendit ditio, quæ clara vocamine Franco,
Armisque atque aruis commoda digna cani est.
Isara eam leni mediam perlabitur amne,
Liuiaque & ratibus sternit iter liquidum.
Oceanusque pater rerum trepido alluit æstu
Largiter externa merce subinde beans.
Septa monasterijs decorant exstructa vetustis:
Quorum pars sexu floret vtroque sacra.
Bernardus nomen genti dedit: ille virilem
Sorte pari instituit, fœmineumque gregem.
Thosanum gemino celebratur nomine claustrum:
Nam Doestum proceres turbaque verna vocant.

Werkenum titulo vallis cœlestis honorum est
Perfugium trepidis præsidiumq; reis.
Spermaliæ laus nota pijs qua Flandria nota est:
Victorina decus fida Trudonis habet.
His Benedictus adest autor fautorque superstes
Tradiderit quamuis ossa sepulta solo.
Andreæ Diuo quæ marmore facta erat ædes
Bellorum sæuo turbine vasta iacet.
Non tamen ex toto cœtus migrauit in Vrbem.
Iamque audit noster Bauuerianus Abas.
Werkenum fieri iussit Clementia, Princeps
Inclyta, Roberti quæ Solymi vxor erat.
Quid referam ambactis quot sit succincta per agros?
Sunt qui triginta quinque coire ferant.
Decretisque magistratus parêre Vrilati.
Lis quoties anceps incidit aut mala vis.
Prætereo pagos viginti ex iure nouemque
Annexos, quorum singuli ad arbitrium
Quique suis adsunt, & præstant iussa Toparchis,
At quoties concilio res agitanda graui
Aut est auxilio magis affirmanda datatim
Ambactis ad rem subsidio ire solent.
Quod si fortè repens discordia cœpta retardet,
Pars Flandrum Puteal, pars fora franca petit:
Nec lacus huic desit, naues qui portat, alitq;
Gurgite largifluo squamigerum omne genus.
Nec nemus, alta Dryas se Winendalio in alto
Surrigit, ad pastum armenta ferasq; citans.
Roboris excelsi pulsatque cacumine cœlum,
Cuius in aëria sede iugantur aues.
Insulæ ei plures, inter quas ampla Casantum
Belgica Triptolemi quæ patria esse meret.
Illic vbertas fruges cornu exhibet omni:
Vsqueadeò Cereri semper amica viret.
Hanc Angli ferro ac flammis, mare fluctibus haustam

Magna

Magna parte olim deteruêre sui.
Nunc (pudor) inualit Batauus cùm Mattiaco acri.
Et pressam immiti sub ditione tenent.
Vnde malum hoc natum nobis? Erebo excita Erynnis
Corda venenauit dissociatá Ducum
Ambitione sua. Sic Cattis prodita Sluſa est:
Lataq; Bellonæ prorsus aperta via.
Sic sedem nostris discordia fixit in oris:
Resq; in perniciem Flandrica prona ruit.
Haud satis Hydra nocens fuit Ostendana tot annis:
Sæuior ad clades Lerna mouenda fuit.
Heu nimio turgens Sarrana superbia fastu,
In præceps astu nos dedit illa suo.
Altera ad Oostburgum est: glebæ quoq; ab vbere felix:
In qua Breskinum per modico spatio,
Certè non horæ vnius magis ab Walachrum aruis,
Vrbs vbi Flissinga praminet armipotens
Nunc freta discernunt, quum tellus vtraq; pœnè
Vna foret, Cæsar qua pius antea Otho
Fossam deduxit quæ commoda agrestibus esset:
Neué mare irrumpens damna alicunde daret
Vt solet, in campos quoties fluit æquore aperto:
Hic molem iussit & tabulata strui,
Ex vsu attolli quæ possent atq; remitti,
Quoq; vnctæ properent mollius ire rates.
Illa diu mansere, freti dum feruidus ardor
Dispulit & pagos obruit vnda sequax.
Has inter media est quæ Wulpia dicitur: ætas
Vidit eam ereptam nostra tridentifero.
Atque instauratam rursus: sed quassa profundo
Interijt vastis mersa sub æquoribus.
Iamq; illam mergi celebrant crebroque sonore:
In priscum reuocant eliciuntq; statum.
Mentior? an Triton excitus carmine nostro
Laudibus applaudit terra Vrilata tuis?

Non fallor. concham perquirit in amne recentem,
Qua mecum pariter teque tuoſque canat.
Sic eat. adnantes Nereidas ordine cerno:
Ad Morinos properat dux Galatea choros.
Arcadiæque Deum quamuis malè ſpreuerit olim;
Et Pani ſociam ſe Satyriſque cupit.
Nempe Magiſtratum talem ne non colore vltro
Vna videretur, officioſa parum.
Cur neget obdurans animum? videt agmine lecto
Vndique Hamadryadum, Naïadumque coli.
Pergite DI diuæque, meretur cuncta Senatus
Promere quæ veſter cœtus honora poteſt.
Ipſe meas partes vobis tranſcribo libenter:
Quæ nequeo vnus homo. facto ea ferte grege,
Ferte per extremas terras, & ferte per vndas,
Nomen vt hoc Francum norit vterq; polus.

*Ad Senatum Yprenſem.*

Ypræ Vrbis Patres conſcripti, ſcripta videris
Hæc mea, quæ longum ſint rata ſigna mei
In vos affectus: Nam quamuis ſcripta minuta
Sunt, tamen effectus ſpero habitura ſuos
Illa per ætatem: nec mecum funere acerbo
Contumulanda. velut ſolſtitialis obit
Herba, ſimul veſtis pictæ patefecit honorem
Oſtentata oculis dona repentè tegens.
Sunt fateor properante manu mihi ſcripta ſed audax
Noſtra eſt Melpomene, ſpicula adacta ſeuis
Æui nil metuens: Nec quiſquam credat eam eſſe
Idcirco effrontem: ſæcula vincet anus
Non merito Vatis, verum fama alite vecta
Vrbis, honoratam quam ſtudioſa cupit.
Illa decus veſtrum longinquas ſparſit in oras
Vndique, nec gens eſt tam peregrina procul
Orbis ab hoc tractu, cui laus non nota ſit Ypræ;

Illa alis etiam nos virûm in ora feret.
Sic aquila volitante poli super inuia, consors
Præpetis ætheriæ paruula fertur auis.

*Encomium Vrb. Ypræ.*

Alloquor Ypranæ Genium qui præsidet Vrbi:
Vrbis aue custos, & mihi sancte faue.
Res vltrò ingrediar priscæ tibi laudis & artis:
Luce tua afflatum me vegetumque velis.
Ypra, decus Flandrum qua Sol caput abdit in vndas
Exserit hospitibus suspicienda caput.
Attollensque Deûm delubra, domosque virorum
Mole pia cœli templa superba petit.
Non alia hoc cœli sub cardine celsius effert
Ciuica se numeris omnibus ampla domus.
Hanc potius credas eductam ad sidera molem:
Fama Gygantæum ne mage iactet opus.
Circum porrecti rident latè æquora campi.
Ceu mare pacatis terga vbi strauit aquis.
Artibus ingenuis vacat hic intonsa iuuentus
Non potiore loco gaudet Athena coli.
Largiter hic omnes proma est bona Copia ad vsus:
Siue peregrina merce opus aut patria.
Armenta in pratis gliscunt hic vbere glebæ.
Pinguius haud aluit herba Phalisca pecus
Agmine te leni mediam Ypra perambulat Ypra:
A quo gentili flumine nomen habes.
Errat & erroris vani est manifestus, ab Anglo
Dictam ita Hyperboreo qui putat esse Duce.
Mœnia te munita vetant abrumpere somnos
Ad belli strepitus, sicubi fortè sonant.
Et tamen armorum nusquam non perstrepit ardor.
Ah nolim nostros hunc tolerare Deos.
Sed freta ad Ostendæ per tres iam continuo annos
Proh pudor atque dolor, mars malè noster hebet.

Prælia si qua gerenda tibi, sint prælia Amoris;
Clade diu pressam sit satis ante graui.
Nil renouo, veteris plagæ iam obducta cicatrix,
Quicquid triste dolensq; in mare ventus agat.
Fortunata soli tellus, meritoq; beata:
Antiquæ fidei perge modò esse tenax.
Ver tibi purpureum constet, promteq; paratis
Frugibus effundat rus gremium omne suum.
Non te letiferi Martis circumfremat horror:
Sit procul à laribus terna tuis furia.
Nectare cœlesti mistus tibi defluat imber
Desuper, & lætis roribus arua riget.
Gensq; tua exactis vitæ feliciter annis,
Sedibus Elysijs insita semper ouet.

*Encomium Alterum Vrbis Ypræ.*

Magna Virûm mater, virtutumq; incluta nutrix:
Et formosarum non minus alma parens
Ypra pijs Comitem Balduinum laudibus effer:
Ille tibi princeps strauit honoris iter.
Subsidiumque dedit, quo se tua gloria cœlo
Tolleret, alatis & veheretur equis.
Floreat illa diu, seniumq; superuolet æui:
Ire per ætates atq; hominum ora meres.
Occiduæ qui te dixit regionis ocellum:
Indolis ignarus non fuit Ypra tuæ.
Siue loci positum spectes & pascua rura;
Tot circum lymphis ebria fertilibus.
Annua seu Floræ mollis redolentia dona:
Credas hic propriam Ver sibi habere domum.
Gramine sic viridi tellus se Dædala vestit,
Thessala ceu tempe facta forent Morina.
Quid referam monumenta suis animata figuris,
Et paria antiquis tot decora arte nouæ?
Quid Procerum cœlo tot tecta minantia quidve

Templa

Templa Deûm, & clauſtris apta monaſteria?
Adde iuuentutis docile ingenium: adde Senatus
Publica iura ſacri, diſpoſitaſq; vices?
Diuitias his iunge, paratas fœnore nullo:
Nam tibi cura bonæ maxima mentis adeſt.
Artes iunge: patent ipſi Libethridis amnes
Veſtris vſq; choris, labraq; ſpontè rigant.
Certè qui patrijs numeris rem muſicam honeſtent,
Extulit hoc nemo celſius orbe caput.
Teſtes Bultelij fratres. Ypræ aſtra gemella,
Stirpſq; ambo Procerum, Clytius & Michaël.
Ipſe quibus totum ſe indulſit cantor Apollo:
Et citharam iuſſit, plectraq; ferre ſua.
Lamſamius teſtis, cui ſtigmata Cæculus ater
Numquam delendis debet iniuſta notis.
Qui mitis Ceraſi cecinit ſic nuper honores,
Teïus vt nequeat his meliora ſenex
Vrbs cœlo dilecta, boniſq; ſoli omnibus aucta:
Digna Patrum titulis, nomine digna tuo.
Seruet ab hoſtili tibi mœnia tuta tumultu
Pax Dea, teq; bona perpetuo auctet ope.

---

## CAROLI LIEBARDI LANG. MARCÆI FLANDRI.

*Latrina conqueritur.*

HEi mihi, quam neglecta habeor, cõtemptaq;, vulgõ
Semper in obſcura parte locata domus?
Sum tamen ipſa bonum, paſſim q̃ habere neceſſum eſt,
Quo nihil vtilius, commodiuſq; nihil.
Nam me nulla carere poteſt domus: indiget omnis
Vſq; adeò officio fœmina virq; meo.

Hinc pueri, inualidique senes, positoque timore,
Et naturali virgo pudore ruit,
Immò Duces, Reges summus cum Cæsare Papa,
Si quando huc illos imperiosa voco,
Aduenium omnes properè, currunt que vocati,
Quo dolor hos Ani parturientis agit.
Legatum huc, Caculamue suo non mittere possunt
Nomine, non alijs imposuisse vices:
Sed debent ipsimet comparere citati,
Idque statim, nulla interueniente mora.
Et veniunt, non cum pompa, magnaque suorum
Turba, sed nullo concomitante viam:
Curuatique humilesque adeunt mea regna, leuari
Orantes ventris pondere quisque sui.
Nam quæ natura est, ventrisque culique suburra,
Pondus ea est, nemo quod tolerare potest.
Me quærunt tanto qui fasce maloque laborant,
Sola ego nam tanti sum medicina mali.
Omnes admitto placidè, excipioque benignè
Hospitio, & miserans subleuo fasce nates.
Nec noctu, nec luce mei claudo ostia regni,
Optatum nulli denego subsidium:
Huc cuiuis contingit adire, sedere, quietem
Accipere, & grauidi ponere ventris onus.
Ipsa ego sum Latium, sedes abi fata quietas,
Ostentant grauidis & latuisse datur.
Hinc ex re Latrina vocor: quod sauiter omnis
Deliteat nostro fœmina virque sinu.
Certè ego confugium cum sim, certumque leuamen,
Et Latium, & requies, & medicina mali:
Tantaque cum præstem cunctis solatia posthac
Sum merito prima fronte locanda domus.

*De Furno, & Latrina.*

Cuncta quidem variant formam, sed nil perit: illinc
Huc venit, hinc illud itque reditque cibus.

Tritice-

Triticeo molitum pistumque è semine panem
Ardenti fornax concauus igne coquit.
At Furno coctum, stomachoque gulaque voratum
Egestumque culo seruo Latrina cibum:
Vertuntur panes in stercora: at illa per agros
Sparsa iterum fiunt pinguis & alma Ceres.
Collecto rursum coquitur de semine panis,
Atque ita consumptum reddo Latrina cibum
Debetur, fateor, patulo sua gloria Furno,
Sed tanta, aut maior gratia habenda mihi est.

*In Godofredum Pharmacopolam.*

Pharmacopola forum nuper Godefredus adibat,
A porcis vulgo quod sibi nomen habet.
Prestanti cupiens mercari corpore porcum,
Speraret domui quem satis esse suæ:
Vt decet emptorem, vigilanti indagine, bis ter
Per medios porcos itque reditque forum:
Interea nunc hac, dum nunc circumspicit illac
Omnia mente oculis Pharmacopola notans;
Forte videt validam membris & robore Scrofam,
Plena cui multa viscera prole tument:
Esse ratus pinguem pendenti abdomine porcum,
Hanc cupit, hæc toto de grege sola placet:
Heus, inquit, tuus iste, tibi qui proximus astat,
Dic, quanti possit, Rustice, porcus emi?
Non ita, respondet, magno mercabilis ære est,
Vendetur vili merx satis ista tibi.
Empta Philippæis est tandem Scropha duobus,
Lætus, vbi data sunt æra, subulcus abit.
Talem tam paruo gaudens potuisse parari,
Exultansque venit Pharmacopola domum:
Mox Lanius, porcos solitus mactare, vocatur:
Scropha cadit, flammis seta cremanda datur.
Arrepto lanius partitur corpora cultro,

Nudaq; diuiſo viſcera ventre patent.
Ecce, nouem fiſſa porci luctantur in aluo,
Quos erat in lucem Sus paritura breui:
O felix emptor, precio mercatus eodem
Denos, quo porcus vix ſolet vnus emi.
Sed, Godofrede, tuæ ſi ſit tibi cura ſalutis,
An non debebis plus numerare, vide.
Quæ non emiſti, poteris qua fronte tenere?
Quando ita ius clamat, redde cuiq; ſuum?
Vnus es mercatus, retine vnum: ſi qua ſuperſunt,
Vero ſunt Domino reſtituenda ſuo.
Emiſti Scropham, Scropham retinere licebit,
Grex procellorum reſtituendus erit.
Pro porco poſthac, vel deridebere totus,
Mercari Scropham, Pharmacopolo, caue.
Cautio erit modicum ſi cauda leuetur in altum,
Et nudas penitus ſi ſpeculere nates:
Dant tibi ſigna nates: porcus, Godofrede, priore
Parte, ſed emeiunt poſteriore Sues.
Si te contingat, Scropha meiente, ſitire,
Hoc, Godofrede, potes fonte leuare ſitim.

---

## DANIELIS LINDANI GANDENSIS.

*In Ioan. Miræi, inaugurationem Epiſcopalem.*

O Celle priſcæ Belgica Galliæ,
Clarumq; Sidus. Pacis adoreâ
Seu blanda gemmeoq; vultu;
Seu rudiùs metuenda tangi,
Thorace pectus tecta adamantino;
Sed iſta quondam: nunc neq; Belgica,

Nec

Nec Belgicæ vmbra: sed vicissim
Cuncta timens. metuenda cunctis,
Quanta è supremo culmine & imperi
Statu excidisti! puluere sordido
Squalentis obsoleta luctus,
Et proprij pelago cruoris.
Quem concitauit, non populus Tagi,
Flauique Iberi Gotticus accola,
Battauicis inuisus oris,
At fidei columen receptæ.
Sed peieratum Numen; & impio
Calcata fastu Relligio Patrum,
Iugumque Principis, rebelli
Ex humeris animo repulsum.
Qnum cassa lucis Ples, mareotico
Lymphata mentum, rebus & ebria
Lætis, ad arma conuolauit,
Præcoce consilo & nocente:
Fauore nitens Nobilium quibus
Aut curta res, aut ambitio leuis.
Euripi ad instar inquieti,
Turbine perpetuo æstuabat.
Quare merentem prostituit Lupis;
Et despicatam deseruit Dea,
Quæ sontium acta rite librat;
Et scelerum merita arbitratur.
Sed surge tandem. Define luctuum
Acerbiorum. Lætius ominor.
Finemque casuum, atque cladis
Continuæ. mihi Aperta sagit.
Namque vt micantes æthere lucido,
Sudoque, summo vertice maximi
Atlantis, Astrorum peritus
Fidâ oculi cum acie notauit
Ignes Deorum rite fauentium,

Non

Non hoſpitari ſedibus exteris,
Suis receptos; certus adfert
Indicium melioris æui:
Sic noſter Heros; cura cui tui,
At ipſe Cæli cura ſuis locat
Dum ſedibus florem virorum,
Pro meritis tribuens honores:
Spondet malorum cædere traduces;
Dare & petulcæ frena licentiæ:
Secloque abortiuo recentem
Progeniem, faciemque recti.
Non ipſe ſolus; ſed quot in arduum
Virtute mactos atque ſcientiâ
Euexit, vt caliginoſo
Per tenebras populo præirent.
*Miræus* inter quos, amor omnium,
Obrizo vt auro gemma Adamas micat;
Natiuus aut Pyropus, aſtri
Par radiis rutilo micatu.
Cuius ſacratis Concio pulpitis,
Gratam eloquendi melliniam, ac ſales
Mirata: ſeu Suadæ medullis
Inſimulat, reuocatque mentes
Amentis æui; ſimplicis edocens
Veri, atque honeſti vſum, & pretium boni;
Quæ deuij, inuiique luſtra:
Quæ vitiis mouet arma virtus.
Seu martiales dirum animal lupos
Sacris abarcet Paſtor ouilibus:
Pernocte, perdiâque curâ
Stentoriâ reſonante voce.
Anuerſa magnis pallida luctibus,
Exſucca lentis; exue lugubres
Pulloſq; vultus, atque lætâ
Fronte ſupercilium ſerena.

R. eſume

Resume mentem; Concipe tempora
Prioris æui; cum Decus Vrbium
Late audiisti, inter remotos:
Omnibus inuidiosa terris.
Resume priscos pectore spiritus,
Dignata Cœlo Præsule qui tibi
Intercute ablato veneno,
Restituet vegetam salutem.
Clarus repulsâ qui cluet Insulâ:
Sed & receptâ clarior Insulâ:
Dei vocantis obsequendo,
Et Ducis imperio iubentis.
Quod fama seris fida nepotibus
Olim loquetur: rarum alias decus;
Furisque vix sæclis repertum,
Absque animi attoniti stupore.
Contenta sese Mens, generosior:
Minusque egena est, cui proprium sat est
Nil seruiens indigniori
Arbitrio popularis auræ.
Sed quisquis altis functus honoribus,
Non se ipse peior, sceptra humilis gerit,
Spectans honores irretortus:
Maior erit, propiorque Diuis.

*In obitum Iusti Lipsii.*

Doctorum sidus, Belgi decus, orbis ocellus,
Deliciæque hominum, deliciæque Deum,
Omnia terrarum famâ complexus, ad astra
Lipsius hinc abiit; iamque Deum ore bibit.
Crescere non potuit per totum deditus orbem:
Quo crescat tantum cœlum erat; hoc adiit.
Illustresque Animas inter Diuosq; receptus,
Nectare & æternis pascitur ambrosiis.
Exuuiis Animi posuit Meminerua trophæum;

Haud

(Haud buſtum) quod non atteret vlla dies.
Cui gemina Heſperia & Celtæ, & Germania, & Angli
Et quidquid terræ ſol videt, inuideat.
Quare ſollicitas Elegeia ſiſte querelas;
Præficaque hic nullas elicito lacrymas.
Nemo ferat planctus, aut ſingultantia verba,
Miſtaque mæſtis ſuſpiria cordoliis:
Ni qui virtutem, & Doctrinam ſpledidum inane,
Noſque immortales morte perire putet.

---

# IVSTI LIPSII

## MISCELLANEA.

### *Vertunnus Cuſtos ad Hoſpitem.*

Duas res agere ſimitu' decretum eſt mihi:
Et horti leges, & meum nomen eloquar.
Adhibe hoſpes, ſis, vaciuas ædes aurium.
Primumdum mî eſſe nomen Vertunno ſcies,
Qui clarus clueo Semones inter Deos.
Namque Imperator diuûm atque hominum Iupiter:
Nos cœli ciues in tres claſſes diſparat:
Sunt Superi Di, ſunt Inferi, & Medioxumi.
Hos alios alia fungi iuſſit munia;
Mihi ceſſit hortus hunc colo, atque iſtinc malas
Lauernionum cum cura arceo manus.
Sic hominum vſu mea pro parte ſeruio.
Velut huc nunc hortus quem factum'ſt biennium
Poſtquam meæ turelæ herus concredidit,
Me venerans, hunc introitum vt ſeruarem ſibi:
Neue adeo quiſquam ſine grandi & ſolido malo,
Præquam lex patitur, hortum fueretur ſuum.
Eam legem ego dabo, ne qui peccet inſciens.

Princi-

Principio edictum'st leuiter dictis bonis,
Ne Iustum iniustus quisquam iniuste cogitet,
Quod promiscam omnes, serui sint an liberi,
Dites inopesque ab aditu volt arcerier;
Præter Musarum qui initiati sint sacris.
Id adeo honori Musarum placitum dari,
Quarum hortus hic mancupio est vsu tantum heri.
Quod tu aliter adire speres nugas egris:
Ego sum *Vertumn-* ,omnes verto & arceo.
Primum hoc tenebis nunc intrastin': optime est.
Licet ambules hîc per quadrata compita,
Modo ne transcurrens velut hœdus lasciuias
Licet acquiescas compluuiata in pergula,
Modo ne ocquiniscens somno fœde indulgeas.
Viden' hos melones mel & delicias heri?
Bonum factum est, tacitus spectes, tacitus gaudeas.
Nam quod surripere quidquam tute postules,
Frustra es: nihil est hîc prædæ prædatoribus.
Ne si male tagax quoquam adieceris manum,
Malum habeas certum, pol, non arbitrarium,
Et tibi pro flore pignus capiatur toga.
Satis hoc viris edicto dictum deputo:
Nunc res mihi cum matronis. hem quid excidit?
Non res, sed verba, ne tu mœchum censeas.
Primum matrona sine marito exestod hinc,
Ita placet Musis, Græcam consuetudinem
Græcæ reducunt mulier ne qua in publicum
Spectandam se sine arbitro præbeat viro.
Deinde autem vos summates atque nobiles
Quæ syrma à tergo trahitis septenûm pedum,
Mala pestis, mala pernicies horti, abscedite;
Aut tragicam vestem supra femur attollite,
Quid est? facturæ hoc estis, an non? abnuunt.
En hercle vt huius sæcli mores possident!
Videri nolunt: quid tangi? vltro annuant.

Iam vos puellæ blandæ, delicatulæ,
Nigriocolæ, tenellulæ, intelligulæ,
Quas Dominus aduentantes limis adspicit,
Vobis edico solæ vti ne intretis huc.
Nam dicam ingenue, noui vos merces malas:
Quarum vna ratio est, steriles intro ad nos manus
Quas attulistis, grauidas portetis foras.
Quod si quæ comitem amatorem huc adduxerint:
(Namque omnes norunt, credo, nostræ virgines
Quam libere istiusmodi rerum sient)
Moneo nil præter verba inter se vt misceant,
Neu capita liment, solitis morsiunculis
Et his papillularum oppressiunculis
Abstineant non est his nugis noster locus.
Postremo canem aut catellam huc nulla adducito,
Melitæi sint, Sardoi, vel Molossici.
Sin aliter faxo delicata vt acubes
Non hercle mecum, aut cum hero, ne frustra sies,
Sed cum Catello, scin' quem dicam: ferreo.
De lege tantum est: vir matrona, virgines,
Bonum factum est, edicta vt seruetis mea.

*De pudica fœmina Basilea.*

Passa thorum, non passa virum, Lucretia nostri
Æui ego, postgenitis nobilis historia:
Quæ virgo & matrona simul, tria lustra peregi
Nupta innupta simul: semiuiri atque viri
Coniugium tenui, cuius languentia membra
Non Venus adspexit, non ruber ille Deus.
Sed tacui, atque tuli. non hanc vicina querellam
Audiit, aut frater aut pater, aut genitrix.
Heu, male pro meritis tribuuntur præmia famæ!
Alcestim exoriens Sol scit, & occiduus:
Solam me Basilea sed est, me iudice, maius
Semper ab igne vri, quam semel igne mori.

*Ad I. Hautenum, Non esse aptum se Belgica Musa.*

Hautene Vates, vatis interpres sacri
Idemque iure belgicæ Princeps lyræ,
Quo me remoros abripis tecum in locos?
Quæ memora quod lustrare me iubes iugum?
Qua nulla Vatum trita semita est solo.
O parce, parce non profano vertici
Debetur ista laurus: hanc olim tibi
Parnassi ab ipso detulit Phœbus iugo.
Qui primus ausus fila Belgicæ chelys
Mouere plectro. & à bicorni vertice
Nouem citare ad stagna Thetyos, Deas.
Quod inuidebunt hæc & illa sæcula.
Tua ô tua ista laus: ego quid nisi iocum
Risumque nautis debeam & cauponibus?
Fallace vt olim cecidit ales Icarus
Pennâ leuatus: frustra sic famam noui
Et carmen omnes æmulemur Pindari.

*In Epistolicas Quæstiones.*

Si quisquam est, qui probari se cupiat probis,
Oratione, vita, scriptis denique:
In his audacter nomen profiteor meum.
A puero eductus, doctus, liberaliter;
Mores maiorum simul & doctrinam institi.
Amico amicus, beniuolenti beniuolus,
Ingenuæ frontis, oris & cordis probi,
Ad gloriam grassatus verâ sum viâ,
Nec ego istos mores nôui sæculi noui,
Suspicioſos, fraudulentos, duplices:
Qui fronte hilaro, corde tristi obambulant;
Qui gaudent, siquid alteri euênit mali;
Qui mœrent, siquid alteri euênit boni.
Quos placitum est, laudãt, quos placitũ est, vituperant;

Verone an falso, cicum non interduint.
Procul hæc à nobis edepol haut dicam dolo,
Tales inimicos mî quam amicos malui.
„Placet vera Virtus. Virtus rebus omnibus
„Ante it profecto. non peribit, cum perit,
„Quem penes est Virtus Virtus' it immortalitas.
Postinde cum iam flos ætatis surgeret
Et spatia extrema ingrederer adolescentiæ:
Magis magisque impendiose litteras
Amare occœpi, assiduus legere, scribere.
Cum interea, vterque demoritur parens, loci.
Ego hanc occasionem ad studium Musicum
Esse ratus concepi iter ad oras Italas,
Germaniamq; in terram & terram Galliam
Quasi ad mercatum litterarum pergere.
Concepi perfecique. Dis est gratia,
Lætitiam peperit, parietque, hic mihi labos.
Deinde autem scripsi scripta diuolgata sunt
Amicûm suasu, non meapte audacia.
Tamen, vt nunc res est, haud me famæ pœnitet.
At vos fauete & date crescendi copiam
Ingentis quæ se publico applicant bono.
Si nullius famam vnquam læsi per iocum,
Si nullius sublegi scripta per dolum,
Neque lites vllus vnquam aut pugnam cœpij:
(Nec id qui faciunt, dico palam mihi placent)
Æquum est ab æquis me par impetrassere.
Ab iniquiquis porro, haud æquum est, æqua postulem.
Valeant iniqui, & mali habeant magnum malum.

*I. Medicina.*

Sum *Medicina.* meum est homini depellere mortem,
Dicite: non sanum viuere, nonne mori est?

*II. Res Herbaria.*

Hæc Deus & melior rerum Naturæ creauit,
Fidaque sunt artis subsidia ista meæ.

III. A-

*III. Astrologia,*

Nec tellus satis est. cœlum peto, sidera scrutor.
Scilicet in terris sum Deus alter ego.

*IV. Alchimia.*

Elicio succos varios, mediçosq; liquores.
Qui credet? pumex & mihi præbet aquam.

*V. Anatomia.*

Membra seco, humanosque oculos defigo per artus:
Omnia sunt animo peruia nempe meo.

*VI. Natura*

Hactenus ars. Natura artem iuuat: illa benigno
Largita est homini munera dia sinu.

*Ara & votum Perennitati in natali Iani Douſæ.*

Huc ades Puer, huc *Struem* atque *Fertum*;
Verbenam hic mihi pone, & hîc acerram.
Sacrum conficio *Perennitati*:
Votum concipio *Perennitati*:
Luce hac, qua mihi natus est Poëta,
Antistes merito omnibus Poëtis,
Quos vidit pater, aut nepos videbit:
Triplex Gallia quos tulit, feretque.
Præ quo *Mantua* non amet *Maronem*,
Non vrbs assita Gallicum *Catullum*,
Non Tagi vetus ora *Martialem*,
Tres qui carmine triplici Poëtas,
(Sed pudor prohibet) lacessere ausit.
At tu principio carensque fine,
Seclorum Dea Temporumque, famæ
Æternæ datur vna, & vna ademptor,
*Macta* hoc munere, *Diua Macta Vino*:
*Vino* hoc *Inferio*, pioque thure:
Et fac vt Genius mei Poëtæ,

Et felix labor, & libri Poëtæ;
Plus vno maneant perennia æuo.

*Ad Amicum amantem.*

Rursus amas, lentæq; venis ad iura puellæ:
Rursus & excussum colla iugum subeunt.
Non ætas, non Musa vetat: non tot bona dicta.
Assiduus prisca quæ legis historia.
Scilicet hæc fati vis est. frustraque labores.
Vindicias rupto carpere seruitio.
Ah miser! & siquis primo bene pugnat amori:
Ille tamen seris victor ouat spoliis.
Respice qui domuit terræ fatalia monstra,.
Respice qui cœli, vertice, templa tulit;.
Amphitryoniadem prolem Iouis. hunc quoque Diua:
Imperium iussit deterioris heræ
Ferre Venus. non stemma iuuat non inclyta facta:
Victa nec vnius regna superba manu..
Nulla quies miserum nec pausa leuabat amantem,.
Languet, siue alto surgit ab Oceano,
Seu Sol Hesperias decliuus purpurat vndas,.
Ad sueti properans gaudia coniugij.
Omnibus ille horis Omphalem audirque videtque:
Omphale miseri delicium est animi.
Cura Omphale animi illius pro numine nomen
Heu quoties fractis vocibus ingeminat!
Qualis diua ciet quondam Proserpina matrem,
Cum rapitur furui regis ab insidiis
Ad tristes Erebi sedes & Pallida regna:
Virgineo mater, mater, in ore sonat.
Ah frustra. quia matre simul cum luce carendum,
Debita coniugiis orci potentis heri es.

*In Andreæ Dammii Doctoratum.*

Etsi me vario iactatum turbine, *Dammi*,
Irritaque expertum instabilis ludibria Diuæ,

Auocat

Auocat à cœtu, triſtis fortuna, Sororum;
Nec dolor ad lætos patitur conſcendere colles:
Attamen hoc ſurget carmen tibi. Callida Muſa
Calliope, diuûm atque hominum ſincera voluptas,
Seu iuga te Pindi, ſeu te Parnaſſia rupes
Caſtaliâq; tenet iucundum murmur ab vndâ;
Diua faue. tibi creſcit honos. En veſter alumnus
*Dammius*, æternis nomen memorabile chartis,
Victor ouans, ſpoliis & opimo lætus honore
Ingreditur patriiſq; nouum decus attulit oris.
Qualis purpureo ſublimis Scipio in Oſtro,
Poſt debellatos Romanis viribus Afros,
Victor agit niueos celſa ad Capitolia currus:
Patreſque plebeſq; fremunt. it plauſus ad aſtra.
Illius ingenuum percurrit gloria pectus.
Tale decus, taleſq; refers de pace triumphos,
O felix animi iuuenis, felixque laboris.
Nam quanquam priſcæ ſuperant tibi nomina gentis,
Clara per Albiacos populos quam fama perennat:
Tu tamen antiquo generis contendis honori,
Et lucem accipiens, illis reddis quoque lucem.
Tu primum, vt teneris creuit tibi robur ab annis,
Inclyta Palladiæ aſpiras ad præmia palmæ,
Et ſtatuis magnis non magna exordia rebus.
Acrior hinc te laudis amor rapit. atria auita
Linquis, & externis virtutem quæris in oris.
Sic regina auium, volucres cum creſcere pennas
Senſit, & incuruos dureſcere fortius vngues:
Liberius ſectatur iter, trepidæque parentis
Officium dedignatur, nidiſque relictis
Auolat & liquidâ plaudens laſciuit in ætherâ.
Non Ithace durum poſthac mihi iactet Vlyſſem
Ignotis multum quamuis errauerit oris,
Qua venit exoriens, qua Phœbi defuit ignis:
Sitque iter illius, tua dum ſit gloria maior.

Viderit incultos Lestrygonas ille Ætnam,
Cymmeriôn poplos,& campos luce carentum.
Te Dubis,Rhodanusque celer,te Sequana flauus,
Te vidit gelidis in montibus Apenninus,
Annibal infuso qua rupes fregit aceto:
Te Tiberis pater,& viridi te Mincius vmbrâ
Obstupuit,Albique suos inuidit alumnos.
Hîc tu perpetui pennis sublatus Honoris
Per Phœbi Charitumque hortos per dædala parata
Musarum,æterna decerpsti fronde coronam.
Non aliter molles Venetus mercator ad Indos
Aut septemgemini penetrans rapida ostia Nili,
Quicquid Arabs,quidquid mittit Panchaia diues,
Rettulit ad patrios spolia inuidiosa penates
Mirantur gazam ciues,Eoaque regna,
Mirantur vestes,& munera squallida ab auro.
Mox te cliuosa cœperunt mœnia Tenæ,
Quæ Romanarum infudit mysteria legum,
Institiæque dedit sacratum scandere collem.
Vnde tibi errores hominum,& ludibria vulgi
Despuere,& varios fas sit componere motus,
Inflammare pios & refrenare furentes.
Felix iustitiæ munus, date candida ciues
Lilia purpureasque rosas,date thuris honores.
Te Dea te cumulem donis,te munere mactem.
Nam tu sola potes,concussi in fluctibus orbis,
Cum Fas atque Nefas eôdem designantur honore,
Lexque pudorq; perit,tranquilla pace iuuare
Mortales per te quoniam sua præmia iusto,
Et sceleri mala pœna venit. Te terror & vltor
Carcer,& horribili sequitur mors dira flagello.
Te Virtus comes,& diffuso Gloria vultu.
Tu sola æternam capiti Das Diua coronam.
Quæ damnosi expers senij,tua tempora, *Damm*,
Ambiat,insignique nitens scintillet honore:

Donec

Donec ad æquoreis ignotam fluctibus Arcton
Lucida sidereæ radiabunt signa Coronæ.

*Ad Deum pro Constantia preces in graui & diuturno morbo.*

Cui mare, cui tellus famulatur, & ignea cœli
Sidera: quem metuunt mortalia secla animantum:
Alme Deus, sine quo dias in luminis oras
Nil venit, & sine quo nil exit luminis oras:
Aspice me quem languor habet, quem tabida vexat
Febris, & exiguam suadet sperare salutem.
Annue ne pariter cum corpore mens bruteſcat,
Neu timefacta meum fugiat *Constantia* pectus.
Certa etenim vita finis mortalibus instat,
Et cuncti properamus eundem tangere portum:
Non cursus tamen omnibus vnus. ô ille beatus
Qui vitæ infames scopulos & naufraga saxa
Festinâ potuit præteruexisse carinâ!
Quando voles mea Parca, sequar. non hic terrenis
Impedior curis: nec me fucata veneno
Vellera, nec rutilo splendor perstrinxit ab auro.
Sola mihi doctæ arriſit pellacia Musæ.
Hanc quoque sperno libens. tu tantum dîe Deorum
Mundi mens æterna & inenarrabile numen,
Suscipe me, & lætum meliori in sede repone.

*Ad Theodorum Leeuvium.*

Mensem vnum mihi pollicitus te rure futurum,
Mensem alium, *Leevvi*, te nunc desidero. rerum
Seu fidei hæc culpa est, peccato ignoscere possum,
Dum tamen amotis redeas ad seria nugis.
Omnia scilicet ipsi eadem peccauimus olim:
Fallere, mentiri, mentiris deinde colorem
Allinere, & nostri vitiis accedere secli.
Haud aliâ fateor, quondam me tangere culpâ,

Aonii fontis qui ſolus combibit hauſtus
*Douza* meus gaudet. nihilo vt veracior ille
Qui te nunc culpat, caudam trahat. hoc ego de me
Confiteor. pars eſt morbum nouiſſe, ſalutis.
Non idem forſan facient Longinus & Epo,
Alter rabula primus, & alter linea prima,
Qui ſe conſultos Iuris teſtantur & æqui;
Quos admiratur nutricula cauſidicorum
Belgica. quos digito ſignamus, & inquimus, hi ſunt.
Nam bona pars Belgæ, ſi verum quærimus, vrgent
Hoc ſtudium. pulchrum eſt mergi ciuilibus vndis,
Et leges tractare, forenſia noſcere Iura.
Hoc Reges facit, hoc Diuis cœleſtibus æquat.
O pueri, pueri, Iuriſprudentia primùm
Diſcenda eſt, clamat pallens pater. I bone quò te
Gloria, quò lucri exſpectat Deus. hæc pia mater
Vota habet, his radit iuuenilem patruus aurem.
Improbe, tu me tangis? ais. non hercle ego quanquam
Tu quoque Iuſtiniani acceſti limina. ſed cum
More modoque bono. Si quis Cuiacius audit
Iuſtitiæ interpres. Verus rigiduſque ſatelles
Iure hunc mirer ego, ſecter quoque. Mucius olim
Qualis, Sulpitiuſq; boni Paulluſque fuerunt:
Cura quibus lites exſcindere, non vt noſtris
Differere, & longo cauſam producere ſeclo.
Qualis tu Longine. ſed idem appendere iura
Callidus, & centum cumulos contexere legum
Hoc bellum eſt, inquis, bellum hoc te iudice? non me.
Iura bonum fateor, ſed lites publica peſtis,
Nec temere res vlla dedit mortalibus ægris
Pluſve datura olim, quam cauſidicina malorum eſt.
Hoc caput. hic fons eſt, iſtac ab origine pendent
Degeneres animi. tantumque ad iurgia fortes.
Angulus hic meus eſt, imò meus: ecce tribunal,
Exſpectandus erit qui litem finiat, annus,

Qualem

Qualem docte Meton cultis præscribis Athenis.
Di maiorum animis sedes in valle beatâ
Elisiasque auras & amœni gaudia campi,
Qui duce Naturâ coluerunt sponte bonum & ius.
Legibus ignotis quas misit Thracia. sed nos
Nos insanimus sollennia. qui mage ego ac tu?
Nempe facis versus, magnum hoc & imagine dignum,
Vt te cum *Douza* centesima nouerit ætas.
Hoc est cur palles, cur quis non dormiat, hoc est.
Deliro fateor; sed tu me iudice peius.
Nempe cupido eadem est, tu lucri ego laudis auarus.
Verum hoc distamus, nulli damnosa cupido
Est mea, vel si vlli, tantum mihi, quid tua? specta.
Ciues & totas cum ciuibus abstulit vrbes
Rixandi cacoëthes amorque abnormis habendi.
Quid si etiam pallor seniumque idem est tibi, quod mihi?
Ad galli cantum vigilamus vterque secundi,
Tu causas auidus, sed ego componere versus,
Fallere tu populos, ego delectare paratus.
Bellum ego verbum aliquod, sed tu procudere bellum.
Et dubitas vtrum vexet vesania maior?
Denique concedo, sit nostrum insanus vterque,
Sed mea delectat vesania, quos tua lædit.

*In Gerardi Buitevvegii Doctoratum.*

Vnde mihi veteres iterum in noua carmina vires?
Quis Deus aut Dea sufficiet? tu candide Diuûm,
Solus Amor. sed purus Amor: non ille Dionæ
Progenies, sed quem sociali fœdere Virtus
Atque Honor in iuncti genuerunt limine templi:
Gratia cui nutrix roseoque Modestia vultu.
Hic mihi det carmen: tu carminis argumentum
*Buitvvegi*, sacrâ redimitus tempora lauru.
O iuuenis dilecte Deo, dilecte parenti,
Et patriæ spes certa tuæ! quiætate triumphas,

Vocibus. Hoc fiat. Sit felix, sit tibi faustus
Iste honor, & gradus ad maioris culmen honoris.

*Ad Pet. Diuaum in laudem Propertii.*

Dum tibi ciuilis scribuntur bella tumultus,
Et pugnata mea prælia pro patria:
Atque, ita sim saluus, priscos æquabis honores,
Sint modo ne scriptis tempora iniqua tuis:
Nos Veneris iussu solitos meditamur amores:
Et querimur duræ seruitium dominæ.
Sic mihi conteritur sine fama & nomine vita:
Quid faciam? duris differor imperiis.
Fata iubent & Amor. durum est pugnare duobus,
Naturæ obsequitur quâ pote quisque suæ.
Te decet erectas memorare in bella cohortes,
Et cumulata nouis funera funeribus:
Cum sua præcipites egit discordia Belgas,
Tristis Musa meo non facit ingenio.
Me iuuet è dominæ vultu pendere supinum:
Et blandis oculos pascere imaginibus.
Me iuuet & molli carmen deducere versu,
Galle tuis numeris, siue Catulle tuis.
Seu potius docti noua per vestigia vatis
Cynthia cui quondam causa perire fuit.
Qui primus sacros hausit de fonte liquores,
Qua nulla humanis trita via est pedibus.
Magne pater salue, Romanis nata Poetis
Gloria, concedat Mantua id ipsa tibi.
Tu canis immites media inter pocula rixas,
Cum queritur læsis Cynthia luminibus:
Tu canis excluſum cum fletu ad limina amantem
Figentem rigidis oscula cardinibus.
Vtque tui possint dominam corrumpere versus,
Versus quos auro sanctius illa colit.
Felix qui tali pretio mercaris amorem:

Hoc

Hoc vno liceat me similem esse tibi.
Tu canis adsuctos circum tua pectora morsus,
Indicet vt liuor te tenuisse tuam.
Et quæ sub tacita memorantur gaudia veste,
Cum dominæ in gremio mollia poma legis.
Felix intacto qui tangis talia versu,
Hoc licet ipse tibi Cynthius inuideat.
Hæc olim teretis ludebat Musa Philetæ:
Hæc non sublimis pagina Callimachi.
Hoc quoque Mimnermo dictabant carmen amores
Iudice me haud ipsa verius Iliade.
Et modò si fas æternæ me iungere famæ,
Nobilis est nostro *Siluia* ab ingenio.
*Siluia* quæ, ah, animi mentem mihi surpuit omnem,
Et vitæ & fati causa superba mei.

*Ad Lernutium de Vrbe Roma.*

Et meritò, quoniam immerito deserta puella est.
Hæc procul extremum conqueror ad Tanaim.
Nec mihi iam Musæ, nec prosunt carmina amanti:
Vror, seu currus pallida Luna suos
Iungit: seu niuei sparguntur lumina Solis,
Infelix nullo tempore cessat Amor.
At te, *Iane*, tenent æternæ mœnia *Romæ*,
Illa meæ quondam mœnia deliciæ:
Quæ Tiberis flauo labens interluit amne,
Grata domus Musis, grata domus Veneri.
Illic aspicies vrbis monumenta vetustæ,
Si desideriis duceris ipse meis
Atque alibi tabulæ capient tua lumina pictæ,
Aut ducent animum viuida signa tuum.
Incertusque Deos videas, an marmora Diuûm,
Vt responsuris mutua verba dabis.
Hîc Circus, hîc Curia erat, hîc area Martis:
Tarpæi hîc fuerunt templa superba Iouis.

Hîc

Hîc Mauſolæi moles auguſta ſepulchri:
Hæc eſt Agrippæ cœlum imitata domus.
Et dices lachrumans. In Roma quærere Romam
Cogimur. Heu æquos dicimus eſſe Deos?
Quod ſi forte iuuabit amœnis collibus illis
Fallere iucundis tempora longa iocis:
Hic tibi ad eloquium ſunt hinc ad carmina ciues,
Eſt etiam ad lectum candida nympha tibi,
Quæ tibi flexanimo mentem perfundat amore,
Narret & in gremio garrula verba tuo:
Gloria Romanis hæc eſt conceſſa puellis:
Et Venus Æneæ regnat in vrbe ſui:
At tu ne tibi ſit fallacia credere verba,
Blanditiaſque auidis auribus imbibere,
Sic quondam ille tuus iuuenili morte Tibullus,
Vmbra leuis campos iuit ad Elyſios.
Lumina ſic oculis Veronæ gloria liquit:
Hæc eſt Romani mors quoque Callimachi.
Aut ſi forte externa iuuat cognoſcere facta,
Arſit in Hippolyti funera Phædra ſui.
Namque ego quid referam quæ virtus Herculis olim
Oetoeis moriens rupibus ingemuit.
Omnia qui domuit fatali monſtra ſagittâ
Fœmineis miſerè fraudibus occubuit.
Munera mittit amans. Quis fallere credat amantem?
Induit & vero pectus ab igne calet.
Non ſic Trinacriis ardet in rupibus Ætna,
Non vicina tuis Malia lympha malis.
Fallax Deianira, malæ male credula linguæ,
Præmia quæ ex illo digna fuêre tibi.
Vt te depereat, miſerum te perdis amantem:
Nec tuno hoc voluit nec tibi iuſſit Amor.
His ô *Iane*, tuos monitis moderaberis ignes,
Sæpe eſt ſolliciti cauſa puella mali.

Ad

*Ad Victorem Giſelinum.*

Tertia roriſuæ complentur cornua Lunæ,
Et reparata ſuo ter debet lumina fratri:
Tu tamen arcanis myſtes velut addite ſacris,
Aut Lacedæmoniis habitans nouus incola Amyclis,
Obnixum, *Giſeline*, ſiles: nec noſtra Thalia
Alternam elicuit, quamuis iterata, ſalutem.
Quid rear? an reſidis hæc dicam crimina mentis?
An (ſed DI prohibite, nec vlla obliuio noſtri
Diſparet hoc *Giſeline* iugum, quod amore magiſtro
Iam prope bis ſenos tulimus concorditer annos,
Fabula quod nunquam, nunquam ſuſpectio læſit)
An crimen vis eſſe meum? quia Belgica rura
Nuper & auſpiciis, heu, cœptos triſtibus hortos
Deſerere, & cœlo potui mutaſſe Batauo?
Nec piget. iſte mihi portus placet. hic pia vitæ
Otia, tranquilloſque mihi fas ducere ſoles:
Hinc procul ardentis patriæ aſpexiſſe fauillas,
Hîc noſtras placare Deas: hîc carmina Douſæ,
Carmina quæ cœlo ſuperos deducere poſſint,
Audire, & pendere auidum recitantis ab ore.
Seu libet vrbanas mutare receſſibus vmbras;
Ad Catti veterem vicum, aut priſca oſtia Rheni
Fas migrare mihi. Nullis vbi conſcia terris
Æquora, ſecretique patent penetralia mundi.

*Ad Collegas: de ſe non Vate.*

Æthereum cum fata Iouem ſuper aſtra locarent,
Suſciperetque nouus regna paterna Deus:
Certatim venerata ſuum ſunt numina numen;
Dii varii variis incinuêre modis.
Mars, Phœbus, Maiâ genitus, ſua cantica miſcent:
Ille tubam, hic citharam doctus, & iſte lyram.
Sed poſt Cœlicolas, etiam malè ſobria Fauni
Carmina, ſylueſtres & placuêre ioci.

Exem-

Exemplo magno peccare est fas mihi: vobis
Carmine displiceam, pectore dum placeam.

*Ad Musas vt abeam: è Belgica.*

Ite Deæ, tristesque alio sub sidere terras
Quærite. Belgarum iam finibus interdictæ.
Bella placent bellis tantum locus: omnia Mauors
Occupat, & sæuis cinctus furor impius armis.
Ite Deæ, vestrosque simul deducite mystas.
Non est magna manus. si laurigerum Parnassi
Deseruisse nemus olim potuistis & illam
Helladа: quis dolor est braccatas linquere terras?
Inque nouo noua regna alibi discludere mundo?
Quid dubitamus enim: exitium pater ille Deorum
Et nostro dudum noua fata incogitat orbi.
Non vsquam studiis vltra locus, aut Virtuti:
Lex & iura silent, regnat scelus. omnis honesti
Cura, iocus, vitium, vitio caruisse, putatur.

*In mortem amitæ Mariæ Lipsiæ.*

Pluto graues numeros & non lætabile carmen
Suggere: pro lauru, circum mea tempora, taxi
Currite: proque edera crines ornate cupressi.
Et pro Castaliis, Stygias de fontibus vndas
Fas hausisse mihi. fumis cano. festa sororum
Agmina, Pieriique procul discedite cœtus.
Non ego ferali funestem carmine diuas.
O mihi dilectum quondam caput! ô tua sexus
Gloria, perpetuâ nobis celebrabere famâ;
Insolabilibus defleberis vna querelis.
Nunc etiam cum sacra tuo damus annua busto,
Nunc etiam lachrumis non impero. prisca cicatrix
Dissilit, & tanto metuit post tempore tangi.
Mira fides. citius lachrumas Sypylcia saxa,
Humorem citius ponent freta; quam mea fletum

Lumi-

Lumina. nec tanti causa est iniusta doloris.
Tu mihi sanguineâ primum coniuncta catenâ,
Et tibi sum de stirpe nepos. sed tu quasi mater
Viscеribus totis solum me amplexa fouebas,
Progressus studiosa mei. ceu palmite gaudet
Vlmus. consociatque nemus ramosque ministrat
Surgenti. & primis lætatur ouusta racemis:
Sic mihi tu in studium vires animosque ministras,
Et proprios offers Musarum ad munera census.
Non hoc fœminæ opus. quoties me voce vocasti
Fratris ad egregii exemplum? cui nomina Martis
Indidit aduersis lux olim lustrica fatis. (mne est
Quicquid ero. & quicquid parte hac sum, muneris o-
Nympha tui. Phœbumque tibi debemus & artes.
O vbi nunc materna fides! Vbi mixta pudori
Gratia! simplicibusque decens in moribus horror?
Et vitæ sine nube tenor? cui Zeno præire
Nolit. & antiqui cui cedat norma Catonis.
Quis mihi nunc animos mulcebit, & ignea curis
Pectora? quis peregrè venientem iunget amicis
Nexibus? & blandis humeros circundabit vlnis?
Tu mihi curarum requies, tu portus in istis
Publica quæ patriæ miscent incendia turbis.
O meritò dilecta Diis! tibi mollia vitæ
Stamina, diuitiæque tibi, virtusque fruendi,
Et tua per tenues nota indulgentia ciues.
Nec falsis te laudo bonis. tibi Collatini
Fœmina collata abscedet minor: & tibi Vestæ
Prisca pudicitiæ palmam non auferet ara.
Omnia quæ tulit vna dies. tua funera mœsti
Vidimus, optauique vt succidaneus essem.

*In Natali Iani Dousæ.*

Festa dies, bis festa dies. da thura Camillæ
Vinaque *Dousiaco* dum facimus *genio*.

Sancte

Sancte Geni vatum, magno qui primus Homero
Presisti æternis Caniciem folijs,
Et tot inexstinctæ sacrasti nomina famæ:
Siue colis Pindi nunc iuga, seu potius
Te Batauûm tenet ora, olim quæ sacra duellis,
Nunc studijs, vatum est nobile perfugium:
Prosper propitiusque veni lux illa canetur,
Quæ lucem terris attulit occiduis.
Quale sacer Phœbi radius dispellit obortus
Noctiuagæ matris nubilaque & nebulas:
Talis, *Douza* meus, nostro decedite vati
(Et licet Inuidia hoc audiat, & Nemesis)
Vatum sæcla vetusta, & sæcla nouissima vatum:
Par ille antiquis, maior, & ille nouis.
Tange lyram; rari consurget carmen honoris,
Altáque Pindaricis Musa feretur equis.
Posce Elegos; molli cantabit digna Tibullo,
Et te, qui Latius dicere Callimachus.
Vis Satyras? illo potuit, me iudice campo
Antiquis palmam præripere ingenijs.
Siue tuo, quo sese Auruncus iactat alumno:
Siue tuo, vates Appulus an Calaber?
Idem erit, Heroos capitur si condere versus:
Idem erit, innumeros iungere si numeros.
Felix ingenij vates, non te mala tangit
Gloria, Bellonæ quæ, venit à spolijs:
Non lucri vesanus amor. te Musica labra,
Te riui, & solæ te capiunt siluæ.
Illic aut duros Dominæ meditaris amores,
Aut canis argutâ Ciuica bella lyrâ.
Quasque lacessiris des pœnas Pœne Batauis,
Et tua quo classis fracta natet scopulo.
Quàm malè Palladiæ tentaris mœnia Leidæ:
Quàm malè pugnacem obsederis Alcmariam
Tu canis, ad cantum properant, quas arida tellus,

Quasque tenent Nereî cœrula templa Deas.
Plaudit & hinc Panum chòrus, inde stupent Tritones
Non ante auditos voce manuque modos.
Talis in æterno citharam cùm sumis Olympo,
Cingeris à magnis Delie cœlicolis.
Talis & in siluis dum cantat Thracius Orpheus,
Mouit ad ignotos secla ferina sonos.
Ille feras mouit, sed non & fœmina mota est:
Quale parcas crimen ô mulicbre secus?
Orphæus fœmineæ debet sua funera dextræ,
Nulla dies vobis eluet hanc maculam.
Sed puer huc da thura: exorbito. *Macte Geni* esto
Hoc *Ferto*, & liquido *Macte Geni Bromio.*
Et fac *Dousiaca* sublimis gloria *Musa*
Impetret à *Genio*, quod meret *Ingenio.*

*Ad stellam Venerem pro Horto.*

Alma Venus, quæ cœlorum colis ardua templa,
Quæ maria ac terras vitali semine comples:
Qua sine nec flores hortos, nec gramina campos
Vestierint, neq; frugiferas animalia terras,
Quæve solum pedibus sulcant, quæve aëra pennis:
Tu Dea tu fautrix hortorum in cultibus esto,
Adspiréq; meo numen genitale labori.
Nam sine te nil Flora potest, nil flaua Segestis,
Nodutisq; herbæ pubenti optabile numen.
Pelle malum virus à floribus imbricitorq;
Ne noceat Aquilo, neu grando, neu robigo,
Effice. diua potes. Solis Lunæq; potestas
Te superà. sed consensu tua tertia regna.
Nec tibi Mercurius certauerit, aut tibi Mauors,
Ipse tuo fasces submittit Iupiter igni.
Intercà dum nos fera munera militiai
Exercent, lituique vocant ad ciuica bella:
(Patria da veniam) Hauteni securus in hortis:

Ipse

Ipse habitem, fallátq; meos cultura dolores.
Non ego Bellonæ sim victima, non ego Marti
Miles: nascentique alius mihi risit Apollo.
Sat patriæ Belgisq; datum, si fama Camœnæ
Nostræ erit, atque aliquis venienti *Lipsius* æuo.

*In nuptias Victoris Giselini.*

O columen patriæ, ô Belgi lux vnica nostri
*Victor*, in optato te diua Salacia portu
Iam locat, & tutam firmant retinacula nauim.
Iam bona nox oritur, iam Vesperus affulgescit
Diu sperata ferens genialis gaudia lecti.
Hymen ô hymenæe hymen faue, ô hymenæe.
O decus eximium nuptis nunc, antè puellis
Iam voti damnare & damnetur quoq; mater.
Præses illa dies tota quam mente petistis,
Qua digna coniuncta viro connubia læta
Concelebres, vellentq; tuos noua flamea vultus.
Hymen, ô hymenæe, hymen faue, ô hymenæe.
Conitige te virgo digna & tu virgine coniux:
Alter Musarum, & haritum decus altera: & ambo
Præstantes animi, præstantes corporis ambo.
Iungite felices dextras rumore secundo,
Iungite, flexanimo perfusi pectus amore.
Hymen ô hymenæe hymen faue, ô hymenæe.
Nulla ætas meliore iugo commisit amantes:
Nullus amans vnquam tantum insaniuit amorem,
Nec sic falsiparens Oetæo exarsit in ocri,
Nec furor Empedoclis Siculam delapsus in Ætnam:
Quantus amor Caium & Caiam quantus adurit.
Hymen ô hymenæe, hymen faue, ô hymenæe.
Fallor? an ancillatur nox tibi? non ego fallor.
Et solito citius Phœbum decesse sorori
Contuor, & subitis cœlum prætexier vmbris.
I bone, quò tua te coniux vocat, hoc licet ipsa

Dissimulet, licitoque etiam nunc pugnet amori.
Hymen, ô hymenæe, hymen faue, ô hymenæe.
Ite agite Herculeo connectite brachia nodo,
Ludite, & insomni noctem traducite somno,
Festis moribus & gannitibus alternantes.
Sic Venus ipsa iubet: Veneris ne spernite numen
O pueri, grauis est dea. sed vos dicite mecum
Hymen ô hymenæe, hymen faue, ô hymenæe.

*Ad Victorem Giselinum.*

Si potes ad tenuem conuiua accumbere mensam,
Qualem Socratici mihi præscripsere libelli,
Cras medio te Sole domi, *Giseline*, manebo.
*Hauenum* tecum cum *Duza*, *Lernutioque*.
Hunc Batauæ hos Latiæ spem præsidiumq; Camœnæ.
Tres animas quales non Phœbus candidiores
Illucet, neque quos faciunt duo numina pluris
Vera Fides & Amor. Quiduis impunè licebit
Garrire, & medijs diffindere seria ludis.
Non aliæ accipient commissa fidelius aures.
Tu tantum ante meum quidquid dolet, exue limen.
Mitte graues curas, mitte & nostratia bella.
Quid Grudij faciant, à peste an ab hoste laborent,
Quosque nouos fluctus Turcis incogitet Auster
Hesperius, quas insidias cui struxerit vrbi.
Hæc Deus, & patriæ melior fortuna videbit,
Et noster (trepidæ cui rerum tradita habenæ)
Consilio Fabius, factis animisque Camillus.
Nos agitare iocos conuenimus: hæc mihi mensæ
Lex erit, vt totâ non sit frons seria cœnâ.
Hoc tantum ius est, intergarrire vetustum
Carmen, & Hispano Plautum miscere Poëtæ;
Qualia *Douza* meus, vel tu, *Giseline*, soletis.
Cetera quæ dicat tristis censura librorum
Turnebine, an Scaligeri deliret acumen

Scriptis

Scriptis Varro tuis: veteri fuligine codex
Quid ferat. & qualis quoquo ordine littera peccet
Forsan videro cras. nunc hoc, ne sordida mappa
Conuiuam offendat, maculæ ne lancibus atræ
Hæresçant, potius quàm Plauti versibus, angor.
Non capit has nugas hodie domus, vnas in hoc sum
Conuiuis, sit me conuiuatore, beatè.

*In Nuptias Iani Bernartl.*

*Pierides* quondam cultæ mihi, verba præite
Versibus, & liquidum defundite gutture carmen.
Musa Venusq; volunt. iubet altera, & altera Diua:
Musa quidem studiosa viri, Venus ipsa puellæ,
Quis nunc solennes thalamos Hymenæe parasti.
Nam venit illa dies Parcarum condita fausto
Vellere. quo *Ianus Catharinaq;* fœdera iungent,
Fœdera perpetuum mansura, manentibus ipsis
Quæ nullæ possint violare aut soluere luces,
Quæ nullæ possint violare aut soluere noctes,
Excipio te *Nox* æternum continuanda.
Surge, age, mi Vates, Musarum cultor. & idem
Eunomiæ, ac voti tandem satiare petiti.
Illa tua est. curas licet & suspiria ponas,
Fræna momordit amans, subijtq; iugalia vincla.
Talis in Eurydices complexus Thracius Orpheus
Venit, & exstinxit quos suspirauerat ignes,
Molliter alternis & carmen & oscula pangens.
O iuuenis, cui Dij certatim dona tulerunt
Nascenti, crescenti, ad culmina conscendenti
Fortunæ! & tantum Liuor neget. En tibi Iuno
Quàm faueat qualem dederit, qualique parente!
*Breugelius* pater est iuris legumque peritus
Arbiter, & magni pars idem magna Senatus.
Vir quo nec Probitas probior, nec iustior ipsa
Iustitia; & Græco par Romanoque Catoni.

At tu virgo etiam stirps ô mea, tu quoq; gaude,
Iam tali iungenda viro. quem Musa benigno
Excepit fouitq; sinu: quem Iupiter, omnes
Corporis atq; animi dotes largitus, honestat.
Hoc fruere, & stantes vitis velut implicat vlmos
Auxilium fulcrumq; sibi, complexa maritum
Stringe. licet tenerum nunc ablegare Pudorem:
Lex, ritus, materq; volunt. ô si mihi coram
Hæc fari, & tenui fas instillare susurro!
Fata negant: aliter te sponse & sponsa viderem
Te quoque, qui nostris spes vnica & vltima rebus
*Erneste* Austriadum, properas decus: alma Deorum
Progenies, idemq; Deos aliquando dature,
Omnia ni nostræ docuerunt vana sorores.
Sed propera. Ventis feruet mare, mergitur vndis
Hæc ratis, atque omnis laterum compago fatiscit,
Ni veniens, nimbósque fugas Solémque reducis,
Cumque tuo *Zephyro* iam spiras mitior *Auster*.

*De S. Eucharistiæ Sacramento.*

Saluator dapibus comites pasturus opimis,
Sancta subit Solymûm regalia mœnia, & illic
Cœlestes dispensat opes. validóque precatu
Viuificum Cererem in corpus calicésque Lyæos
Sanguineum in flumen vertit, ritúque celebri
In comites sacra membra suos partitur, & alma
Accipite, ore, animis animarum pabula: nostrum
Hoc corpus, cruor hic viuo est de corpore noster,
Regia, qui ad Superos recludet limina, quique
Eluet afflicti commissa piacula mundi.
Id quoties facitis, (fieri nam ritè iubemus)
Sanguineos ictus memorate ac rabificum fel,
Liuoresque graues, Superûm quos in cruce Rector,
Rector ego accipiam atque dapes sic sumite nostras;
Sumite, & ad seros imitandum forte nepotes.

Salue

Salue triticeâ occultum sub imagine corpus,
Care Redemptoris saluete è corpore nostri
Riuule promanans, *Christi* præstantia viui
Viscera saluete in sacra esurientibus esca.
Inclyta perpetuo sunt digna charismata cultu,
Victima sacra, & fercla thymo mage odora suaui,
In quibus Elysij sumuntur pabula regni.

*In fœminam famosam è Græco.*

Dic mihi, cur olim proiectis Marspiter armis,
Vulcani in thalamos irruis & laqueos?
Hæc est vera Venus. nunc fas est, indue vincla
Quæ tibi de Superis quilibet inuidear.

*Ad Belgicam Lud. Guicciardini.*

*Europæ* ocelle, Gallix inclytum sydus,
Tot insulis peninsulisque dictincta
Amœna *Belgica*, oppidisque turritis.
O *Belgica* antè flos decúsque terrarum,
In quâ superbiebat vnica Pallas,
In quâ nepos regnabat vnicâ Atlantis;
Nunc ciuico prostrata turpiter Marte:
Gaude misella, & pone lugubrem vestem,
Honoribus recenter aucta diuinis,
Quos tibi parauit Italæ decus terræ,
Etruriæque stella *Guicciardinus*:
A morte qui te vindicauit, & nigræ
Obliuionis liberauit à fato.
Ille oppida, ille scribit adsitos pagos;
Prouincijsque limites duit certos,
Septemdecim quæ disparantur in partes:
Fluuios, lacúsque, & salsa templa Neptuni,
Reges, dynastas, & reciprocos casus,
Et quidquid audent fata rebus in nostris.
Tu Diua tali macta, macta, scriptore,

Æternaque illo: donec astricos ignes
Ducet reducet currus humidæ matris.

*Ad I. Hautenum. De versione eius Plauti.*

Belgarum decus & Bataua Siren
Nostrarum pater elegantiarum,
*Hautene*, vnice & vne mî Sodalis.
O quàm nos lepidâ tuâ Camœnâ
Oblectas reficisque, dum Latinas
Transfers ad patrium solum Camœnas!
Et Plauti numeros solutiores
Verbis & numeris ligas Batauis,
Quod hæc atque alia inuidebit ætas.
O ioci Veneresque, ô Atticorum
Conditæ sale collocutiones!
Vis verum tibi dicì amice? dicam,
Te viuo pariter sales Bataui
Viuent, & pereunte te peribunt.

*De frigore inimico Poëtis.*

Auspicijs *Iani* duplicis dum scribere versus
Cogito, *Douza* tuis & noue *Iane* tuis:
Obstitit incœptis Saturni sidus & omnis
Crystallo tegitur amnis, & omnis humus.
Conglaciastis aquæ Heliconidas. ite Poëtæ,
Nulla leuat vestram Castalis vnda sitim.

*In Petronium Arbitrium Douza.*

En *Petronius*, Arbiter Lepôrum,
Et salsus pater & salaxiocorum:
Quos nouit Latium, vetusque Roma,
Pœdore obsitus impolitiáque
Dudum, nunc melior politiorque
In nouam properat venire lucem.
Non quidem Magicâ recoctus arte,

Sed

Sed *Douſæ* medicâ recoctus arte.
*Douſæ*, qui veterum arbiter Lepôrum eſt:
*Douſæ*, qui pater elegantiarum eſt.
At tu noſtra fatue & caue Iuuentus.
Merum mel latet hic, latet venenum:
Probis mel merum, at improbis venenum.

*Franc. Martinio mortuo Neapoli.*

Heus oculo errante qui teſqua hæc loci aſpicis,
Conſiſtere hîc te paullulum Muſæ iubent.
*Martinius* ille flos iuuenum quot fuerunt,
Quot nunc ſunt, quot erunt futuris ſeculis,
Doctus, eruditus, ipſo in Muſarum ſinu,
Iſtic reliquias depoſiuit corporis.
Lugete Muſæ Latiæ, & Muſæ Galliæ,
Et quidquid vſquam eſt hominum qui Muſas amant;
Veſter ille Vates & veſtri chori decus
Florente cùm æuo Famæ currum aſcenderet
Morte captus abijt hinc in communem locum.
Sic DI voluiſtis, Homines nullius pretî,
Bucos, blennones, vitam vitales frui.
Vates ferè ante vitam vitâ interfici.

*Ad Ianum Douſam. Commendat otium.*

Non ſemper tumido mari
Inter cæruleos greges
Inter fluctì-vagas Deas
Tendunt carbaſa nautæ.
Non ſemper rapido feras
Curſu perſequitur Dea,
Quæ luſtra & ſiluas amat
Flauo Delia crine.
Tu nullam ſtudijs tuis
Pauſam ponere pertinax,
Vrges Pierios modos,

O vepallide Douſa.
Non ſic Scipiadæ genus,
Nec Læli ſapientia
Qui docti granibus leues
Inter-ponere curas.
Illos ad mare lubricum,
Quà Lucrina ſonant freta
Omnis Nereidum chorus
Vidit ludere conchis.
Ergo deſine perpetis
Iam tandem ſtudij, & modum
Exemplo ſapiens meo,
Aude ponere Muſis.

*In Laudem Ioſephi Scaligeri.*

Vnde hic tam nouus incidit
Ardor? quò trepidum vocas?
Quem Diuum aut hominem iubes
Laudem, Delie vates?
Te, Ioſephe boni patris
Proles; ſed melior patre:
Romanas ſimul & ſimul
Graias docte Camœnas.
Quo natum melius nihil,
Natum doctius eſt nihil,
Quà Sol cornigerum caput
Tollit parte, vel abdit.
Tu flos vnice Galliæ,
Tu flos Italiæ tuæ:
Qualis ſiderei nitet
Luna gloria mundi.
Tu ſiue innumeros modos
Tentas condere ſeu libet
Colle in laurigero vagum
Sertos nectere flores:

Diuina

Diuina fide flumina
Sistis: te cupidæ feræ,
Te celsæ nemorum comæ,
Priscus te stupet Orpheus.
Felix ingenij & genij,
Cuius perpetuum decus
Et nunquam metuens mori
Tangit sidera fama.
Nos vulgi tenues premunt
Curæ; nos tepidi iuuant
Soles; & medio strepens
Durus riuulus horto.

*In effigiem & scitum Io. Matalij Metelli.*

Morum iudicijque probus, *rectoq;* gubernans
*Clauo*, & mare hoc vitæ secans,
Iste Metellus erat: licet ora in cana tueri:
Mentem tueri vnà haud licet.
Quanto pulcrior hæc! si videris, ô cœlestem
Clamabis & dices, virum!

*In Albo Amicorum Iani Gruteri.*

Inscribam, Grutere, tuo vis nomen in albo?
Non opus est: Animo scriptus es ipse meo.
Inscribam tamen, & ponam, sine fraude doloque,
Exiguum magnæ pignus Amicitiæ.

*Ad Petrum Oranum I. C.*

*Petre*, iuris & elegantioris
Musæ candide cultor & sacerdos;
Quem ni sic amo, vt hos meos ocellos,
Atque vt tu geminos tuos puellos,
Iupiter mihi perdat hos ocellos:
Quando ad me venies, meosq; flores?
Namque & gestio ego ipse te videre,

Atque

Atque illi mage gestiunt videri.
En Sol purior hic & aura veris;
Pinxit, vt Babylonicum tapete,
Nostras areolas. veni, videbis,
Gaudebis quoque. namque pars eorum
Herculi vt decimæ, tibi sacrata est.
Ecquid te traho? sed veni. peribunt
Illi, ni properas, tuumque donum.

*In Car. Clusii Historiam stirpium.*

Qui solus veterem nouamque Floram,
Et solus veterem nouamque Hygeiam
Pernouisti, & ad intimos recessus
Naturæ penetrasti amice *Clusi*:
Qui quod noster habet, quod alter Orbis
Solus mente capis, stilo recludis:
Quàm nos Pannonici tui labores
Iuuant! Pannonicas quibus per oras
Herbarum agmina mille, mille florum
Sedulus legis, & legenda nobis,
Nec legenda modò, sed & videnda
Istoc porrigis in breui libello,
Docto, Iupiter, & bono libello!
Quem qui non amat æstimatque Lector:
Non amat veterem nouámque Floram,
Non amat veterem nouámque Hygeiam.

*Ad Clusii nomen lusus.*

Omnia Naturæ dum, *Clusi*, arcana recludis:
*Clusius* haud vltra sis sis sed *Aperta* mihi.

*Ad Collegas suos Excusatio.*

Sodales lepidi, vtriusque linguæ
Cultores, quibus hæc & illa Musa
Frontem non moriente fronde cingit:
Sit vestras mihi fas semel migrasse

Leges,

Leges. nec ſolidos dediſſe verſus
Bis ſenos. vetat hoc ſtupente cœlo
Obortus ſtupor & negat calorem
Mens admittere lenta Apollinarem,
Morbum huc addite. & addite huc veternum
Cum morbo ſimitus mihi moleſtum.
At vos parcite: ſic bonæ Camœnæ
Ætatem faueant, Perennitaſque
Veſtras perpetuet volens Camœnas.

*Ex libro III. Antiquarum lectionum.*

Eſte procul curæ durum genus, eſte labores,
Triſtis vita meo non facit ingenio:
Me iuuet è dominæ vultu pendere ſupinum,
Et blandis oculos paſcere imaginibus:
Me iuuet impoſitos mecum langueſcere flores:
Tu puer huc plenis adde merum cyathis.
Ter tibi ſancte puer, tibi ter fit mater Amorum,
Bis tibi ter caſto fit mea Laura mero,
Qualis ſi vitæ ratio mortalibus eſſet
Incinctis viridi molle caput ſtrophio,
Non ferrum, non arma eſſent? nec corde micanti
Audiſſet trepidas pallida virgo tubas.
Nec totiens propriis à ciuibus oppugnata
Soluiſſet crines Gallia mœſta ſuos.
At tu, ſi ſapis, hos fructus decerpere vitæ
Elige & auſteris pone modum ſtudiis.
Nam veluti à tenera roſa virgine delibata
Languida collapſis deſeritur foliis:
Sic nobis dubiæ rapiuntur gaudia vitæ:
*Lipſi*, cras ſerum eſt viuere, viue hodie.

*Ibidem.*

Eſte procul Nymphæ, fallax genus, eſt puellæ;
Vita ſoluta meo non facit ingenio:

Me iu-

Me iuuet in priſcis poſitum palleſcere chartis;
Et variis animum paſcere ab hiſtoriis:
Me iuuet adpoſitos mecum langueſcere lychnos.
Tu puer huc plenis funde merum cyathis.
Ter tibi Calliope, tibi ter ſit præſes Apollo;
Bis tibi ter puro pura Minerua mero.
Qualis ſic vitæ curſus mortalibus iret,
Incinctis lauri triſte caput foliis,
Non crimen, non noxæ eſſent, & fraude remota
Simplicitas niueis priſca triumphet equis.
Externis totiens nec ab artibus expugnata
Soluiſſet zonam credula virgo ſuam.
At, tu ſi ſapis, his curis impendere vitam
Appropera, & leuibus pone modum ſtudiis.
Nam velut hæc folia aridulam ſpreuere corollam,
Quæ temere immenſam lapſa natare vides:
Sic nobis dubiæ labuntur tempora vitæ;
*Deini*; cras ſerum eſt diſcere, diſce hodie.

*Ibidem.*

Has inter epulas litteratum ſi mihi
Fortuna conuiuam duit:
Non me Syracuſana fercla iuuerint:
Magiſue apicij dapes,
Neque catamiti nectar oblatum manu
Iniuerit ventrem meum
Iucundius, quam melo ſi vepallidus
Detur meæ cœnæ caput,
Vel Cynara triſtis, Italæue braſſicæ
Belgis meis flos inſolens.

*A Deinii Tumulo.*

Quis tumulus? *Deinl.* quæ circum hæc agmina? Muſæ.
Quæ mulier? puris Simplicitas manibus.
Qui corpus? Charites animum fuxere? Lepôres.

Quis

Quis dedit in cineres tot bona? Parca dedit.
Musæ, Simplicitas, Charites, lugete Lepores,
Mortuus est vestro *Deimus* exitio.

*In Gramaticam Ant. Caucii.*

Quod Scaurus, Caper, & Probus, Palæmon
Dum formant animos rudi iuuentæ,
Olim multiplici dedere scripto:
En paucis tibi chartulis Apelles
Pinxit noster: habe, & faue iuuentus.
At vos Grammaticæ leues cohortes,
Inflatum genus, hordeoque pastum,
Cum sceptris ferulisue abite vestris,
Et decedite *Caucii* libello,
Qui vestros pedibus trahit libellos?

*Ad Martum Velserum.*

Marce, dispeream, nisi inter omnes
Quos amo, te ego amo. idq; iure: siue
Virtutem videam tuam, aut amorem.
Virtus, Solis ad instar, ilia licet:
Nec tuæ modo Rætiæ, sed omni,
Quam lata est, Alemanniæ, & propinquæ
Galliæ, Italiæque, Iberique.
Addamne ipsam Asiam? dedere hãc quoq;
Et splendor tuus ora inhospitalis (ausim)
Ponti percutit, ipsaq; urbs Byzantis
Te nouit simul & commerentem.
Quid iam porro ego debeo? qui amorem
Tam largum mihi candidumque defers.
Certe debeo, quod nec vlla lingua,
Quod nec concipere ipsa mens potisit.
Ergo me tibi fisto mancipandum:
Et habe tibi, quidquid est, eritque
*Iustus Lipsius*, hoc ab æuo in æuum.

*Ad I. Douſam de iuuenum & virginum luſu in glacie.*

Douſa, quem genitum atque humi cadentem
Excepêre ſinu nouem Sorores,
Formarunt manibus ſuis Lepôres.
Rude, quicquid amas, tuum Poëtam,
Qui ſpectacula Leidâ in vrbe, nuper
Cum pigrâ glacie ſtetiſſet omnis
Et cruſtam ſubitam induiſſet amnis,
Vidit, qualia non ſuperba Roma,
Non ſuis Lacedæmon in Palæſtris.
Namque illinc ſoleas ſecante ferro
Suppacti iuuenum chorus volabat;
Hinc veſtigia iuncta, ſed minora,
Implexæ manibus premunt puellæ.
Tales credibile eſt, iacente *Ponto*,
Olim *Nereidum* fuiſſe luſus.
O ſpectacula pulchra, & ô beatos
Iſtos deliciis nouis ocellos!
Ite ludicra priſca, abite nugæ,
*Mimi, Schænobata, Gelaſſani.*
Omnes prouocat vnus iſte Circus
Latinos ſalibus ſuis *Batauus*
Et Græcos ſalibus ſuis *Batau*[illegible]

*Nic. Micaultio cum ſacra laurea donaretur.*

Quiſnam hic, quis nouus occu[illegible]t
Ardor? quis trepidum rapit
Docti ad culmina montis
Phœbo operatum?
An verus vetus eſt amor
In te clare *Micaulti*?
Clare à ſtirpe, opibus, magis
A probitate.
Ille eſt, ille meum ferit

Thyrſo

Thyrſo pectus, & intima in-
Fundit gaudia, cum videt
Inclyto honore
Augendum date lilia,
Flores ſpargite duplices,
Sertos ſiue ſolutos,
Thura adolete.
Iam ſcandit Sophiæ arduas
Arces iam capiti decus,
Æternum veniet decus,
*Laurea Sacra.*
Qualis Scipio murice
Inſignis, Capitolia,
Victus hoſtibus Afris,
Aurea ſcandit.
Plebes atque patres fremunt,
Hic cingit, ſubit, hic præit:
Illius noua tentat
Gloria pectus.
Perge ô tu quoque numine
Dextro victor, & aſſere
Antiquæ fidei ſacra,
Heu! violata.
Quæ non flagitia adſpicis?
Quas labes ſcelerum? ruit
Doctrina illa vetus patrum, &
Patria virtus.
Vt cum præcipiti iugo,
Currus non reuocabili
Impete fertur, equi negant
Obſequi habenis.
Nec ſpes vlla ſuper, niſi
Noſtra ô Belgica, bellicis
Tandem libera curis,
Munia pacis

Æternaque illo: donec astricos ignes
Ducet reducet currus humidæ matris.

*Ad I. Hautenum. De versione eius Plauti.*

Belgarum decus & Batava Siren
Nostrarum pater elegantiarum,
*Hautene*, vnice & vne mî Sodalis.
O quàm nos lepidâ tuâ Camœnâ
Oblectas reficisque, dum Latinas
Transfers ad patrium solum Camœnas!
Et Plauti numeros solutiores
Verbis & numeris ligas Batauis,
Quod hæc atque alia inuidebit ætas.
O ioci Veneresque, ô Atticorum
Conditæ sale collocutiones!
Vis verum tibi dicì amicè dicam,
Te viuo pariter sales Batavi
Viuent, & pereunte te peribunt.

*De frigore in mico Poëtis.*

Auspicijs *Iani* duplicis dum scribere versus
Cogito, *Dousa* tuis & noue *Iane* tuis:
Obstitit incœptis Saturni sidus & omnis
Crystallo tegitur amnis, & omnis humus.
Conglaciastis aquæ Heliconidas. ite Poëtæ,
Nulla leuat vestram Castalis vnda sitim.

*In Petronium Arbitrium Dousa.*

En *Petronius*, Arbiter Lepôrum,
Et salsus pater & salax iocorum:
Quos nouit Latium, vetusque Roma,
Pœdore obsitus impolitiáque
Dudum, nunc melior politiorque
In nouam properat venire lucem.
Non quidem Magicâ recoctus arte,

Sed

Sed *Douſæ* medicâ recoctus arte.
*Douſæ*, qui veterum arbiter Lepôrum eſt:
*Douſæ*, qui pater elegantiarum eſt.
At tu noſtra fave & cave Iuuentus.
Merum mel latet hic, latet venenum:
Probis mel merum, at improbis venenum.

*Franc. Martinio mortuo Neapoli.*

Heus oculo errante qui teſqua hæc loci aſpicis,
Conſiſtere hîc te paullulum Muſæ iubent.
*Martinius* ille flos iuuenum quot fuerunt,
Quot nunc ſunt, quot erunt futuris ſeculis,
Doctus, eruditus, ipſo in Muſarum ſinu,
Iſtic reliquias depoſiuit corporis.
Lugete Muſæ Latiæ, & Muſæ Galliæ,
Et quidquid vſquam eſt hominum qui Muſas amant;
Veſter ille Vates & veſtri chori decus
Florente cùm æuo Famæ currum aſcenderet
Morte captus abijt hinc in communem locum.
Sic DI voluiſtis, Homines nullius pretî,
Bucos, blennones, vitam vitales frui.
Vates ferè ante vitam vitâ interfici.

*Ad Ianum Douſam. Commendat otium.*

Non ſemper tumido mari
Inter cæruleos greges
Inter fluctì-vagas Deas
Tendunt carbaſa nautæ.
Non ſemper rapido feras
Curſu perſequitur Dea,
Quæ luſtra & ſiluas amat
Flauo Delia crine.
Tu nullam ſtudijs tuis
Pauſam ponere pertinax,
Vrges Pierios modos,

O vepallide Douſa.
Non ſic Scipiadæ genus,
Nec Læli ſapientia
Qui docti granibus leues
Inter-ponere curas.
Illos ad mare lubricum,
Qua Lucrina ſonant freta
Omnis Nereidum chorus
Vidit ludere conchis.
Ergo deſine perpetis
Iam tandem ſtudij, & modum
Exemplo ſapiens meo,
Aude ponere Muſis.

*In Laudem Ioſephi Scaligeri.*

Vnde hic tam nouus incidit
Ardor? quò trepidum vocas?
Quem Diuum aut hominem iubes
Laudem, Delie vates?
Te, Ioſephe boni patris
Proles; ſed melior patre:
Romanas ſimul, & ſimul
Graias docte Camœnas.
Quo natum melius nihil,
Natum doctius eſt nihil,
Quà Sol cornigerum caput
Tollit parte, vel abdit.
Tu flos vnice Galliæ,
Tu flos Italiæ tuæ:
Qualis ſiderei nitet
Luna gloria mundi.
Tu ſiue innumeros modos
Tentas condere ſeu libet
Colle in laurigero vagum
Sertos nectere flores:

Diuina

Diuina fide flumina
Siſtis: te cupidæ feræ,
Te celſæ nemorum comæ,
Priſcus te ſtupet Orpheus.
Felix ingenij & genij,
Cuius perpetuum decus
Et nunquam metuens mori
Tangit ſidera fama.
Nos vulgi tenues premunt
Curæ; nos tepidi iuuant
Soles; & medio ſtrepens
Durus riuulus horto.

*In effigiem & ſitum Io. Mataly Metelli.*

Morum iudicij que probus, *recto q;* gubernans
*Clauo*, & mare hoc vitæ ſecans,
Ille Metellus erat: licet ora in cana tueri:
Mentem tueri vnà haud licet.
Quanto pulcrior hæc! ſi videris, ô cœleſtem
Clamabis & dices, virum!

*In Albo Amicorum Iani Gruteri.*

Inſcribam, Grutere, tuo vis nomen in albo?
Non opus eſt: Animo ſcriptus es ipſe meo.
Inſcribam tamen, & ponam, ſine fraude doloque,
Exiguum magnæ pignus Amicitiæ.

*Ad Petrum Oranum I. C.*

*Petre*, iuris & elegantioris
Muſæ candide cultor & ſacerdos;
Quem ni ſic amo, vt hos meos ocellos,
Atque vt tu geminos tuos puellos,
Iupiter mihi perdat hos ocellos:
Quando ad me venies, meoſq; flores?
Namque & geſtio ego ipſe te videre,

Atque

Atque illi mage gestiunt videri.
En Sol purior hic & aura veris;
Pinxit, vt Babylonicum tapete,
Nostras areolas. veni, videbis,
Gaudebis quoque. namque pars eorum
Herculi vt decimæ, tibi sacrata est.
Ecquid te traho? sed veni. peribunt
Illi, ni properas, tuumque donum.

*In Car. Clusii Historiam stirpium.*

Qui solus veterem nouamque Floram,
Et solus veterem nouamque Hygeiam
Pernouisti, & ad intimos recessus
Naturæ penetrasti. amice *Clusi*:
Qui quod noster habet, quod alter Orbis
Solus mente capis, stilo recludis:
Quàm nos Pannonici tui labores
Iuuant! Pannonicas quibus per oras
Herbarum agmina mille, mille florum
Sedulus legis, & legenda nobis,
Nec legenda modò, sed & videnda
Istoc porrigis in breui libello,
Docto, Iupiter, & bono libello!
Quem qui non amat æstimatque Lector:
Non amat veterem nouámque Floram,
Non amat veterem nouámque Hygeiam.

*Ad Clusii nomen lusus.*

Omnia Naturæ dum, *Clusi*, arcana recludis:
*Clusius* haud vltra sis sis sed *Aperta* mihi.

*Ad Collegas suos Excusatio.*

Sodales lepidi, vtriusque linguæ
Cultores, quibus hæc & illa Musa
Frontem non moriente fronde cingit:
Sit vestras mihi fas semel migrasse

Leges,

Leges. nec ſolidos dediſſe verſus
Bis ſenos. vetat hoc ſtupente cœlo
Obortus ſtupor & negat calorem
Mens admittere lenta Apollinarem.
Morbum huc addite. & addite huc veternum
Cum morbo ſimitus mihi moleſtum.
At vos parcite: ſic bonæ Camœnæ
Ætatem faueant, Perennitaſque
Veſtras perpetuet volens Camœnas.

*Ex libro III. Antiquarum lectionum.*

Eſte procul curæ durum genus, eſte labores,
Triſtis vita meo non facit ingenio:
Me iuuet è dominæ vultu pendere ſupinum,
Et blandis oculos paſcere imaginibus:
Me iuuet impoſitos mecum langueſcere flores:
Tu puer huc plenis adde merum cyathis.
Ter tibi ſancte puer, tibi ter fit mater Amorum,
Bis tibi ter caſto fit mea Laura mero,
Qualis ſi vitæ ratio mortalibus eſſet
Incinctis viridi molle caput ſtrophio,
Non ferrum, non arma eſſent? nec corde micanti
Audiſſet trepidas pallida virgo tubas.
Nec totiens propriis à ciuibus oppugnata
Soluiſſet crines Gallia mœſta ſuos.
At tu, ſi ſapis, hos fructus decerpere vitæ
Elige & auſteris pone modum ſtudiis.
Nam veluti à tenera roſa virgine delibata
Languida collapſis deſeritur foliis:
Sic nobis dubiæ rapiuntur gaudia vitæ:
*Lipſi*, cras ſerum eſt viuere, viue hodie.

*Ibidem.*

Eſte procul Nymphæ, fallax genus, eſt puellæ;
Vita ſoluta meo non facit ingenio:

Me iu-

Me iuuet in priſcis poſitum palleſcere chartis,
Et variis animum paſcere ab hiſtoriis:
Me iuuet adpoſitos mecum langueſcere lychnos:
Tu puer huc plenis funde merum cyathis.
Ter tibi Calliope, tibi ter ſit præſes Apollo,
Bis tibi ter puro pura Minerua mero:
Qualis ſic vitæ curſus mortalibus iret,
Incinctis lauri triſte caput foliis,
Non crimen, non noxæ eſſent: & fraude remota
Simplicitas niueis priſca triumphet equis.
Externis totiens nec ab artibus expugnata
Soluiſſet zonam credula virgo ſuam.
At, tu ſi ſapis, his curis impendere vitam
Appropera, & leuibus pone modum ſtudiis.
Nam velut hæc folia aridulam ſpreuere corollam,
Quæ temere immenſam lapſa natare vides:
Sic nobis dubiæ labuntur tempora vitæ;
*Deini*, cras ferum eſt diſcere, diſce hodie.

*Ibidem.*

Has inter epulas litteratum ſi mihi
Fortuna conuiuam duit:
Non me Syracuſana fercla iuuerint:
Magiſue Apicij dapes,
Neque catamiti nectar oblatum manu
Iniuerit ventrem meum
Iucundius, quam melo ſi vepallidus
Detur meæ cœnæ caput,
Vel Cynara triſtis, italæue braſſicæ
Belgis meis flos inſolens.

*A Deinii Tumulus.*

Quis tumulus? *Deini*. quæ circum hæc agmina? Muſæ.
Quæ mulier? puris Simplicitas manibus.
Qui corpus? Charites animum finxere? Lepôres.

Quis

Quis dedit in cineres tot bona? Parca dedit.
Musæ, Simplicitas, Charites, lugete Lepôres,
Mortuus est vestro *Deimus* exitio.

*In Gramaticam Ant. Caucii.*

Quod Scaurus. Caper, & Probus, Palæmon
Dum formant animos rudi iuuentæ,
Olim multiplici dedere scripto:
En paucis tibi chartulis Apelles
Pinxit noster: habe, & faue iuuentus.
At vos Grammaticæ leues cohortes,
Inflatum genus, hordeoque pastum,
Cum sceptris ferulisue abite vestris,
Et decedite *Caucii* libello;
Qui vestros pedibus trahit libellos?

*Ad Marcum Velserum.*

Marce, dispeream, nisi inter omnes
Quos amo, te ego amo. idq; iure: siue
Virtutem videam tuam, aut amorem.
Virtus, Solis ad instar: illa licet:
Nec tuæ modo Rætiæ, sed omni,
Quam lata est, Alemanniæ, & propinquæ
Galliæ, Italiæque, Ibe[illegible]que.
Addamne ipsam Asia[illegible]ddere hāc quoq;
Et splendor tuus ora inhospitalis (ausim.
Ponti percutit, ipsaq[illegible]rbs Byzantis
Te nouit simul & co[illegible] merentem.
Quid iam porro ego debeo? qui amorem
Tam largum mihi candidumque defers.
Certe debeo, quod nec vlla lingua,
Quod nec concipere ipsa mens potissit.
Ergo me tibi sisto mancipandum:
Et habe tibi, quidquid est, eritque
*Iustus Lipsius*, hoc ab æuo in ænum.

Ad

*Ad I. Douſam de iuuenum & virginum luſu in glaciè.*

Douſa, quem genitum atque humi cadentem
Excepêre ſinu nouem Sorores,
Formarunt manibus ſuis Lepôres.
Rude, quicquid amas, tuum Poëtam,
Qui ſpectacula Leidâ in vrbe, nuper
Cum pigrâ glacie ſtetiſſet omnis
Et cruſtam ſubitam induiſſet amnis,
Vidit, qualia non ſuperba Roma,
Non ſuis Lacedæmon in Palæſtris.
Namque illinc ſoleas ſecante ferro
Suppacti iuuenum chorus volabat;
Hinc veſtigia iuncta, ſed minora,
Implexæ manibus premunt puellæ.
Tales credibile eſt, iacente *Ponto*,
Olim *Nereidum* fuiſſe luſus.
O ſpectacula pulchra, & ô beatos
Iſtos deliciis nouis ocellos!
Ite ludicra priſca, abite nugæ,
*Mimi, Schænobatæ, Gelaſiani.*
Omnes prouocat vnus iſte Circus
Latinos ſalibus ſuis *Batauus*
Et Græcos ſalibus ſuis *Batau[illegible]*

*Nic. Micaultio cum ſacra laurea donaretur.*

Quiſnam hic, quis nouus occu[illegible]
Ardor? quis trepidum rapit
Docti ad culmina montis
Phœbo operatum?
An verus vetus eſt amor
In te clare *Micaulti*?
Clare à ſtirpe, opibus, magis
A probitate.
Ille eſt, ille meum ferit

Thyrſo

Thyrſo pectus, & intima in-
Fundit gaudia, cum videt
Inclyto honore
Augendum date lilia,
Flores ſpargite duplices,
Sertos ſiue ſolutos,
Thura adolete.
Iam ſcandit Sophiæ arduas
Arces iam capiti decus,
Æternum veniet decus,
*Laurea Sacra.*
Qualis Scipio murice
Inſignis, Capitolia,
Victus hoſtibus Afris,
Aurea ſcandit.
Plebes atque patres fremunt,
Hic cingit, ſubit, hic præit:
Illius noua tentat
Gloria pectus.
Perge ô tu quoque numine
Dextro victor, & aſſere
Antiquæ fidei ſacra,
Heu! violata.
Quæ non flagitia adſpicis?
Quas labes ſcelerum? ruit
Doctrina illa vetus patrum, &
Patria virtus.
Vt cum præcipiti iugo,
Currus non reuocabili
Impete fertur, equi negant
Obſequi habenis.
Nec ſpes vlla ſuper, niſi
Noſtra ô Belgica, bellicis
Tandem libera curis,
Munia pacis

Amplectare, cape, ô cape
Quam *Clemens* hominum pater,
Quam Regum ille *Philippus*
Maximus offert.

Quæ mora vos Batauî tenet?
Quæ vos Mattiaci? date
Dextras, & veteri iugo
Subdite colla.

Tunc triſtes Superûm minæ,
Tunc Mars & Furor impius
Ibunt, atque redibunt
*Aurea Sæcla.*

*Ad Collegas ſuos In aduentu Romuli.*

Gaudete ô lepidi mei ſodales,
Vos dico vnanimi mei ſodales
Qui pulſas Latio Nouem Sorores.
Qui Graiis ſimul exſules ab oris,
Audaces reuocaſtis ad Batauos:
Et nouos numeros ſeueriori
Lege conditis, & notam ſtuporis
Soli demitis auribus Batauis:
Gaudete, & niueo ſimul lapillo
Hunc ſignate diem. nouus ſodalis,
Sodalis nouus, at vetus Poëta,
Cui dat *Roma* ſuum referre nomen,
Se noſtris comitem dabit Camœnis:
Et ſuis ſalibus facetiiſque
Reddet participes. Sed ó maligna
Fata! cur breuis hæc erit voluptas?
Cras viſet iterum ad ſuos Penates.
Velle Romule, vel tibi Penates
Nulli eſſent, vel in hoc vt opido eſſent.

*In tres Poetas A Iano Douſa illuſtratos,*

Phœbi delicium, Mineruæ amores,

Patris

Petris delicium, meique amores,
Qui te glorior imbuisse primo
Succo & nectare, *Dousa*, Litterarum:
Quam gratum mihi, quam fuit suaue,
Quod ternos meditaris in Poëtas
(Doctos, Iupiter, & bonos Poëtas!)
*Notas* scribere? quas, scio, probabunt
Ii quos Aoniæ probant puellæ,
Quique ipsi Aonias probant puellas.
Perge *Dousa* meus tuumque nomen
Petris subsere nomini, imo patris
(Hoc pater vouet ipse) vince nomen.

*In Satyram Menippæam.*

Quisquis eris bone vir Satyram lecture iocosam,
Pone supercilium.
Seria scripta legas caperanti fronte licebit:
Hic ioca, nugæ habitant.
Vana tibi hoc schidium referet ludibria somni:
Credere ne approperes.
Credenti nil scribo meos quasi somnia libros
Qui leget, is sapiet.
Sed magis is sapiet qui non leget, & sciet ista
Affanias, apinas.

*In Saphyrum* Βιοθάνατον.

Oluctum & lacrymas! meus Saphyrus,
Ille gemmula vera, non catellus,
Morte est præcipiti malaque functus,
In vasum miser incidens aenum
Efferuentis aquæ. miser catelle,
Hæc te post tria lustra mors manebat?
Quis nunc blanditias hiante rictu,
Quis nunc blanditias mouente caudâ,
Hero vltra faciet? quis obsidebit

Osti limen, & ingredi parantem
In se gestibus atque voce vertet?
Quis lusu recreabit? ô misselle
Non vltra facies: abisti ad Orci
Nigri limina. sit tibi benignus
Frater Cerberus, ipsa ditis vxor
Sit fautrix aberro: sit patrona,
Illi delicium nouum pararis.

*Ad Calorem pro Iano Dousa.*

Calor Deum Camille, genitalis Calor,
Siue in remotis *India* vagas locis,
Seu tesqua lustras *Africa* igneo pede;
Seu potius inter Cœlites *Deus Deos*,
Frater paterque mollium Cupidinum,
Amabili Dionæ ludis in sinu:
Ades dator salutis & vitæ Calor,
Huc qua *Batauæ* amœna *Leidæ* mœnia
Aspirat aura frigerantis Thethyos,
Meumque vatem, quem grauedo frigida
Tussisque vexat & frequens secratio,
Quam non merenti nauigatio dedit,
Inuise (*Diue*) lætus obsecro & volens.
Grauedinemque, quæ decere Nestoris
Tria sæcla possit aut senectam Peliæ,
Pelle in niuales Caucasi rursum locos.
Hac namque tussi nec Camœnis iam litat
Meus Poeta, nec puellis iam placet:
Iacetque anheli mole pectoris piger.
Quem, quia potis leuare solus es leua
*Calor* Deum Camille genitalis Calor.

*Epitaphium Familiæ Svveertianæ.*

Viator, heus resiste, rem tuam loquar,
Aut id quod esse non neges in rem tuam.

De

)e Morte sermo est, mortuisque Cogita
t hoc tibi fore. Serio si cogitas,
n rem tuam, quod esse dixeram, tenes,
t melior hinc abieris quam veneras.
am longus ordo est. Hos & illos subsequi
ex summa iussit. Fata quis homo vicerit?
quæ non timere si voles semper time.

*Ad Hieronymam Columnam.*

uæ flos merito potes vocari
ympharum, quot erunt quot aut fuerũt,
celle Italiæ, *Columna* salue.
udicissima quot fuêre vel sunt,
doctissima quot fuêre vel sunt.
anto doctior omnibus puellis.
uanto es pulchrior omnibus puellis.

*Erycio Puteano.*

quando, *Puteane*, vota nostra
tuam pariter fidem resignas?
uando *Fercla Secunda Epistolarum*
a lauta, diserta, & erudita
s contingere, fas erit fruisci?
*omulsis* tua nuper hoc spopondit,
negas, titulus reuincit: & cum
*teraania* iam data ipsa *Cœna*
e poscitur audin' hoc amice?
fides agitur tua, atque fama:
pera vnâ operâ illam, & hanc adauge.

*In Phil. Garingi libellum, de aquis Spadanis, à Thoma Ryetio Latine redditum.*

nceps aquarum quas salubribus venis
oduxit, aut producet alma Natura,
*dana* lympha, alumna Eburonum terræ;
es adepta in virus omne morborum,
enisque fata rumpere aut retardare
m languidos à ianua auocas Orci,

Iterumque donas luce cælica vesci;
Tu nota paucis, & medela miranda
Adhuc latebas vix vel accolis nota,
Cum prodiit *Gæringus* ille, qui Phœbi
Mystes, & audit Æsculapij proles,
Vir arte nescio an scientia maior;
Qui nobilem te fecit, & tenebroso
Oblivionis vindicauit à regno,
Tuus ille præco: hic dona rara lymphaarum
Sermone notificauit, & simul penna,
Sed (quod doleret alius incola Europæ)
Sermone vulgi; mox nisi alterum mysten
Phœbus *Thomam* excitasset, ipse Romanâ
Te veste velat; sicq; pulchrius comptam,
Et plurium oculis vsibusq; communem,
Tibi Bauaricæ germen inclytum stirpis
Antistes Vbiis, Imperique septemuir,
Idemq; Princeps huic Eburonum terræ
*Ernesto* donat. Tu clientis hoc munus
Quod sanitas ridente fronte collustrat,
Ridente fronte sume. sic tibi longum
Fluat tuisque lympha prima lympharum.

*Pro commentariis Delrii, in Senecam.*

Si quemquam è veteri nouaq; classe
Scriptorum colo, diligoque totâ
Mente & pectore; is est vterque scriptor
Cui nomen *Senum* dedit senî expers.
Namq; alter superat Thalem, vel ipsum,
Quis scriptis sapientibus reclusit
Quicquid in Sophiæ sinu latebat.
Alter carmine se probat diserto,
Et plene grauitatis & sonoris,
Quod suum quoque Pallas ipsa dicî
Vellet. Hunc tenebræ sed occuparant,

Anne

Anne æui vitio ! anne quod rotundè
Dicta pleraque erant, satisque acutè?
Hoc tu, *Delrie*, corculum Mineruæ,
Sermones vtriusque docte linguæ,
Vidisti, & faculam statim ecce tollens,
Hanc præfers adeo aptè & eruditè,
Vt quem raro aliquis vir ante legit.
Nunc legant capiantque vel puelli.

*In Echinum siue Erinaceum Douſæ.*

Flete ô tres pariter nouemque *Nymphæ*,
Et vos ingenia elegantiora
Ternas quæ colitis nouemque *Nymphas*.
Hæres mortuus est mei Poetæ,
Hæres delicium mei Poetæ:
Quem plus ille oculis suis amabat,
Qui plus illum epulis suis amabat,
Qui cum ludere, quem manu fouere,
Quem blandis solet excitare ronchis:
Cuius deliciis facetiisque
Non pugnet teneri columba *Stellæ*,
Non passer numeris sacer *Catulli*.
Namque argutus erat, suumque norat
Ipsum tam bene, quam ipse se, Poetam:
Nec sese à latere illius mouebat;
Sed circumsiliens herile Sigma,
Mensæ relliquias caducaque ossa,
A sola domini manu ambiebat.
At vobis male sit gelu atque frigus,
Quæ *Douſæ* sua gaudia abstuliſtis,
*Douſæ* gaudia, vitam huic Echino.
Quorum nunc operâ misellus ille
Ad cymbam tremuli sedet *Charontis*.
At *Douſa* in misera iacet querela
Expers lusibus elegantiisque,

Quas heu, heu domino exhibebat olim
Hæres delicium mei Poëtæ.

*In Io. Heurnii compendiosam artem.*

O *Heurni*, medicâ potens in arte,
Germen Hippocratis vel Æsculapi,
Quam libens video hunc nouum libellum!
Nouum, sed veteri politum ab arte:
Qui mole exiguus, sed vsione
Magnus; quidquid habent diserta Graiûm
Scripta, quidquid habent & Italorum,
Vnus continet, explicatque nobis;
Nescias breuiusne clariusne.
Non adstrictior insulæ ille alumnus,
Non apertior ille Pergamenus.
Vt me iudice, quidquid horum vterque
Gloriæ sibi vendicat seorsum,
Vnus tu tibi vendicas, ô *Heurni*.

*Eidem rei.*

*Longam artem vitamque breuem* prædixerat olim
Ille decus Medicis, & Deus Hippocrates:
*Longam vitam artemque breuem* nunc dixerit idem
Hæc si scripta legat Maximus Hippocrates.

*Ad Guilielmum Breugelium.*

Ille est par superis Deis,
Et mortalibus altior,
Qui fati ambiguum diem
Non optat leuis, aut timet.
Quem non ambitio impotens,
Non spes sollicitat lucri:
Quem non concutiunt metu
Regum præcipites minæ,
Non telum inplacidi Iouis.

Vno sed stabilis loco
Vulgi ridet inania:
Securòque oritur dies,
Securo cadit & dies.
Vitam si liceat mihi
Formare arbitriis meis:
Non fasces cupiam aut opes,
Non clarus niueis equis
Captiua agmina traxerim:
In solis habitem locis,
Hortos possideam atque agros,
Illic ad strepitus aquæ
Musarum studiis fruar.
Sic cùm fata mihi vltima
Pernérit Lachesis mea;
Non vlli grauis aut malus,
Qualis *Langius* hic meus,
Tranquillus moriar senex.

*In Gerardi Sandelini promotionem.*

*Sandeline* eximie in meis amicis,
Quem virtus mihi & elegantioris
Coniunxit studium eruditionis:
Grator & faueo tibi hunc honorem,
Quem nunc Iustitiæ manus seueræ
Alumno tibi donat atque mystæ.
O felix honor, ô beata cura!
Priuatis simul esse publicisque
Rebus præsidium: bonos tueri,
Malos opprimere. euge mi *Gerarde*,
Surge atque exorere; esto Sol, & istas
Quæ passim obtenebrant, fuga tenebras.
Sis tutor miseris, probis asylum;
At terror scopulusque sis scelestis.
Sic Deus tibi pluria vsque donet,

Sic gradus modò hic esto, & ampliorem
Nanciscaris honore ab hoc honorem.

*In Papinium à Io. Bernartio emendatum.*

Eccum *Papinium* benigne Lector.
Quis hic *Papinius*? Poeta magnus.
Vel dicam potius, Poeta summus:
Certe proximus est Poeta summo.
Quod mecum fateatur ipse Liuor.
Hic diu squalidus, impolitiæque
Censori meritò notandus, inter
Errabat nitidos suos sodales:
Donec perdolitum id tibi erudite
*Bernarti*. & capis asciam ac dolabram:
Et quidquid rude, quidquid imperita
Affinxit manus ac peredit ætas,
Dedolas simul & reponis. idque
Rectâ iudicii regente normâ.
Quas grates tibi posteri, & iuuentus
Præsens est habitura? credo magnas.
Debebunt equidem. tuam ipse quercu
Frontem *Papinius* libens coronat,
Hac quam Cæsar ei negauit olim.

*In Louanium.*

Saluete Athenæ nostræ. Athenæ Belgicæ,
O fida sedes artium, ô fructu bona,
Lateque spargens lumen & nomen tuum!
Te Gallus, & Germanus, & te Sarmata
Inuisit, & Britannus, & te duplicis
Hesperiæ alumnus. quam frequens frequentia
Stipauit olim, & aduenarum copia!
Quæ minuit aliquid ciuicus, fateor, furor
Et Mars cruentus: sed fuêre. quis neget?
Et fructus etiam apparet. ô quot millia

(Ita

(Ita dico) protuliſtis inſignes viros,
Auxilia vel conſilia publicæ rei?
Quot famæ in æde conſecraſtis nomina,
Perennibus victura ſcriptionibus?
Et porro proferetis, & ſacrabitis,
Si donat aliquam mitior pacem Deus.
Donabit autem. Vota vos modò & preces
Concipite, & in partem aduocate Virginem,
Patrona quæ veſtra audit, & Dei parens.

*Super inclinatione vrbis Louanienſis.*

Vrbs vrbium fuiſſe glorior quondam,
Lumen decuſque Belgicæ & caput regni
Quod à Lothario inclytum trahit nomen.
Quam lata muris, & frequens fui tectis?
Quam denſâ ciue? ſicut æther hic ſtellis.
Nam multi honeſti & nobiles ſuam ſedem
Iſthîc habere, multa plebs ſuam ſedem.
Vulgus Mineruæ ſacrum & æmulum, lanam
Tractabat & texebat, exteris mercem.
Quid nobiles? ferocis ii magis Martis
Pulli audiebant, bella & arma poſcebant.
Meus ille ciuis (credet hoc ſequens æuum)
Domi foriſque claritudinem & nomen
Marte peperit: ille adoreas crebras
ques pedeſque patriæ tulit terræ.
Germanus hunc miratus, acer & Gallus,
ugnax ſimul Britannus. & quid hæc iacto?
unc Aſia vidit terra, vidit Ægyptus,
t axe vidit altero ferox Liuo;
emque Lithuanus, & Scytha, & Moſcus.
unt vera, & hæc fuiſſe glorior quondam,
d heu, fuiſſe: iam quid eſſe me dicam?
dibrium ſtatus prioris & fati,
nbramque ſomniumque floris antiqui.

Huc

Huc me redegit contumacia, & fœda
Seditio, ab impotente plebe concita
Semel iterumque. quod luit quidem magno
Suo ipsa damno pulsa, cæsa, & afflicta:
Sed & ego sensi. solitudo nam vasta
Mox insecuta: quam fugare dum Princeps
Parat *Ioannes*, nobile hîc Athenæum
Instituit: & res hæc habere successum
Iam cœperat. iam cœperamque florere,
Cum ciuica, ecce, bella, tristia heu bella,
Iterum dederunt infrequentiam priscam.
Heu fata rerum! abite, & alta spirate.
En illa cecidi ego alta, nec caput tollo;
Lumen decusque Belgicæ & caput quondam.

*In P. Foresti libros contra vanos Vromantes.*

O decus Bataue, *Foreste*, terræ,
Qui vel depositos reducis ægros
Fati à limine, dasque sanitati;
Vt pastor rapit è lupi cruentis
Agnum faucibus asseritque vitæ.
Inter multiiugos tuos labores,
Queis arti Medicæ mederis ipsi,
Et pressam senio erigis foueisque:
Vel palmam sibi poscit hic libellus
Iusto iudice, quo malas Agyrtûm
Fraudes sic retegis fugasque, sicut
Phœbus nubila; & hos tenebriones
Mittis ad tenebras suumque ad Orcum,
Ne mittant alios deinde ad Orcum.

*In Fastos sacros Nic. Oudarti.*

*Sacra*, dies festos, olim Sulmone Poëta
Condidit, & certâ disposuit serie.
Sed sacra non sacranda, dies tenebris damnandos,

Et

Et quos instituit nigra Superstitio.
Tu *sacra*, tu *festos* alios, *Oudarte*, reponis,
Et quos substituit candida Relligio.
Macte operis laudisque olim Sulmone Poëtam
Carmine qui æquiparas, materie exsuperas.

*De insigni Iac. Monauii, trium Lunarum.*

Cornua rorifluæ quò spectant hæc tria Lunæ?
Nempe tibi ter tres sunt inamore Deæ.

*De eodem.*

Quid vult Luna triplex sibi, Monaui,
Vestræ insignia prisca gentis? an quod
Vt cœlo tenebras Dea alma pellit,
Sic terris tua stirps? quis id negabit,
Cui Virtus, Pietas, Fides Monauii
Nota est? iure triplex tibi ergo Luna
Quem triplex super astra fama tollit.

*In eiusdem scitum: Ipse faciet.*

Nec satagas, nec lentus agas, tibi quicquid agetur:
Nulla Deo exosa est cura, sed & nimia.
Nec gnauos nimis ignauosque pios cupit, ergo
Nec nil, nec nimium si facis, *Is faciet.*

*Ad M. Antonium Muretum.*

Qui flos hominum politiorum es,
Quot sunt, quotquot erunt, quot aut fuerunt,
Doctrinæ decus elegantioris,
Omen Italiæ, Murete salue:
Salue atque has aliquid puta esse nugas,
Quas mittit tibi maximo Poëtæ
Minge pessimus omnium Poëta.
Si Caluus tenero ausus est Catullo
Saturnalibus, optimo dierum,
Non mittere pessimos Poëtas,

Queis

Queis is continuo die periret.
At tu, ni caueas Murete, nugis
Istis tam illepidis & inuenustis,
Plenis ruris & inficetiarum,
Non dies aliquot, velut Catullus,
Sed totum male nauseabis annum.

*Ad Sodales de Cœna poëtica.*

Ne viuam lepidi mei sodales,
Nec Musas habeam mihi volentes:
Ni hæret penitis meis medullis
Cœna quam simul egimus Poëtæ.
Cœna dulcibus ebriosa nugis,
Nec vino magè quam madens lepôre:
Et dictis sine felle. quæ Catullus
Aut doctus sua vellet esse Caluus.
O cœnam Iouis! ô cibos Deorum!
O Musarum epulum! hanc ego beatos
Vates Elysiis pnro viretis
Vitam viuere, & has obire cœnas.
Ite, opes alii parate vobis,
Honores alii: mihi illa cura est
Hesternæ similes habere cœnas.

*In Wamesii Comm. de Appellationibus.*

Antistes ille iuris, & legum sacer
Doctor, cui Themis suum recluserat
Pectus, suoque Astræa fouerat sinu,
Abiuit ipse, & cœlites petiit locos,
*Wamesius* Louanio inclytum decus:
Abiuit, at reliquit nostris locis
Hunc *Weymsium*, & *Corselium*, Iuris simul
Mystas sacratos: qui perire non sinant
Eius labores, sed dolatos proferant,
Tibique Lector, publicoque consecrent.

Quid

Quid reſtat? vt fruaris, & gratus ſies,
Vt plura ab iſthoc vberi impetres penu.

*Manibus Angerii Giſlenii Busbequii.*

*Angerius* iſthîc eſt ſitus *Busbequius*.
Quis ille? quem virtutis & prudentiæ
Habuêre carum. gratiâ, ipſi Cæſaries.
Huncaula eorum vidit, aula & extera
Aſiæ Tyranni. quæ viri felicitas?
Probauit hæc & illa. in omni tempore,
In munere omni, Neſtorem ſe præbuit
Lingua atque mente. Iam quies eum ſibi,
Et patria hæc ſpondebat: ecce ſuſtulit
Viam per ipſam miles, incertum an latro,
Sed ſuſtulit, ſimulque ſidus Belgicæ;
Quod nunc choreas fulget inter aſtricas.

*Ad Diuam Hallenſem.*

Quem me quove loci eſſe
icam? téne ego, *Diua*,
erno? te fruor & datur
ra tueri?

Ora, quæ toties mihi
ontemplatrier ardor:
o qua luce tot olim
ui ego vota.

Quorum nunc bene damnâs,
cram pronus ad aram
ſto corpus, & ipſam
nſecro mentem.

uſcipe, & tibi deditum
dmitte clientem:
nguæ atque ſtyli mihi
ua relaxa.

Et si quid tibi dicere
Dignum, *Diua*. habeam? tibi,
Quæ magni genus es Dei,
Cui Deus ipse
Imputat genus, & suam
Inscribit sibi matrem.
O mirum! stupet hæc humus
Et stupet æther.
Qui verbo omnia condidit,
Is sese in gremium tuum
Verbum condidit, & tuâ
Editus aluo est.
Da flores puer, & sacri
Da mihi thuris honores:
Illos spargere, & hos sit
Fas adolere.
Plura non datur, & licet
Prædicare silentio,
Quæ laudes hominum supra,
Quæ Geniorum es.

*In Pennam Hallis ante Beatæ Virginis aram suspensam.*

Hanc, *Diua, Pennam*, interpretem mentis meæ,
Per alta spatia quæ volauit ætheris,
Per ima quæ volauit & terræ & maris:
Scientiæ, Prudentiæ, Sapientiæ
Operata semper. ausa quæ *Constantiam*
Describere, & vulgare, quæ *Ciuilia*,
Quæ *Militaria*, atque *Politorcetica*;
Quæ *Romæ magnitudinem* adstruxit tuam;
Variaque luce scripta prisci seculi
Affecit, & perfudit: hanc *Pennam* tibi
Nunc, *Diua*; merito consecrauit *Lipsius*.
Nam numine isthac inchoata sunt tuo.

Et numine isthæc absoluta sunt tuo.
Porrò ô benignitatis aura perpetim
Hæc spiret! & famæ fugacis in vicem,
Quam *Penna* peperit, tu perenne gaudium
Vitamq;, *Diua, Lipsio* pares tuo.

*Ad Diuam Sichemensem.*

Accedo, *Diua*, trepidus ad sacrum locum,
Quem tu colis colenda; quem notum facis
Notum per orbem ab inclytis Miraculis,
Quæ magna, noua & inusitata isthic patras.
En, *Diua*, pronus aræ ego aduoluor tuæ,
Tu supplicem audi tabet hoc corpus mihi,
Simulq; corpori ipsa mens, & hæc negat
Munus suum vicésque, & illud fungier.
Languore langueo, marceo; ego sum lineæ,
Vt vera dicam, vnius homo. tu subueni,
Aut ire iam mox *Lipsio* exsequias licet.
Sed subueni, rogamus hoc, per gaudia
Quæ nuncius cœlestis attulit, sacræ
Cùm partioni te parentem destinat.
Rogamus hoc, & per doloris intimi
Sensus, vbi oculis ipsa conspexti tuis
Cruentum in altâ filium sixum cruce.
Miserere. *Virgo* mitis es; fac, quod soles.
Miserere. *Mater* es Dei; fac quod potes.

*In Ioan. Walterij Viringi libros medico-ecclesiasticos.*

Queis duplex fuerit labore in vno
Orta fama, fuisse credo raros:
Inter hos numerare te, *Viringe*
Si est, iusque; docebit hic libellus,
Corporis simul apta sanitati,
Mentis simul apta qui saluti

Dat præcepta: salúsque sanitásque
Sit tibi merito, duplexque fama.

*In eosdem.*

*Viringi* liber hic, satis est dixisse scienti
*Viringum.* Si quis nescit, & hoc habeat:
Hic liber & pius est, & doctus, dicet vtrumque
Si quis doctrinam, vel pietatem habeat.

*Ioanni Vergerio Auxano.*

*Vergeri* mihi care, care Musis.
An non dixero? cuius ecce versus
Et sensu lepidos, & elegantes
Verbis vidimus. atque eos bilingues.
Nam linguâ patria, & simul Latina
Scripti erant: quod amore & approbare
Et vetus queat; & noua hæc Poësis.
Macte. téne ego censeam hac minora
Sic industriè habere? te seueræ
Addictum Sophiæ & librâ sacratis?
Quos tractas iuuenis, virente in æuo;
Tali iudicio acrimoniaque;
Ætas vt tibi vel senecta cedat:
Vix lanugo tuas genas inumbrat;
Barbatos tamen ipse ego magistros
Te lacessere quid lacessere? addam,
Vidi vincere. perge porrò summa
Laudis tangere: sed Modestia vsque
Assit. sic tibi laus perennis assit.

*In Basilij Seleuc. Orationes Claudij Dausquij.*

Græca vertere, verrit in frequentem
Vsum nunc hodie. sed anne laudem?
Non hercles. neque versio omnis audit

Fida

Fida sensibus, aut polita verbis.
Quod qui præstitit, ille laudis omne
Punctum. iudice me, tulit: tulisti
Omni iudice tu, erudite *Dausqui*,
Qui sacrum *Basilij* & elegantem
Librum veste decenter induisti
Romanâ. atque adeò decenter, inquam,
Vt iam pallia spernat, & Seleuci
Vrbem præ Latiare mutat orbe.

*In Heuerleam Ducis Arschotani.*

*Mæsta* ô *Belgica* nostra, tolle vultus,
Tolle, & lumine lætiore lustra
Magni *Principis* hoc opus; sacratum
*Musis* & *Veneri*, & venustiorum
Quidquid est hominum. superba gaude
His adaucta Palatijs & Hortis,
Hisce Fontibus, hisce & Arboretis,
Xystis, Limitibúsque & Ambulacris.
O dispar facies vetustiori!
Antè scrabra loca hæc, & absque cultu
Horrida. ardua. iniqua. fabulosa:
Nunc quàm splendida, quàm polita rident!
Ades *Gracia* tu vetus, vetusque
Ades *Roma*. mea ecce *Belgica* audet
Se conferre. & an ausit anteferre?

*In imagines Vrsini Svveertij F. illustratas.*

*Hæ Fuluianæ imagines* adhuc erant,
Quod titulus habet. imagines.
Vitam dedit animámque noster *Svveertius*,
Vnáque sibi vitam dedit.

*In Aub. Mirai Elogia Belgicæ.*

*Miræe* docte, qui facis meos Belgas
Ætate, siue incuria tenebrosos

Noſtrâ, nitêre rurſus atq; ſplendere:
Qui ſingulorum patriam atq; natales,
Animiq; dotes, ſcripta & ingeni fructus
Signas peritè, & acrimoniâ mentis:
Quid tibi reponent pro laboribus Belgæ?
Tituli hunc honorem, *Sol Miræe, Belgarum.*

*In Gytonem.*

Cynæde *Gyton*, quo nec alter ditior,
Nec alter eſt in vrbe Ponti doctior,
Loquentior nec alter, aut celebrior,
Non mollior, non pulchrior, non comtior:
Idemq; *Gyton* primas inter nobiles
Sortite ſedes, ſtemma pulchrum à Romuli
Repetere gente doctus, aub ab Hectoris:
Quid nunc repente ſuſcipis *Gyton* probri?
Æterni & indelebilis quidem probri.
Eheu fugaces vidimus tuos pedes,
Eheu rapaces vidimus tuas manus:
Et ille *Gyton* dives vnus, nobilis,
Cui comparatus ipſe pauper ſit Midas.
Auri crepantis incubans ſaccis domi.
Non ſoluit vnum plumbeum Vati meo.
Euaſit, abijt, fugit. O factum malum,
Fatumq; crimen turpe & indecens nimis,
Per quod licebit vt retexam illa omnia.
Cynæde *Gyton*: quo nec eſt egentior,
Nec alter vnus vrbe Ponti ineptior.
Infantior nec alter, aut infamior:
Non durior, non turpior, non fœdior.
Per quod licebit ora deinceps Bataua
Non Punicam ſed Ponticam narret fidem.
Nollem accidiſſet hoc Athenis Belgicis.

*In Panegyres Marianas Delrij.*

*Magni Tonantis* mater & coniux ſimul,

Simul-

Simulq; proles, inclytum cœli decus,
*A Numine* ipso Numen alterum bonis,
En aspice hanc *Corollam* & hocce, *Floreum*
*Sertum*, quod arte comparauit Dædalâ
*Martinus* ille *Delrius* mystes tuus.
En hîc *Rosa* cum *Lilio* & *Nardo* fragrant,
En *Olea*, *Palma*, *Vitis* ipsa Bacchica;
Affulget istis *Luna* & *Aurora* iubar,
*Solisq;* splendor. *Castrane* etiam *Militem*
Videre videor! video. nempe hunc *Hortulum*.
Et sidus illucebit, & tuebitur
Vis atq; miles. ô beate tu stili,
Acuminisque! abite liuor & mali
Abite. Vindex ipsa huic mystæ suo
*Patrona* virgo, & cum patrona virgine
*Billæus* ille corculum prudentiæ,
*Billæus* ille clarus & toga & sago.

*In Delrij Disquisitiones magicas.*

Cuius doctum opus hoc? quod ima, summa
Pennâ permeat & sagace mente
Sagas & stygias styges reuelat?
Quod tu Thessala terra, vosq. Colchi
Infames malè cantibus patrastis;
Quod Panes, Satyrique, Dusijq;
Peccastis, genus improbum saláxque,
Totum hoc eruit, erutis medetur:
Sed quis? *Delrius* eruditione
Idem relligione clarus. ergò
Hîc pura & liquida omnia; hîc venena
Nulla quæ timeas opinionum.
Huic libro faueas, faue tibi ipse,
Atq; istum lege, vt ima, summa noris.

*In Tabellam Rudolphi I. Imp.*

Tu quisquis hanc bellam tabellam conspicis,

Hiſtoriam pauciſſimis cognoſcito.
Comes fuit *Rudolphus* olim Habſpurgicus,
Cui rure iuxta riuulum qui excreuerat,
Ferens ad ægrum quempiam Euchariſtiam
Parochus fit obuius. Comes mox in pedes
Salit, ſuoque collocat Myſtam loco.
Eunt ſimul, ſimul domos ægri petunt,
Intrántque triſte limen, & iſthinc iter
Aliud legunt. ſed hîc equum vult reddere
Parochus; negat Comes, quin impium ſcelus
Nefáſque ducit, ipſe ſcilicet premat
Ephippion quo vectus eſt cœli Deus,
Ait, pedéſque conficit cœptam viam,
Fides inaudita: en ſibyllina fata
De ſtirpe vates. Comiti inclyto canit
Æternum honorem. Hoc præmium pietas habet.

*In præſcriptiones Henr. Sedulij.*

*Seduli* pater, inter eruditos
Quem clarum pietas facit, pioſque
Inter clarus ab eruditione es:
Ecquando dabis, id quod eruditi
Votis in ſimul & pij precantur?
Illud dico opus hæreſes quod omnes
Hæreſes docet eſſe; quod refellit
Quicquid improbitas acuminata
Coloris ſibi repperit ſtrophæque.
Tu *præſcribis* & amoues itemque
*Proſcribis* procul impij ite in orcum,
Vt cœlum ſemel hic liber videbit

*Alberti & Iſabellæ lætitiæ & auſpicij indices.*

Æmulus aſſurgat Pharijs vel turribus ignis,
Igne fora, igne viæ, templa quoque igne micent.
Quæ cauſa? ignis amor, flagrant nunc omnia amore,

Princeps,

Princeps, ipsa vxor Principis, & populus.
Ille atque hæc vtriusque, atq; vltimus ille, vtriusq;
Dij facite, æternùm mutus hic sit amor.

*Idem πλατύτερον.*

Quòd latis flagrat ignis in plateis,
Quòd fora occupat, & domos sacratas,
Quòd domos simul occcupat profanas:
Non miraberis, hospes, hospes ecce flamma
Multa huc venit. & ipse flamma Princeps,
Vrit, vritur; idem & eius vxor.
Ille hanc, hæc magis illum, vtrumque Belgæ.
Nam suos amat ille & illa Belgas,
Suos obsequio & fide perenni.
Quid Belgæ? ij quoque amant & illum & illam,
Et colunt sibi cœlites dicatos
Principes Dominosque. flamma felix!
Vre atque vrere tu caterua triplex,
Donec machina dædala ista mundi
Fatali ruet & peribit igne.

*Ad Archiducem Albertum.*

Cæsarea de stirpe genus, virtutibus ipsam
Qui stirpem superas, lætusq; volensq; venito:
Suscipe Belgica sceptra, arcani munera fati,
Suscipe: & æterno populos vt fœdere firmes,
Accipe dáque fidem, dea cana hæc alligat orbem.

*Ad Isabellam.*

Quæ cœleste decus generis cœlestibus aquas
Moribus aut superas, sidus quod splendet in orbe
Occiduo, radijs tu nostras pelle tenebras.
Da pacem, sexus pacate, & Belgica regna
Suscipiens, sero ad seros transmitte nepotes.

*In Mariam Augustam Ferreoli Locrij.*

Ades *Ferreoli* aurea ista Musa,
Ades quid trepidas? adire mene?
Qui plebi pateo, & bonis quibusque,
Tene excluſero? ne Dei, Deæque
Sinant. Te mihi, quod satis superque est,
Commendat meus & tuus *Miraus*.
Quid si non etiam ille? tu-teipse
Vno hoc carmine, quod notam venusti
Præfert ingenij, simulque docti.
Ergo ades mihi Musa amata amande
Tu deinceps quoque *Locri*, & æstimande.
*Numen* audiat, audiat *Patrona*
Communis tibi, mîque *Virgo-Mater*.

*In Pinum ad Nicolaum Brandium.*

*Arbor*, quæ meliore cœlo & aurâ
Nostro pangeris hortulo, arbor olim
Sacra Dis tribus & Deûm parenti, &
Fauno capripedi, simulque Pani:
Arbor mystica, quæ comâ virente.
Gaudes crescere, & es perennioris
Naturæ nota: tu meo virenti
Sic viuas vireásq; semper horto:
Vt quarto quoq; numini sacreris.
Nam Musam colimus: sacratur ipsi
Musæ hic hortus, & hortuli patronus.
Cresce ergo hâc mihi lege, tolle culmen
Cœli ad sidera, tolle nomen vnà
Musæ: audebóne dicere? & patroni.

*Epitaphium Ioannis Houij.*

Quis hîc sepultus est? *Ioannes Houius*,
A stirpe honestus, moribus probus, grauis.
E merce rem quæsiuit, & negotijs

Terra

Terrâ marique. rem quoque auxit, vsus est
Auctâ benignè. præfuit *Eleemosynis*,
Quod munus vrbe in hac habent primarium,
Nec admouentur nisi viri primarij.
Maritus idem bis fuit: sed liberos
Tulit ex sua priore tantùm, iam tenes
Quis hîc sepultus. ipse quid? preces rogat
Suæ quieti impendier. Fac & *Vale*.

*In Corn Kiliani Etymologicon.*

*Quisquis* Belgica amare, Belga, verba
Audes; hunc quoq. amare *Kilianum*
Aude. qui egregio suo labore
Sermonem tibi patrium propinat,
Iam purum nitidumque. qui fuisset
Aut aui, aut proaui tui, meique.
Non hîc Galle tuas,, tuas Ibere,
Tuas Itale nunc reposce voces.
Nostra hæc fabula, scæna tota nostra est.
Ite exotica verba. *Kilianus*
Dat pura & puta, Belgica. & quid vltra?
Et pura & puta dat simul Latina.
Duplex gloria. gratia esto duplex:
Et Belga hunc amet, atque amet Latinus.

*Ad Ioannem Gerulphum.*

*Gerulphe*, sanctis sancte vates in locis,
Deo & Camœnis (sed sacratis) qui vacas,
*Salomoniam* te interprete, *Sapientiam*
Legi lubens lætusque. Fateor. & tuum
Miratus hoc in genere lumen ingeni
Lumenque versus. nempe summa lux Deus
Illuxit & direxit & mentem & stilum.
O te beatum vitæ, & ô studij simul,
In hoc sacrato qui tenêris carcere,

Emancipatus cultui vnius Dei.
At nos profanum hoc & profundum habet mare,
Iactatque ventis subueni tu vir sacer,
Tuisque votis & tuorum nos iuua.

*Super SS. Patrum Syntagmate Petri Pantini.*

Quis nouus liber hic? Liber sacratus,
Sacra nomina, res habet sacratas.
Quis auctor? Varij, vetusto ab æuo:
Cùm mos & pietas vetus vigebant.
Quis produxit? & ipse noris atque
Virtutis veteris: vetustiorum
Gnarus artium, & vtriusque linguæ,
*Pantinus* meus. ille, comparatæ
Cui niues videantur esse nigræ:
Quem suum veteres velint Athenæ,
Quem suum vetus ipsa Roma dici:
Quem meum cupio & meum esse iacto:
Cui, dum corpore mens mea illigatur,
Fido & firmo adamante colligabor.
Quod *Sanctus* pater audiat. *Fidesq;*.

*Ad Nicolaum Oudartum.*

O triste fatum! te videre gestiui,
Et licuit ipsum te videre, nec feci.
Quæ causa? causa sontica est meus morbus,
Qui vexat, & tenace vinculo stringit.
Quid dicam amice? ducet ad meum finem.
O meta, & ô laboribus quies nostris,
Et ô simul languoribus quies nostris!
Non te refugio tangere. Aspera hæc æui
Scientijs, virtutibúsque non æqui
Libens relinquam. abite vana, vel praua,
Ad alta spectо, & originem mei cœlum.

*In Libros De Virtutibus Leon. Leſſii.*

fertur in igneis quadrigis
es raptus ad ætherem fuiſſe:
apì quoque Lector: has quadrigas
urum cape, ſcande: ſponſor adſum,
ælum rapieris hiſce libris.

*In Boetl Conſolat. Iani Bernartii.*

*oetius* ille, qui ſophorum
imis ſophus eſſe gloriatur:
doctum nimis, & ſatis diſertum
tum hoc edidit, omnium bonorum
m iudicio. ſed id tenebras
aut ingenio ſuopte, habebat.
*Bernartius* ille, flos meorum
rum pepulit; facemque claram
rætulit. hanc ſequere, quiſquis
inæ ſapientiæque cultor
audire, ſed eſſe, concupiſcis.

*Ad Antuerpiam & inibi Amicos.*

erpia, vrbium ocule, amata *Lipſio*,
imata vrbes ſupra omnes *Lipſio*,
volupe mî te luminibus iſtis fuit
e nuper, atque æmœna mœnia
perambulaſſe identidem pede?
volupe pariter, illum amicorum gregem
ico: plures namq; ſunt) illum gregem
onibus fruitum eſſe, vel conuiuiis!
tar, ô Ambroſia, & ô meis malis
nen vnum! tibi, quod animam ducimus,
bo: tibi, quod tangimus chartam & ſtylum.
morbi? Phœbus audies mei,
ſoſpitator Æſculapius.
ne futurum porro, nouit hoc Deus.

Emancipatus cultui vnius Dei.
At nos profanum hoc & profundum habet mare,
Iactatque ventis subueni tu vir sacer,
Tuisque votis & tuorum nos iuua.

*Super SS. Patrum Syntagmate Petri Pantini.*

Quis nouus liber hic? Liber sacratus,
Sacra nomina, res habet sacratas.
Quis auctor? Varij, vetusto ab æuo:
Cum mos & pietas vetus vigebant.
Quis produxit? & ipse noris atque
Virtutis veteris: vetustiorum
Gnarus artium, & vtriusque linguæ,
*Pantinus* meus. ille, comparatæ
Cui niues videantur esse nigræ:
Quem suum veteres velint Athenæ,
Quem suum vetus ipsa Roma dici:
Quem meum cupio & meum esse iacto:
Cui, dum corpore mens mea illigatur,
Fido & firmo adamante colligabor.
Quod *Sanctus* pater audiat. *Fidesq;*.

*Ad Nicolaum Oudartum.*

O triste fatum! te videre gestiui,
Et licuit ipsum te videre, nec feci.
Quæ causa? causa sontica est meus morbus,
Qui vexat. & tenace vinculo stringit.
Quid dicam amice? ducet ad meum finem.
O meta, & ô laboribus quies nostris,
Et ô simul languoribus quies nostris!
Non te refugio tangere. Aspera hæc æui
Scientijs, virtutibúsque non æqui
Libens relinquam. abite vana, vel praua,
Ad alta spectо, & originem mei cœlum.

*In Libros De Virtutibus Leon. Leſſii.*

Olim fertur in igneis quadrigis
Vates raptus ad ætherem fuiſſe:
Vis rapi quoque Lector? has quadrigas
Virtutum cape, ſcande: ſponſor adſum,
In cœlum rapieris hiſce libris.

*In Boetl Conſolat. Iani Bernartii.*

En *Boetius* ille, qui ſophorum
In primis ſophus eſſe gloriatur:
Qui doctum nimis, & ſatis diſertum
Scriptum hoc edidit, omnium bonorum
Bonum iudicio. ſed id tenebras
Æui aut ingenio ſuopte, habebat.
Quas *Bernartius* ille, flos meorum
Belgarum pepulit; facemque claram
A ſe prætulit. hanc ſequere, quiſquis
Doctrinæ ſapientiæque cultor
Non audire, ſed eſſe, concupiſcis.

*Ad Antuerpiam & inibi Amicos.*

Antüerpia, vrbium ocule, amata *Lipſio*,
Et æſtimata vrbes ſupra omnes *Lipſio*,
Quam volupe mî te luminibus iſtis fuit
Vidiſſe nuper, atque æmœna mœnia
Lento perambulaſſe identidem pede?
Quam volupe pariter, illum amicorum gregem
(Ita dico: plures namq; ſunt) illum gregem
Sermonibus fruitum eſſe, vel conuiuiis!
O Nectar, ô Ambroſia, & ô meis malis
Leuamen vnum! tibi, quod animam ducimus,
Adſcribo: tibi, quod tangimus chartam & ſtylum.
Tu ſola morbi? Phœbus audies mei,
Tu ſola ſoſpitator Æſculapius.
Quid me futurum porro, nouit hoc Deus.

Vitæ arbiter neciſque: ſed ero, non ero,
Tuus ego viuus, mortuuſque. quod hac manu,
Hac mente teſtor: *Magnus audiat Deus.*

*In Britanniam Richardi Verſtegani.*

Britannia inſula, inſularum quæ decus
Et culmen audis, quotquot hoc noſtro mari,
Neptunus ambit: en tibi laudem nouam,
Quam *Verſteganus*, ſtirpe ciuis qui tuus,
Defert, vouetque. *Gentis* ille *Originem*,
*Situmque Terræ* pandit, & *Linguæ Sonum*:
Demerſa tenebris aperit, & lucem duit.
Admitte lucem, & *Rege* cum nouo nouum
Aſſume Fatum. magnus ille, qui tria
Sibi regna ſubdit: maior autem, ſi Deo
Hæc regna ſubdit, & prioribus ſacris.

*Ad Guil. Richardotum, Ioan. Bapt. Baronium Phil. Rubenium.*

Ergo vos habet illa magna *Roma*?
Florens olim opibus, ſuperba tectis,
Læta ciuibus? vrbium vrbs, & orbis
Princeps? olim ea. nunc modeſtiores
Inſcribit titulos, *Pia* atque *Sancta*,
Et ſedes adeo ipſa *Sanctitatis*.
Verum vos habet. & ô meum dolorem,
Quod non me quoque habet! licebat, imo
Libebat, ſed & addam ego hoc, decebat.
Quid tamen tenuit? mala illa Parca,
Quæ filum mihi neuit, haud abire,
Quæ filum mihi neuit, hîc obire.
At vos ô mea triga, dum fruiſci
Iam datur, facite: & vetuſtioris
Illa vrbis monumenta, Templa, Circos,
Arcus, Balnea, Porticus, Theatra
Cum luſtrabitis, hoc ſubinde votum

Inter-

Interponite *Doctor ille noster*
*Adsit Lipsius*! hoc iuuabit, & me
Alâ hac visite cogitationis,
Alà vos ego cogitationis.

*In III. Canes Lipsio in Deliciis Saphyrus.*

Gemma dedit nomen. sum vere gemma catellum
Quotquot terrâ habuit Belgica, habebit. habet.
Tale decus vultus, talis Venus. adde lepores
Ingenij, humanum qui sapiant genium.
Et sane est aliquid mî hominis. Vis argumentum?
Vina bibo, & vino nata me habet podagra.

*Mopsulus*

Mopsulus ast ego sum, domini conuiua: quid vltra?
En etiam lectum participo domini.
Estne aliud? domini dominus, si dicere fas est:
Vsque adeo formæ huic iungitur improbitas.
Sed formæ, quæ rara cluet. si examine iusto
Pendor, quod nec ames est mihi, plus quod ames.

*Mopsus.*

Mopsus ego, formâ qui vinco sæcla canina;
Quod nolim, in magno corpore nil habeo.
Quodque velim, dominum dominam, ancillamq; vo-
Conciliat probitas simplicitasque mihi (lentes
Ille canis redeat, meruit qui cælica templa;
Si certet, terra hunc, me sibi cœlum habeat.

*Francisco Verdugio & Vxoris Dorotheæ.*

Viator, etsi properas, vt firmes gradum
Pij precantur Manes. Hîc primum iacet
*Dorothea* stirpe nobili *Mansfeldica*,
*Ernesto* patre nata. Luxemburgici
Moderator & Præfectus qui fuit soli.

Deni-

Denique post & Belgici Prorex soli.
Matrona casta, prudens, liberorum amans,
Verens mariti. Quidquid in bona potest
Consorte dici, dictum item de ista puta.
Maritus huic *Franciscus è Verdugiis*
Ibericâ stirpe is primâ ab adolescentiâ
Regi minister in pace & bello fuit;
Dum Mars perurit Belgicam ciuilibus
Flammis, Moderator ipse Frisiæ datus
Transisselaniæque; pugnas inclytas
Pugnauit atque vicit. Plura dicere
Annales libri poterunt, quos Lector, roga,
Itemque positis hic, veniam & pacem roga.

*In Sacra Carmina Torrentii.*

Torrenti venerande, quem præesse
Vrbi quæ reliquis præst, & illam
Exemplis simul & docere verbis
(Munus præsulis optimi) videmus
Gratulor tibi, gaudeoque nobis
Qui Musas colimus politiasque,
Quod Musis iterum tuis fruemur;
Sed cœlestibus & Deo dicatis,
Ite ter triplices leues puellæ,
Cultrices Heliconis atque Pindi;
Nil regni hic fuerit reique vobis.
Vani vana canant. iocos, amores,
Bella & prælia, vera fabulosa:
Vni hæc est operata Musa Christo,
Præses sacra canit meus sacrorum,
Quæ Mulcere eadem & docere possint,
Gaudium dare, sed magis salutem.
Felix ô nimis & beata Musa,
Spirat tota Deum Deusque & ipsam
Inspirat! duce namque eo paratum
Dicere hoc opus audeo & peractum.

Epi-

*Epitaphium Iani Dousæ.*

*Dousa* meus iacet hic. tecum mi *Dousa* iacere
*Candorem & Musas* ingenue fateor.

*Inuitatio ad Senecam.*

Annæus iste *Seneca*, quem vides *Lector*,
Ait fuisse magnus inter auctores,
Seu tu Latinos, siue respicis Græcos:
Sapientiâ inquam, & Eloquentiâ magnus.
Et scripta lustra, iudicabis hoc mecum.
Nam dictio ipsa docta, florida arguta:
Quid sensa? promit dogma Stoicæ sectæ,
Sectæ virilis, altæ, ad alta ducentis.
Vis vana rerum, & falsa regna fortunæ
Despicere, vel ridere: vis decus summum
In vno honesto ponere atque virtute?
Docebit asseretq; melius vt possit,
Nos censione puriorem ab hac nostra,
Itemque clariorem ab ingeni luce,
Tibi damus. aude tangere atque lustrare:
Ego fallor aut ad ipsa templa te ducet
Sophiæ serena, clara. vbi illa sit mentis
Tranquillitas serenitasque diffusa.
Vnde tibi fas aspicere cœlicas oras,
Et fas simul suscipere cœlicas curas,
Despicere terram, & terrea ista: quid dico?
*Ingredere.* dictis plura scio reperturum.

*Epitaphium Danielis Van der Barent.*

Pictore patre natus hic iacet puer,
Opusque patris est quod vides, & non vides.
Res quæ fuit non est; sed vmbra ista hæc manet,
Res ipsa quinque spatia solis egerat,
Cum Deus ab ista luce ad æternam vocat.
O vita breuis! ô *Bulla Homo*! si cogitas,
Tu breuia sperne, anhela ad immortalia.

*Iustæ*

*Iusti Harduyni Albo Inscriptum.*

Et patrem tuum amore, *Iuste* iusto
Dudum prosequor, eruditione
Hoc variâ meritum, elegantiaque
Morum atque ingenij amore, *Iuste*, iusto
Et te prosequor hoc parente natum.
Si vestigia consequi parentis
Porro pergis, & eruditione
Hunc refers simul elegantiaque.
Tu fac, & faciam manu ecce signo.

*Epitaphium, Quod sibi ipse scripsit.*

Quis hîc sepultus, quæris? ipse edisseram.
Nuper locutus & stilo & lingua fui;
Nunc altero licebit. ego sum *Lipsius*:
Cui litteræ dat nomen, & tuus fauor.
Sed nomen. ipse abiui. abibit hoc quoque:
Et nihil hic orbis, quod perennet, possidet.
Vis altiore voce me tecum loqui?
*Humana Cuncta* fumus, vmbra, vanitas,
Et scænæ imago, & verbo vt absoluam, *Nihil.*
Extremum hoc te alloquor:
Æternum & gaudeam, tu apprecare.

---

## GERARDI LISTRII RHENENSIS.

*In aduentum Philippi Principis, recens in Episcopum electi.*

VT pater æthereus cœlum terramque creauit,
Alterius fretus nullius numine, sic &
Hanc molem posset per se rexisse creatam.

Sed

Sed Deus vt ſumme bonus eſt, ita mobilis orbis
Imperium cauſis voluit commune ſecundis
Eſſe: bonum regnum ſiquidem quiddam eſſe videtur,
Propterea ſicut cœleſtia corpora volui
Cœlicolis voluit ſic terram liquit habendam
Atque gubernandam terrenis, in quibus eſſet
Maius virtutis ſpecimen, mentiſque decoræ.
Qualis erat Ianus, vini cognomen adeptus:
Qualis Cretæis Minos regnabat in oris:
Qualis erat Dauid, qualis Dauidica proles:
Innumeriquealij, qui perGangetica rura,
Quique per Euphratæ, per Tigridis, & per Orontis,
Perque Parætonij regnarunt iugera Nili.
Quorum virtutes vidit Carthago bilinguis,
Atque leues Numidæ, nec non Getula propago.
Vt taceam Hiſpanos, Celtas, Græcos, Italoſque.
Hi ſunt quos vita functos ſibi numina fecit
Poſteritas, quorumque tulit ſuper ardua nomen
Sidera grata quidem non immemor illa bonorum.
Horum ſunt ſimiles quis ſecula noſtra fruuntur,
Magnorumq; inſtar celebrant deamantque deorum.
Fulmina bellorum mirantia, commoda pacis.
Eſt talis Cæſar Germanæ gloria terræ,
Sub quo libertas veterum viget illa Quiritum
Inter Germanos, virtuſque repullulat omnis.
Talis & eſt Carolus, ſub quo Burgundia bellax
Militat, imperium cuius percurrit in oras
Trinacrias, & in Oceani glacialia ſtagna,
Occiduas vltra Gades, Garamantes & Indos.
Talis & eſt ſummo prognatus rege Philippus,
Burgundæ pars magna domus, Mauortis atrocis
Artibus inſtructus, ſed amans plus ocia pacis.
Ergo Diœceſis tibi ſi congratuler illum
Iam pridem paribus ψήφοις in epiſcopon eſſe
Electum, id feciſſe bono videor mihi iure.

Nam nihil humano generi præstantius esse,
Donariue potest diuorum munere iusto
Principe, qui est commune bonum, solique comanti
Persimilis: quippe vt chelas subeunte minaces
Sole, suis foliis arbos viduatur opacis,
Graminibus campi spoliantur frugibus agri,
Alitibus saltus, & odoris floribus horti,
Flumina torpescunt, squalescunt omnia rura:
Ast simul ouiparæ subiit sol pignora Ledæ,
Graminibus campi decorantur, frugibus agri,
Alitibus saltus & odoris floribus horti,
Flumina defugiunt hilarescunt omnia rura.
Quæq; suis foliis arbor vestitur opacis:
Sic simul ac bonus effulsit fausta alite Princeps,
Cuncta renidescunt, virtutem germina crescunt,
Ditantur ciues, musæque per oppida florent,
Et fera belligeri clauduntur limina Iani.
Qui simul ac raptus terris immobile cœlum
Scanderit, attonito languescunt omnia luctu,
Omnia squalescunt, tabescunt omnia luctu,
Præsertim si laudato succedere cœpit
Siue Mydas aliquis, Busiris, siue Lycaon,
Seu Nero fulmineus terræ totius amara
Pernicies, qualis solem Oceanitide nympha
Occultante, subit nigris nox horrida pennis.
Ergo fac ingentes tali pro Principe grates
Donato referas superis: nam numina terris
Præponunt reges splendentes murice & auro.
Sic Saul antiquis legitur præfectus Apellis,
Sic fuit & sacro Dauid ceromate tinctus.
Scilicet ipse Deus mundum causasq; secundas
Dirigit illius, quicquid fit, numine sancto
Perficitur. manibus diuinis omnia subsunt.
Corda ducum ille tenet, per cum sua regna gubernant,
Imperitantq; duces. nihil est Nemesis, nisi nomen.

Aut

Aut si quid placeat fortunam dicere, motum
Numinis, immotum quod fatum dicitur esse,
Dixeris. hæc fidei certe est sententia nostræ
Consona. sed nugis Epicuri aduersa profanis,
Ergo agedum dignas diuis persoluere grates
Nitere pro tali donato Principe, quali
Nil maius voto posses optare procaci:
Cuius (ni genij præduri conscius essem,
Deterit ignauo vitio qui splendida gesta)
Heroo optarem percurrere carmine laudes,
Quamquam quorsum opus est, eius describere laudes,
Quas declararunt tua sat suffragia, concors
Consensus? Vis ò Princeps ter maxime laudes
Agnouisse tuas? (ad te mihi sermo, pudore
Discusso, vertendus enim est) præconia vera
Agnouisse libet: suffragia consona cerne
Primorum, sibi te concordi voce legentum
Ductorem ac vna clamantum voce Philippum.
Quæ maior laus esse potest, quæ verior, oro,
Quam tot ab ordinibus concordi voce probari?
Illis ante oculos obuersabatur imago
Istius ingenij quod vt auersatur Enio
Funestam campos vndantem sanguine fuso
Et canibus rabidis peius Libycisq; Cerastis,
Sic læsum ac irritatum Mauorte feroci
Ignescit iaculans flammas fulmenq; trisulcum.
Sic non est lentum, non impete præcipe fertur.
Nam lentum præcepsq; nocet sed vtrinq; remotum,
Nunquam non prodesse potest patriæq; sibiq;.
Illis ante oculos obuersabatur imago
Mitis Dauidis quem mansuetudine tanta,
Indole tam placida cognorant, vt superarit
Suaue Titi ingenium. Tiranni mitia corda.
Quem tam pacifice viderunt frena tenere
Candida maiorum nostrorum secula, nullus

Vt belli ſtrepitus turbauerit ocia pacis
Illo, iuxta orbi charo ſuperiſque, regente:
Quippe videns bellum tantum decuiſſe feroces
Immaneſque feras, natura quibus dedit arma,
Vngues, fulmineos dentes & cornua adunca.
Non homines, quos ad pacem natura beatam
Seruandam, duris armis viduauit, & iſtud
Tam blandum dedit os, dedit & tam lumina blanda.
Tam mitem vocem, tam brachia mollia finxit.
Tam magno ſtudio quærebat commoda pacis,
Sæpius vt nummis precibus redemerit illam
A Caribus, poſſit quos profligare ſecundo
Haud dubie bello, niſi flebilis alea Martis
Diſplicuiſſet ei, nec non victoria multo
Conſtatura ſuæ diffuſo ſanguine gentis.
Nec nummos illos populo extorquebat egeno,
Quod ſolenne fere nunc eſt quibus aurea torques
Lactea colla tegit, quos Serum vellus & oſtrum
Sidonium velat: propriis ſed prompſit ab arcis,
Se ſat felicem ſe ſat ducens opulentum,
Si ſibi ſubiectum ditaret rite popellum.
O verum patrem patriæ compendia plebis
Qui ſua lucra putat, qui dum demum ſe opulentum
Æſtimat, effuſis arcis fiſcoque capaci,
Commoda cum miſeræ plebis mercatur opeſque.
Nunc ite immanes Craſſi, ſæuique Nerones,
Sicaniique duces miſerum expilate popellum,
Excoriate gregem cum lana auellite pellem,
Vt veſtri tumeant loculi: crudelia bella
Proque libidinibus veſtris vt detur habere
Vicina cum gente, atque ipſo cum grege Chriſti:
Dummodo viuatis hominum ſupernumq; caterris
Inuiſi chari tantum nebulonibus atque
Sordidulis Caribus cum ventoſis paraſitis:
Dummodo vos verbis tacite execrentur acerbis:

Sana quibus mens est, quibus & placet aurea virtus,
Et calcasse quibus sedit vestigia Christi:
Duanmodo contra vos populi querimonia talis,
Iudice sub Christo tremulis sit percipienda
Auribus: Hic tali prætextu immania gessit
Bella, vt liberius sic expilare colonos
Nos miseros posset. quod nos corrasimus, agros
Aruaque prædure misere findendo ligone,
Texendo telas heu tot sudoribus, illud
Abstulit hoc totum Caribus dans & parasitis,
Atque suos ditans, & scrinia ahænea replens.
Canabe nos vili duros velauimus artus,
Comptus vt in Tyrio hic luceret murice & ostro,
Et sua baccato redimeret colla monili.
Esuriem rapidam, frigus brumale, calores
Icario tulimus sub sidere, mille caballos,
Mille Caras, nec non latrantes mille molossos,
Milleque quo dominas illi nutrire daretur.
Scilicet hæc illi post lurida fata, trementes
Auribus accipient, quibus inuidiosa tyrannis
Est cordi, qui se gaudent magno esse timori,
Quique odere suam plebem, patriosque penates.
Nam si quem fidum ductorem forte necesse
Interdum expilare suos sit, pellere bellum
Possit vt illatum prædone à principe, siue
A grege Barbarico, certe illi vertice toto
Annuimus: namque hic plebis, non commoda spectat
Propria, cum sæuum totis conatibus hostem
Arcet ab oppidulis, vicos defendit ab igni,
A prædone boues, à fauce lycaonis agnos.
Tum tondere gregem, sed non deglubere pergat.
Sic etiam ductori agiles aluisse molossos,
Atque satellitio sese stipasse, caballos
Alipedes aluisse licet, dum nemo grauetur
Principis expensis, dum maiestatis, honoris

Emancipatus cultui vnius Dei.
At nos profanum hoc & profundum habet mare,
Iactatque ventis subueni tu vir sacer,
Tuisque votis & tuorum nos iuua.

*Super SS. Patrum Syntagmate Petri Pantini.*

Quis nouus liber hic? Liber sacratus,
Sacra nomina, res habet sacratas.
Quis auctor? Varij, vetusto ab æuo:
Cum mos & pietas vetus vigebant.
Quis produxit? & ipse noris atque
Virtutis veteris: vetustiorum
Gnarus artium, & vtriusque linguæ,
*Pantinus* meus. ille, comparatæ
Cui niues videantur esse nigræ:
Quem suum veteres velint Athenæ,
Quem suum vetus ipsa Roma dici:
Quem meum cupio & meum esse iacto:
Cui, dum corpore mens mea illigatur,
Fido & firmo adamante colligabor.
Quod *Sanctus* pater audiat. *Fidesq;*

*Ad Nicolaum Oudartum.*

O triste fatum! te videre gestiui,
Et licuit ipsum te videre, nec feci.
Quæ causa? causa sontica est meus morbus,
Qui vexat, & tenace vinculo stringit.
Quid dicam amice? ducet ad meum finem.
O meta, & ô laboribus quies nostris,
Et ô simul languoribus quies nostris!
Non te refugio tangere. Aspera hæc æui
Scientijs, virtutibúsque non æqui
Libens relinquam. abite vana, vel praua,
Ad alta specto, & originem mei cœlum.

*In Libros De Virtutibus Leon. Leſſii.*

Olim fertur in igneis quadrigis
Vates raptus ad ætherem fuiſſe:
Vis rapi quoque Lector? has quadrigas
Virtutum cape, ſcande: ſponſor adſum,
In cœlum rapieris hiſce libris.

*In Boetl Conſolat. Iani Bernartii.*

En *Boetius* ille, qui ſophorum
In primis ſophus eſſe gloriatur:
Qui doctum nimis, & ſatis diſertum
Scriptum hoc edidit, omnium bonorum
Bonum iudicio. ſed id tenebras
Æui aut ingenio ſuopte, habebat.
Quas *Bernartius* ille, flos meorum
Belgarum pepulit; facemque claram
A ſe prætulit. hanc ſequere, quiſquis
Doctrinæ ſapientiæque cultor
Non audire, ſed eſſe, concupiſcis.

*Ad Antuerpiam & inibi Amicos.*

Antüerpia, vrbium ocule, amata *Lipſio*,
Et æſtimata vrbes ſupra omnes *Lipſio*,
Quam volupe mî te luminibus iſtis fuit
Vidiſſe nuper, atque æmœna mœnia
Lento perambulaſſe identidem pede?
Quam volupe pariter, illum amicorum gregem
(Ita dico: plures namq; ſunt) illum gregem
Sermonibus fruitum eſſe, vel conuiuiis!
O Nectar, ô Ambroſia, & ô meis malis
Leuamen vnum! tibi, quod animam ducimus,
Adſcribo: tibi, quod tangimus chartam & ſtylum.
Tu ſola morbi Phœbus audies mei,
Tu ſola ſoſpitator Æſculapius.
Quid me futurum porro, nouit hoc Deus.

Vitæ

Vitæ arbiter neciſque: ſed ero, non ero,
Tuus ego viuus, mortuuſque. quod hac manu,
Hac mente teſtor: *Magnus audiat Deus.*

*In Britanniam Richardi Verſtegani.*

Britannia inſula, inſularum quæ decus
Et culmen audis, quotquot hoc noſtro mari,
Neptunus ambit: en tibi laudem nouam,
Quam *Verſteganus*, ſtirpe ciuis qui tuus,
Defert, vouetque. *Gentis* ille *Originem*,
*Situmque Terræ* pandit, & *Linguæ Sonum*:
Demerſa tenebris aperit, & lucem duit.
Admitte lucem, & *Rege* cum nouo nouum
Aſſume Fatum. magnus ille, qui tria
Sibi regna ſubdit: maior autem, ſi Deo
Hæc regna ſubdit, & prioribus ſacris.

*Ad Guil. Richardotum, Ioan. Bapt. Baronium Phil. Rubenium.*

Ergo vos habet illa magna *Roma*?
Florens olim opibus, ſuperba tectis,
Læta ciuibus? vrbium vrbs, & orbis
Princeps? olim ea. nunc modeſtiores
Inſcribit titulos, *Pia* atque *Sancta*,
Et ſedes adeo ipſa *Sanctitatis*.
Verum vos habet. & ô meum dolorem,
Quod non me quoque habet! licebat, imo
Libebat, ſed & addam ego hoc, decebat.
Quid tamen tenuit? mala illa Parca,
Quæ filum mihi neuit, haud abire,
Quæ filum mihi neuit, hîc obire.
At vos ô mea triga, dum fruiſci
Iam datur, facite: & vetuſtioris
Illa vrbis monumenta, Templa, Circos,
Arcus, Balnea, Porticus, Theatra
Cum luſtrabitis, hoc ſubinde votum

Inter-

Interponite *Doctor ille noster*
*Adsit Lipsius*! hoc iuuabit, & me
Alâ hac visite cogitationis,
Alâ vos ego cogitationis.

*In III. Canes Lipsio in Delitiis Saphyrus.*

Gemma dedit nomen. sum vere gemma catellum
Quotquot terra habuit Belgica, habebit. habet.
Tale decus vultus, talis Venus. adde lepores
Ingenij, humanum qui sapiant genium.
Et sane est aliquid mi hominis. Vis argumentum?
Vina bibo, & vino nata me habet podagra.

*Mopsulus*

Mopsulus ast ego sum, domini conuiua: quid vltra?
En etiam lectum participo domini.
Estne aliud? domini dominus, si dicere fas est:
Vsque adeo formæ huic iungitur improbitas.
Sed formæ, quæ rara cluet. si examine iusto
Pendor, quod nec ames est mihi, plus quod ames.

*Mopsus.*

Mopsus ego, formâ qui vinco sæcla canina;
Quod nolim, in magno corpore nil habeo.
Quodque velim, dominum dominam, ancillamq; vo-
Conciliat probitas simplicitasque mihi (lentes
Ille canis redeat, meruit qui cælica templa;
Si certet, terra hunc, me sibi cœlum habeat.

*Francisco Verdugio & Vxoris Dorothea.*

Viator, etsi properas, vt firmes gradum
Pij precantur Manes. Hîc primum iacet
*Dorothea* stirpe nobili *Mansfeldica*,
*Ernesto* patre nata. Luxemburgici
Moderator & Præfectus qui fuit soli.

Deni-

Denique post & Belgici Prorex soli.
Matrona casta, prudens, liberorum amans,
Verens mariti. Quidquid in bona potest
Consorte dici, dictum item de ista puta.
Maritus huic *Franciscus è Verdugiis*
Iberica stirpe is primâ ab adolescentiâ
Regi minister in pace & bello fuit;
Dum Mars perurit Belgicam ciuilibus
Flammis, Moderator ipse Frisiæ datus
Transisselaniæque; pugnas inclytas
Pugnauit atque vicit. Plura dicere
Annales libri poterunt, quos Lector, roga,
Itemque positis hic, veniam & pacem roga.

*In Sacra Carmina Torrentii.*

Torrenti venerande, quem præesse
Vrbi quæ reliquis præest, & illam
Exemplis simul & docere verbis
(Munus præsulis optimi) videmus
Gratulor tibi, gaudeoque nobis
Qui Musas colimus politiasque,
Quod Musis iterum tuis fruemur;
Sed cœlestibus & Deo dicatis,
Ite ter triplices leues puellæ,
Cultrices Heliconis atque Pindi;
Nil regni hic fuerit reique vobis.
Vani vana canant. iocos, amores,
Bella & prælia, vera fabulosa:
Vni hæc est operata Musa Christo,
Præses sacra canit meus sacrorum,
Quæ Mulcere eadem & docere possint,
Gaudium dare, sed magis salutem.
Felix ô nimis & beata Musa,
Spirat tota Deum Deusque & ipsam
Inspirat! duce namque eo paratum
Dicere hoc opus audeo & peractum.

Spi-

*Epitaphium Iani Douſæ.*

*Douſa* meus iacet hîc. tecum mi *Douſa* iacere
*Candorem & Muſas* ingenue fateor.

*Inuitatio ad Senecam.*

Annæus iſte *Seneca*, quem vides *Lector*,
Ait fuiſſe magnus inter auctores,
Seu tu Latinos, ſiue reſpicis Græcos:
Sapientiâ inquam, & Eloquentiâ magnus.
Et ſcripta luſtra, iudicabis hoc mecum.
Nam dictio ipſa docta, florida arguta:
Quid ſenſa? promit dogma Stoicæ ſectæ,
Sectæ virilis, altæ, ad alta ducentis.
Vis vana rerum, & falſa regna fortunæ
Deſpicere, vel ridere: vis decus ſummum
In vno honeſto ponere atque virtute?
Docebit aſſeretq; melius vt poſſit,
Nos cenſione puriorem ab hac noſtra,
Itemque clariorem ab ingeni luce,
Tibi damus. audè tangere atque luſtrare:
Ego fallor aut ad ipſa templa te ducet
Sophiæ ſerena, clara. vbi illa ſit mentis
Tranquillitas ſerenitaſque diffuiâ.
Vnde tibi fas aſpicere cœlicas oras,
Et fas ſimul ſuſcipere cœlicas curas;
Deſpicere terram, & terrea iſta: quid dico?
*Ingredere* dictis plura ſcio reperturum.

*Epitaphium Danielis Van der Baren.*

Pictore patre natus hîc iacet puer,
Opuſque patris eſt quod vides, & non vides.
Res quæ fuit, non eſt; ſed vmbra iſthæc manet,
Res ipſa quinque ſpatia ſolis egerat,
Cum Deus ab iſta luce ad æternam vocat.
O vita breuis! ô *Bulla Homo*! ſi cogitas,
Tu breuia ſperne, anhela ad immortalia.

*Iuſſit*

*Iusti Harduyni Albo Inscriptum.*

Et patrem tuum amore, *Iuste* iusto
Dudum prosequor, eruditione
Hoc variâ meritum, elegantiaque
Morum atque ingenij amore, *Iuste*, iusto
Et te prosequor hoc parente natum.
Si vestigia consequi parentis
Porro pergis, & eruditione
Hunc refers simul elegantiaque.
Tu fac, & faciam manu ecce signo.

*Epitaphium, Quod sibi ipse scripsit.*

Quis hîc sepultus, quæris: ipse ediſſeram.
Nuper locutus & stilo & lingua fui;
Nunc altero licebit. ego sum *Lipsius*:
Cui litteræ dat nomen, & tuus fauor.
Sed nomen ipse abiui. abibit hoc quoque:
Et nihil hic orbis, quod perennet, possidet.
Vis altiore voce me tecum loqui?
*Humana Cuncta* fumus, vmbra, vanitas,
Et scænæ imago, & verbo vt absoluam, *Nihil.*
Extremum hoc te alloquor:
Æternum & gaudeam, tu apprecare.

---

# GERARDI LISTRII RHENENSIS.

*In aduentum Philippi Principis, recens in Episcopum electi.*

VT pater æthereus cœlum terramque creauit,
Alterius fretus nullius numine, sic &
Hanc molem posset per se rexisse creatam.

Sed

Sed Deus vt ſumme bonus eſt, ita mobilis orbis
Imperium cauſis voluit commune ſecundis
Eſſe: bonum regnum ſiquidem quiddam eſſe videtur,
Propterea ſicut cœleſtia corpora volui
Cœlicolis voluit ſic terram liquit habendam
Atque gubernandam terrenis, in quibus eſſet
Maius virtutis ſpecimen, mentiſque decoræ.
Qualis erat Ianus, vini cognomen adeptus:
Qualis Cretæis Minos regnabat in oris:
Qualis erat Dauid, qualis Dauidica proles:
Innumeriquealij, qui perGangetica rura,
Quique per Euphratæ, per Tigridis, & per Orontis,
Perque Parætonij regnarunt iugera Nili.
Quorum virtutes vidit Carthago bilinguis,
Atque leues Numidæ, nec non Getula propago.
Vt taceam Hiſpanos, Celtas, Græcos, Italoſque.
Hi ſunt quos vita functos ſibi numina fecit
Poſteritas, quorumque tulit ſuper ardua nomen
Sidera grata quidem non immemor illa bonorum.
Horum ſunt ſimiles, quis ſecula noſtra fruuntur,
Magnorumq; inſtar celebrant deamantque deorum.
Fulmina bellorum mirantia, commoda pacis.
Eſt talis Cæſar Germanæ gloria terræ,
Sub quo libertas veterum viget illa Quiritum
Inter Germanos, virtuſque repullulat omnis.
Talis & eſt Carolus, ſub quo Burgundia bellax
Militat, imperium cuius percurrit in oras
Trinacrias, & in Oceani glacialia ſtagna,
Occiduas vltra Gades, Garamantes & Indos.
Talis & eſt ſummo prognatus rege Philippus,
Burgundæ pars magna domus, Mauortis atrocis
Artibus inſtructus, ſed amans plus ocia pacis.
Ergo Diœceſis tibi ſi congratuler illum
Iam pridem paribus ψήφοις in epiſcopon eſſe
Electum, id feciſſe bono videor mihi iure.

Nam nihil humano generi præstantius esse,
Donarue potest diuorum munere iusto
Principe, qui est commune bonum, solique comanti
Persimilis: quippe vt chelas subeunte minaces
Sole, suis foliis arbos viduatur opacis,
Graminibus campi spoliantur frugibus agri,
Alitibus saltus, & odoris floribus horti,
Flumina torpescunt, squalescunt omnia rura:
Ast simul ouiparæ subiit sol pignora Ledæ,
Graminibus campi decorantur, frugibus agri,
Alitibus saltus & odoris floribus horti,
Flumina defugiunt hilarescunt omnia rura.
Quæq; suis foliis arbor vestitur opacis:
Sic simul ac bonus effulsit fausta alite Princeps,
Cuncta renidescunt. virtutem germina crescunt,
Ditantur ciues, musæque per oppida florent,
Et fera belligeri clauduntur limina Iani.
Qui simul ac raptus terris immobile cœlum
Scanderit, attonito languescunt omnia luctu,
Omnia squalescunt. tabescunt omnia luctu,
Præsertim si laudato succedere cœpit
Siue Mydas aliquis, Busiris, siue Lycaon,
Seu Nero fulmineus terræ totius amara
Pernicies. qualis solem Oceanitide nympha
Occultante, subit nigris nox horrida pennis.
Ergo fac ingentes tali pro Principe grates
Donato referas superis: nam numina terris
Præponunt reges splendentes murice & auro.
Sic Saul antiquis legitur præfectus Apellis,
Sic fuit & sacro Dauid ceromate tinctus.
Scilicet ipse Deus mundum causasq; secundas
Dirigit illius, quicquid fit, numine sancto
Perficitur. manibus diuinis omnia subsunt.
Corda ducum ille tenet, per cum sua regna gubernant,
Imperitantq; duces. nihil est Nemesis, nisi nomen.

Aut

Aut si quid placeat fortunam dicere, motum
Numinis, immotum quod fatum dicitur esse,
Dixeris. hæc fidei certe est sententia nostræ
Consona, sed nugis Epicuri aduersa profanis,
Ergo agedum dignas diuis persoluere grates
Nitere pro tali donato Principe, quali
Nil maius voto posses optare procaci:
Cuius (ni genij præduri conscius essem,
Deterit ignauo vitio qui splendida gesta)
Heroo optarem percurrere carmine laudes,
Quamquam quorsum opus est, eius describere laudes,
Quas declararunt tua sat suffragia, concors
Consensus? Vis ò Princeps ter maxime laudes
Agnouisse tuas? (ad te mihi sermo, pudore
Discusso, vertendus enim est) præconia vera
Agnouisse libet: suffragia consona cerne
Primorum, sibi te concordi voce legentum
Ductorem ac vna clamantum voce Philippum.
Quæ maior laus esse potest, quæ verior, oro,
Quam tot ab ordinibus concordi voce probari?
Illis ante oculos obuersabatur imago
Istius ingenij quod vt auersatur Enio
Funestam campos vndantem sanguine fuso
Et canibus rabidis peius Libycisq; Cerastis,
Sic læsum ac irritatum Mauorte feroci
Ignescit iaculans flammas fulmenq; trisulcum.
Sic non est lentum, non impete præcipe fertur.
Nam lentum præcepsq; nocet sed vtrinq; remotum,
Nunquam non prodesse potest patriæq; sibiq;.
Illis ante oculos obuersabatur imago
Mitis Dauidis quem mansuetudine tanta,
Indole tam placida cognorant, vt superarit
Suaue Titi ingenium. Tiranni mitia corda.
Quem tam pacifice viderunt frena tenere
Candida maiorum nostrorum secula, nullus

Sana quibus mens est. quibus & placet aurea virtus,
Et calcasse quibus sedit vestigia Christi:
Dummodo contra vos populi querimonia talis,
Iudice sub Christo tremulis sit percipienda
Auribus: Hic tali prætextu immania gessit
Bella, vt liberius sic expilare colonos
Nos miseros posset. quod nos corrasimus, agros
Aruaque prædure misere findendo ligone,
Texendo telas heu tot sudoribus, illud
Abstulit hoc totum Caribus dans & parasitis,
Atque suos ditans, & scrinia ahænea replens.
Canabe nos vili duros velauimus artus,
Comptus vt in Tyrio hic luceret murice & ostro,
Et sua baccato redimeret colla monili.
Esuriem rapidam, frigus brumale, calores
Icario tulimus sub sidere, mille caballos,
Mille Caras, nec non latrantes mille molossos,
Milleque quo dominas illi nutrire daretur.
Scilicet hæc illi post lurida fata, trementes
Auribus accipient, quibus inuidiosa tyrannis
Est cordi, qui se gaudent magno esse timori,
Quique odere suam plebem, patriosque penates.
Nam si quem fidum ductorem forte necesse
Interdum expilare suos sit, pellere bellum
Possit vt illatum prædone à principe, siue
A grege Barbarico, certe illi vertice toto
Annuimus: namque hic plebis, non commoda spectat
Propria, cum sæuum totis conatibus hostem
Arcet ab oppidulis, vicos defendit ab igni,
A prædone boues, à fauce lycaonis agnos.
Tum tondere gregem, sed non deglubere pergat.
Sic etiam ductori agiles aluisse molossos,
Atque satellitio sese stipasse, caballos
Alipedes aluisse licet, dum nemo grauetur
Principis expensis, dum maiestatis, honoris

Atque bonæ famæ ratio ſpectetur amorque
Dum maneat patrius in ciues integer vſque.
Verum ego iampridem video quod longior æquo
Ecbaſis hæc fiat, rapidos flexiſſe iugales.
Quocirca ad Dauida libet, quo non meliorem
Noſtra diœceſis conſpexit epiſcopon vnquam,
Verſibus & paucis illas perſtringere cauſas,
Eſt quibus adductus Dauid crudelia bella
Ad ſic vitandum. nam prudenter grauiterque
Peruoluit, quod vel iuſtus diſpendia ſecum
Adduxiſſe ſolet Mauors, incommoda quanta
Greſſibus immanem rapidis ſectentur Enio,
Qualia ſunt, villas paſſim pagoſque cremari,
Atque teri paſſim ſegetes, iumentaque paſſim
Abduci, paſſim florentes Perſide gaza
Labi in pauperiem ſubito, proceres onerari,
Plebem expilari, miſeram orbariquc ſenectam,
Atque trucidari iuuenes, & tot viduari
Comparibus nymphas, tot ruptis mœnibus vrbes
Inuadi, tot ſtuprari matreſque nuruſque,
Virgineum cuneum temerari, templaque ſacra
Irrumpi, & manibus raptari ſacra prophanis.
Verum vt ne laſſem te ſingula commemorando,
Bellum etiam felix vt vitæ eſt vnica peſtis,
Sic morum exitium eſt, ſic eſt ſentina malorum.
Bello ſqualeſcunt agri, monachique fugantur
Cœnobiis, bello Aonides ſophiæque ſileſcunt.
Non importantur merces, prædonibus omne
Eſt inter infeſtum. ſunt leges iuraque muta,
Spreta iacet pietas, raptor latroque triumphat,
Relligio friget: ſunt omnia plena tumultu,
Plena minis, lachrymis, ira, violentia, & atris
Cædibus. infrendens mors pallida guttura pandit,
Falceque bellacum iuuenum ſic licia rumpit,
Gramina fœniſeca vt viridanti demetit auro.

Sæpius

Sæpius hæc Dauid prudenti mente reuoluens
Exitia & pestes vitæ morumque proborum,
Odit Mauortem cacodæmone peius atroci,
Cunctis affirmans illum mortalibus esse
Vitandum, sed præcipue his qui nomine Christi
Se iactant, & qui illius documenta fidemque
Sectantur, qui discipulis pacem dedit vnam,
Et pacem liquit, sancto quoque nomine pacis
Sæpe salutauit: quo nato cœlica pacem
Agmina cantarunt, florebat terraque pace.
Cuius & in pace est factus locus. ipse Propheta
Vt de illo dixit quid pluribus? omnia plena
Sunt pace illius documenta flagrantia sancta:
Et nos post tantos monitus, documentaque tanta,
Ceritis similes, Martem spirabimus vnum?
Mutuo stringentes fraterna in viscera ferrum?
Quis Deus est vnus, quis est præceptor & vnus,
Quis caput est vnum, qui corporis vnius omnes
Membra sumus, quis est & vitæ spiritus vnus,
Quos tenet vna domus nimirum Ecclesia, quique
Sanguine mundati sumus vno, & fonte renati
Vno, quos panis fouet vnus, spes fonet vna,
Qui contra mundum, contra lemuresque malignos
Communes hostes pugnamus sub duce eodem.
Quæso, quis vinclis, quis tot connexibus vnos,
Ad rabiem tantam redigat, maniamque ferocem,
Mutuo confodiant vt se mucrone minaci?
His actus causis Dauid, sacræ otia pacis
Sic coluit, sic Thraicios Geticosque tumultus
Horruit. ac igitur sicut sub principe tali
Florebant vrbes, reuirebant pinguia prata.
Sic illo astriferos lætanti mente penates
Inuisente, Diœcesis concussa dolore est
Insolito, immani & crudeli tabe peresa est.
Insolabilibus quæ tunc sic quæstibus auras

Impleuit, ſicut te facto principe plaudit,
Lætitiaque ſuas iactat ſuper æthera voces,
Haud ignara nouum Dauida in te ſibi natum,
Atque ſciens certo, quod ſicut non ſibi Dauid
Scipiadas fortes atque Hannibales imitandos
Propoſuit, ſed ſectandum ſibi legit Ieſum,
Sic tua maieſtas Dauida expreſſerit vnum.

*In eiuſdem Philippi præconium.*

Quid ſibi gramineos populus vult fuſus in agros?
Cuique ſenatorum cuneus velatus abollis
Obuius it? quid candenti veſtitus amictu
Clerus, & innuptæ nymphæ tendentibus vlnis
Expectant? cur æra crepant? cur cornua bombo
Horriſono inflantur? cur omnia milite feruent,
Geſtante in manibus ramos viuacis oliuæ?
Nimirum motus videor mihi noſcere cauſas
Iſtius. Heroëm plebs hæc effuſa Philippum,
Primoreſque manent patres, in epiſcopon atque
Ductorem lectum patrum populique decori,
Alma diœceſis quos Traiectina feraci
Eſt complexa ſolo. ſed dum venerabilis vnuſ-
Quiſque videre ſtudet vultus Herois, & omnes
Officio certant illum ſibi demeruiſſe
Egregio: tu Calliope ſtirpem ſtudiumque
Atque viri mores memora, platano ſub amœna
Quando vacat temere recubantes apta mouere
Colloquia, & verbis lucem fregiſſe diſertis:
Veſtra diœceſis ductores ſæpe verendos,
Inſigneſque habuit rigido Mauorte, togaque.
Sed quem cum noſtro poſſet conferre Philippo,
Non niſi Dauidem vidit: Dauid fuit vnus,
Vtpote germanus, ſimilis virtutibus atque
Dotibus egregiis mentis, ſed corporis impar.
Quare paſtorale pedum Dauide tenente,

Veſtra

Vestra diœcesis sicut præcurrere visa est
Cornipedum armento niueorum omnes regiones
Finitimas, quod sic opibus, sic pace vigeret:
Sic Traiectinos frenos moderante Philippo,
Diuite sic terram perfundet copia cornu,
Vt nulla inferior sit censu & Perside gaza.
Scilicet idem vtriique parens, quis nempe Philippus
Ille vetus, cui Belgarum fortissima terra
Paruit. & dites cui seruiuere Batauli.
Qui Gradiuicolas Francos sic contudit, vt rex
Vrbibus amissis, cunctis squalentibus agris,
Exutus toties castris, iuuenumque phalange
Omni priuatus, iam desperauerit, & de
Regno Celtarum linquendo ceperit ipse
Consilium: sicut quondam Romana propago,
Quum quinquaginta cecidissent millia ad ipsum
Cannensem vicum: cum tu Ticine Quiritum
Torsisses clypeos atranti sanguine tinctos,
Celtice cum Trebia, & cum tu Trasimine rotasses
Robora tot iuuenum, tot Martia corda virorum,
Hannibali patriam fertur voluisse feroci
Cedere, ad Arctoas & se conferre pruinas.
Centum sub signis referunt habuisse Philippum
Millia spirantum Geticum Mauorta virorum,
Dalmatiæ nec non tantas habuisse metalli
Fluentes massas, quantas vix Crœsus, arenas
Qui sibi Pactoli rutilas collegit & Hermi,
Possedit. tam Belgarum Mauortia rura
Sunt fœcunda æris, tam sunt fœcunda virorum.
Talis Dauidis genitor, talisque Philippi
Ipse fuit: Carolus nec degenerauit ab illa
Indole, de claro soboles generosa parente.
Sed sicut memorant quondam cessisse Philippum
Pellæo iuueni, qui Persas vicit & Indos,
Quicquid & Eois Phœbus videt aureus vndis

Exoriens: ſicut Sarranus ceſſit Amilchar
Hannibali, aëreas qui cautes rupit aceto:
Sicut Theſſaliæ columen felix hymenæo
Candidulæ Thetidos, maiorem liquit Achillem:
Sic Carolo gaudet nato ceſſiſſe Philippus,
Et poſt ſe tantum fulmen liquiſſe iubarque
Bellorum, quo non maius Germania vidit,
Quoque nihil fuerat Pellæus maior in armis,
Ductor Agenorias aut qui ſibi ſubdidit arces
Scipio, ab edomita referens cognomina terra.
Principe Burgundas illo frænante cohortes,
Prædones nullos licuit palare per agros.
Nec tunc piratas quiſquam infeſtare per vndas
Audiuit claſſes pretioſa merce refertas.
Tunc vnco terram vertit ſecurus arator
Ruſticus, & vites raris defodit in aruis.
Non ouibus paſtor timuit nec bobus opimis,
Nemo viatori nocuit. vectare per agros.
Dumoſumque nemus licuit radiantia vaſa,
Dalmatio perfecta auro, ſpectante corona
Vrbis & agrorum, nemo gurguſtia vidit,
Agreſteſque caſas hoſtili ardeſcere flamma.
Nocteque non vigiles cingebant mœnia ciues.
Securos licuit oculis admittere ſomnos,
Hyberna portis etiam ſub nocte adapertis.
Tanta fuit patribus tali ſub principe noſtris
Pax ac libertas, tantus fuit ille fugatæ
Erigones olim cultor, terræque ſubactæ
Defenſor, tantum patriæ columenque ſaluſque.
Compilatores ô quot ſuſpendit ab altis
Arboribus, fures quot & infeſtoſque latrones
Impegit radiis carie ſituque rotarum
Fractarum. quanto in pretio virtus fuit omnis,
Principe Burgundas illo frænante cohortes.
Tunc Heliconiades florebant rite ſorores,

Tunc

Tunc Charites passim peragrabant oppida. tuncque
Omnia florebant, vt paucis plurima verbis
Consequar, haud aliter quam cum Pyroënta flagitatem
Phœbus Hyperboreas cogit conscendere terras,
Omnia prata virent diuersicoloribus herbis,
Omnis & extrudit gemmas de cortice vitis.
Lactanti vario modulamine gaudia cunctæ
Testificantur aues, viridi sub fronde latentes.
Scilicet vt princeps malus est cacodæmone peior,
Assimilisque cani, segeres vredine hiulca
Lædenti, pecudumque febri pestique ferarum:
Sic bonus est princeps Phœbo præstantior aureo,
Assimilisque Deo prauos qui punit & odit,
Virtutemque polum tandem deducit in altum.
Quam vos felices Belgæ, forteſque Bataui
Essetis, Carolo si ferrea fata dedissent
Maiores in luce moras. non barbarus ensis
Sanguinis hausisset tantum, neque culmina tanta
Arsissent, neque propulsis tanta arua colonis
Squalerent, non infestum prædonibus alma
Cum tellure foret mare: non sitis æris auara
Sic expilasset terram, tantoque subinde
Turbine bellorum muros syluasque ruisset.
Illum ferrato verum abscidit Atropos vngui,
Florentem imperio, florentem sanguine & annis,
Qualis præduram solet incussisse bipennem
Rusticus in quercum, foliis & glande refertam,
Exuuiisque ducum pendentibus vndique cinctam,
Illa qua syluа non stet procerior vlla.
Quò nunc inrumeras lachrymas, conuicia mille
In Parcas iactata feram, mortemque nefandam,
Quæ quicquid generi vestro videt vtile, terris
Eripit, & vobis luctus lamentaque linquit?
Sed bene quod tandem tanto pro principe rapto
Vt nouus est Belgis Carolus datus atque renatus,

Sic

Sic vobis clari donata propago Philippi est,
Quæ quantum bello valeat, iam Gallia tota
Nouit, & audaces iam cognouere Britanni,
Nouit & indomita diues Germania pube.
Mœsta diœcesis, longo vexata duello,
Ludibriis affecta malis defunctaque tantis,
De sorde atque situ tandem caput erige mœstum:
Erige: namque tibi fatorum munere princeps
Venit, qui cunctas abolebit vindice dextra
Illatas ignominias, qui te laceratam
Restituet, vulpesque procul fugitabit inertes,
Quæ vites istas spoliarunt dulcibus vuis.
Sicut & in Libycis catulos leo territat oris,
Sic baubatores de te fugitate molossos
Perget, eras quorum latratu agitata frequenti.
Non posthac humiles metuent incendia pagi,
Non abiget pecudes lætas prædator auarus,
Non mercator erit rapidis latronibus vllus
Infestus, non sacrilegis temerare Deorum
Ius erit erectum splendenti marmore phanum.
Non Gora agresti torrentes sanguine cernet
Cum vallo plateas, congestasque vndique strages,
Gentilesque tui, toties quos Cliuia pressit
Innocuos, post tot tonitrus, post torque procellas
Cæruleas, cœlo gaudebunt rite sereno
Et iubare insolito. tandem pelletur Enio
Principis auspiciis huius. cruduſque Gradiuus
Finibus à Phrisiis procul ad fuscos Garamantes.
Scilicet vt Marti similis fuluique leonis
Est in fulmineo bello, sic pectore paci
Pacificus toto studet, & propellere bellum.
Mœsta diœcesis, tandem caput erige canum,
Et post tot gemitus, semel ærumnosa renide.
Non tibi inexpertus princeps venit, aut iuuenili
Sanguine præcipitans temere omnia: tramite sed qui

De

De vitæ medio tranquille vergit in annos
Florentes ſenii, qui ſicut plurima bella
Exhauſit lauroque caput redimitus honeſtum
Omnibus ex pugnis rediit, ſic pacis amator
Vnicus eſt ſic terrori gelidoque pauori
Hoſtibus eſt, ſic edoctus quibus artibus atrox
Mars vitandus erit, quibus & pelletur Enio,
Et quibus eſt ditio ditanda, quibuſque colenda.
Mœſta diœceſis, lachrymarum flumina terge,
Sordenteſque ſitus fluuiali dilue lympha.
En tibi Dauidis frater Carolique verendi,
Aduenit: illius referrens mitiſſima corda
Atque ſitim pacis, nec non virtutis amorem:
Aſt huius referens animum & Mauortia corda
Hoſte laceſſitus. veniente Hyperione, nullus
Eſſe locus tenebris potis eſt: nec cum tibi rurſus
Aurea Dauidis naſcuntur ſecula, quiſquam
Eſſe locus debet lachrymis, mœſtoque dolori.
Et vos plaudentes vna gaudete Bataui,
Atque adeo cuncti Belgæ, qui Heroë beaſtis
Tali Germanos. at tu iactata procellis
Tot Groninga feris, Martini abruptaque ſæuis
De ditione notis gaude. namq; alite fauſta
Aduenit, inſtabilem qui te ventoſque pauentem
Nimbriferos, ſolidæ perget committere terræ:
Haud aliter quam fluctiuagam raptamque procellis
Ortygiam immotam fecit crinitus Apollo,
Stridenteſq; dedit ſtabilem contemnere Cauros.
Etſi te Groninga colat doctiſſima pubes,
Ebria Pieriis riuis dilectaque Phœbo:
Etſi proceræ belligeræque cateruæ
Tutentur, quales claram Lacedæmona quondam
Incoluere viri: non ante fruere nitenti
Pace, diœceſi quàm te coniunxeris almæ.
Id vatem dixiſſe puta, dixiſſe Sibyllam:

Nam

Nam ſacer (vt fama eſt) Martinus non tolerare
Ditumpi chlamydem temere aſſolet: ergo beata
Ingeniis, & bellacis non indiga pubis,
Iunge diœceſi te rurſum principis huius
Auſpiciis, & porrectis in epiſcopon vlnis
Accipe eum. ſic pax te diua beabit ouantem,
Sic perges medium digitum oſtendiſſe tyrannis.
Amnis mundabit ſic te latiſſimus alma
Fronte renidentis fortunæ, corpus in vnum
Sic ibit fœde diſcerptis artubus ægrum.
Et tu magnanimæ tellus fœcunda iuuentæ
Gelrica, ſed beliis nimium lacerata cruentis,
Exulta, lætaſque manus ad ſidera iacta.
Namque tibi princeps obſeruantiſſimus æqui
Vicinus datus eſt, quo non cernit meliorem
Sol, ſeu Gangaridas premat Eoaſque ſagittas,
Lampade ſeu rutila ſitientes torqueat Aphros,
Seu Gaditanas ſubeat ſtridore procellas:
Princeps, qui æquiparat læta grauitate Catonem,
Viribus effandi Ciceronem, relligione
Pompilium Regem, nec non Pompeion honore.
Princeps, qui ſicut proauos virtutibus æquat
Martis, Apoſtolicam ſic factus epiſcopus olim
Pacatis rebus vitam monſtrabit, agetque.
At tu magnanimo princeps generoſe Philippo
Nate, diœceſim quæ ſe ſtabili tibi iungit
Connubio, quæ te æternum dominum ſibi legit,
Virtutes mirata tuas, mirata parentum,
Et fratris decora ampla tui, tutare, modiſque
Omnibus exorna: ſic ad rutilantia cygni
Aſtra tuum nomen referent, poſt Neſtoris annos
Mygdoniique ſenis, ſic te plaudente ſenatu
Cœlicolum excipiet, ſolioque imponet eburno
Omnia perſpiciens priuceps glacialis Olympi.
Sed ne ceu vilem & te indignam principe ſponſam

Abiicias,

Abiicias, quales gremio complexa sit vrbes,
Et quales fluuios, animo metire sagaci.
Oppida belligera Germania prædita pube
Plura tenet, quæ vel possis componere magnis
Vrbibus Italiæ. si munimenta situsque
Attendas, si diuitias cœlumque beatum
Expendas: sed qui tam crebra beataque seruet
Angulus, haud alius Germanis extat in oris.
Scilicet vt Cycladas ventosus circuit Ægon,
Distantes inter sese discrimine paruo:
Sic & turrigeras amplectitur angulus vrbes
Exiguus multas. inter quas emicat vna
Metropolis, sicut soli coniunctus anhelo
Phosphoros. obscuros inter rutilare videtur
Asteras, Eridanus Italos vt deprimit amnes,
Vt Carolus proceres post se videt ire minores
nnumeros. cui Belga ferox, Hispanus & acer,
Cui Siculus seruit. nec non Campana iuuentus.
spice quam celsos ad sidera fulgida muros
ollat, & aëreas niueo de marmore turres,
on Babylonis eas quas vafra Semiramis arces
octilibus muris lentoque bitumine cinxit,
etropolim hanc sperasse putem: sic ædibus altis
ornata cluit, sic est redimita Deorum
lubris, cœlum sic est sortita beatum,
Rheno alluitur, sic Oceanitide lympha
fruitur, sic & circumdatur hubere campo.
um vt sint aliis forte hæc communia paucis
ibus, asteribus quorum pomœria faustis
t signata, quibus candentia licia nectunt
ncordes stabili fatorum numine Parcæ.
quidem inficias nemo certe iuerit esse
ria Traiecto, quod quæ collegia tanta.
tis diuitiis & cultis moribus aucta,
Romã vrbs habeat, temere haud reperitur in orbe.

Quare

Quare Traiectum Romam vocitare minorem
Est solenne viris, qui septem collibus vrbis
Lictis, Traiectum commigrauere decorum,
Quodque magis niueas matronas atque venustas
Non sit quæ teneat, quamuis se Cypria tellus
Iactet, alumnarum prægratæ munere formæ:
Quamuis Hermione se tollat in æthera Cadmi,
Vrbs Amphionia testudine condita quamuis
Sparta suas cristas Ledeum tollat ob ouum.
Sed quicunque parat Traiecto aduoluere honorem
Laudibus, is dentem certat candore niuali
Albauisse Indum succo soliginis atro.
Verum vt sub rapidi nihil est curua mine cœli,
Parte quod ex omni perfectum viuat agatque:
Sic sunt neuorum quædam vestigia, corpus
Tam bene compositum male quæ decuisse videntur:
Tempore quæ partim, quæ partim principe tali
Tolientur, rapidisque notis voluenda dabuntur.
Salue Traiectum ter felix, terque beatum
Attalico censu, concinnis ædibus, atque
Sidereis formis, iuuenum quoque robore duro,
Ingenio facili, cœloque situque salubri.
Salue, protentis & episcopon excipe palmis.
Et corpus coniuge animæ capitique decoro,
Et sine vesano proceres confligere Marte
Externos. æquis votis, æquoque fauore,
Otia felicem sic te dulcissima pacis
Seruabunt. celso sic vertice sidera tanges.
Quæ post Traiectum possit tenuisse secundas,
Ambiguum est: nam tres vrbes quas Issula radit,
Ancipite inter se Mauorte, potissima quæ sit,
Concertant. ætate tamen Dauentria Suollam,
Littoreosque premit campos, & honore sedendi.
Hoc tribus vrbibus est commune, quod emporiis sint
Percelebres, quod Traiecti sint æmulæ amœnis

Ædibus

Ædibus & plateis, & pulchro gurgite Rheni:
Quod sint pacificæ, quod sese fœdere aheno
Astricti adiutent, quod relligionis amore
Exuperent cunctos quod simplicitate sideque
Germanos veros agitent, quod deniq. tales
Quæq; senatores habeat, fortissima quales
Vidit Roma duces, cum regem Marte Molossum
Conrudit, & victum latios dimittere fines
Compulit, ac Adriam rursus transire sonorum.
Sed sicut longe doctæ dicuntur Athenæ
Argolicas vrbes olim superasse Mineruæ
Muneribus, sic Suolla præit Tritonidos arte
Pubicolaq, schola, quascumq; bicornis inundat
Vrbes, æreas Rhenus dum deserit alpes,
Et ferit Arctoam non vno gurgite Therim,
Nedum finitimas post se videt ire minores.
Illinc barbaries vltra graciale profundum
Exulat expulsa, ac illic Graius Latiusq;
Sermo viget, nec non quo Verpus fatur Apella.
Verum vt palladio se iactet munere Suolla,
Oppitulum Rhenense pium sic præstat amœno
Cœlo sicq; situ se tollit ad æthera blando.
Quippe quod in celso constructum vertice collis
Frondosi, Rhenum subter se cernit euntem
Vorticibus tremulis, strepitantem murmure rauco.
Hic si quando libet ceruos agitare fugaces,
Fulmineum vel aprum cornu transfigere duro,
Auribus excipies vocum discrimina mille,
Auia quas arbusta cient, volucresq; canoræ.
Capripedes cernes Satyros Dryadesq; fugaces,
Dum cursu certant agili præuertere Panes,
Agrestes nymphas late nemus omne mouere.
Oppidulum quamuis istud non sit populosum,
Attamen exigui ciues, vt montibus altis
Nutriti, sunt montani genus acre virorum,

Germanis nullis viuunt virtute secundi
Belliça, & ingenii non cedunt dotibus vllis.
Sic opibus quod deest, supplet virtus geniusq;,
Supplet & æthereæ felix præsentia nymphæ
Cuneræ, Oceano quam cincta Britannia misit.
Quæ quantum Mariæ, quantum sit grata tonanti,
Demonstrant toti miracula cognita mundo,
Amersfordanam iam quis (rogo) laudibus vrbem
Extulerit dignis, opibus censuq; beatam
Mygdonio, sed Martigena celsaq; iuuenta
Præcipue claram? quis Viccam carmine digno
Impolitam Rheni ripis describere posset?
Ergo diœcesim, tam claris vrbibus atq;
Fortibus ornatam, munitam robore tanto,
Porrectis vlnis princeps cape summe vicissim.

---

## NICOLAI MAMERANI LVCEMBVRGENSIS.

*D. Philippo II. de felici eius in Germaniam aduentu.*

LÆtior Eois Titan emersus ab vndis
Fulgidus adtulerat rutilantia lumina mundo,
Purpureis subuectus equis, roseaq; quadriga
Fluctibus ioniis, tenebris telluris Eoæ
Rursus ad Antipodas illata luce fugaris:
Maximus Hesperiis Princeps vbi classibus æquor,
Et nimis vndosos Hybernis flatibus æstus,
Æolius emissis mouit quos carcere ventis,
Mensus & Ausoniam sicca cum naue, simulq;
Insubrium claras vrbes, Alpesq; niuosas,
Vitiferosq; Athesis colles, iuga celsa relinquens,
Fausto in Germanas sacratos, omine, terras,
Intulit ille pedes. Germania læta triumphis
Principis aduentum, victo discrimine, saluum,
(Effera quod pelagi rabies ac tempus iniquum

Hybernl

Hyberni attulerat cœli) exultansque tropæis
Excipit insolitis: passim spectacula, ludos,
Magnaque mentitum referentia prælia Martem
Exhibet, & lectas educit in arma cohortes.
Fluctuat immisso mox totus milite campus,
Arma sonat passim rauco tuba Martia cantu,
Pulsaque dant trepidum pugnæ caua tympana signum.
Misceri videas acies in bella paratas
Horrida, & infestis campo concurrere signis,
Ensibus eductis pedites, equitumque phalangas,
Insuper intentis concurrere cominus hastis.
Sed prius eiectis pilis, Vulcanius ardor
Fulminat & totum sonitu tremefactat olympum.
Vndique mox cernas totis insurgere castris
Arma per obsessos horrescere prælia campos.
Eminus attonitus stat circumfusus in agris
Spectator populus, sortemque expectat vtranque,
Exuat an captis aliam, pars altera castris,
Et trahat in lætum detracta tropæa triumphum.
Interea & lætos altis in turribus ignes
uccendit, facibus. plateæque forumque relucent.
rnatu vario decorat loca cuncta per vrbes.
oluit nocturnos altis de montibus ignes.
ructat fractas tonitru bombarda per auras.
plateis celsæ surgunt ex arte columnæ,
ltaque Pyramidum substructa cacumina surgunt,
super impositum portant fastigia mundum,
que triumphales celsis cum turribus arcus,
rtant Herculeas posita cum naue columnas.
Eolus attonitus stetit & Neptunus vtrinque,
ndentes promptas submisso pectore dextras,
nguntur hedera statuæ, viridiq; genista,
tribulis syluæ semper viridantibus ornat
nibus intextis longis latera ipsa domorum,
taque de viridi rore intertexta marino.

Pendent, atq; hedera domus omnis culta viresçit.
Fons salit irriguis vinorum flumine cannis,
Per totum tunc ferme diem, Bacchiq; liquorem
Hunc circumfusus populus promiscuus haurit.
Lætior & solito facies totius Olympi,
Et volucres dulci permulcent aera cantu.
Nec fera sylvestris tentat turbare iuuencos,
Et lupus inter oues versatur mitis in agris,
Tantisper magnum pecori se præstat amicum.
Vndiq; amicitias animalia quæq; vicissim
Inter se captant, natura ac sorte remota.
Indicio magno, quod sub te Ecclesia pacem,
Magne *Philippe*, caput sibi cum te elegerit ipsum
Imperium, atque Aquilas dederit cum fasce regendas,
Sentiet, ac solus truculentus prælia Turca.
Arma foris pax alma domi, & concordia semper.
Tempore vt Augusti totum pax alta per orbem.
Extitit, ac dulcem dederat concordia vitam.
Exultim iuuenesq;, viri & grandæua senectus,
Lætitiæ dant signa nouæ, noua festa celebrant.
Quod per te Regale iubar Germania læta,
Sole nouo lucem velut acceptura coruscam,
De patre progressum, totus quo lumine mundus
Lucet. & ex ipso veluti iubar alterum in orbem
Procedis rutilans, roseos dum tendis in ortus.
Hinc merito ingenti venientem exspectat amore,
Incolumem euictis terraq;, mariq; periclis,
Gaudet & exultat sacrum te, magne *Philippe*,
Excipere Imperium, Maiestatemq; serenam,
Atque videre tui vultusque, orisq; decorem,
Vt caput Imperii qui sis aliquando futurus.
Hunc tibi felicem summo gratulatur honore,
Augustumq; tuum aduentum per Numina saluum.
Ister vt audiuit sylvosa in valle, serena
Aduentum sub nocte tuum, mox, Magne *Philippe*

Namq;

Namq; feres Magni titulum cognomine primus,
Sistebat rapidos restricto murmure fluctus,
Et cœpit placido sensim decurere lapsu,
Leniorac nullas vortex ructabat arenas,
Vt tibi se placido cursu, lapsuq; sereno,
Quem capit ex planis larga scaturigine campis
Donetscheniacis: post quos deuoluitur Vlmam,
Moxq; Ingolstadium, nuper tua, maxime Cæsar,
Atq; Rebellantum numerso milite castra
Ampla, boardarum flagrantia fulmina vastos,
Vndique terribili tonitru resonante per agros,
Attonitum iuxta quod vidit, & inde ruenti
Amne Ratisponam, celebrem præterluit vrbem:
Totus in obsequium præstaret & esset eunti
Traiectus facilis streperent nec fluctibus vndæ,
Officium quod debet agit pro tempore, namq;
Perluit Austricas properanti gurgite terras,
Danubius, claramq; hic alluit amue Viennam.
Pannonicasq; oras intersecat: inde propinquus
Bulgaricis populis, Gethicaque ab origine Turcis,
Condit in Euxinum vario se flumine pontum.
Hinc rogat Austriacis supplex auertere regnis,
Magne Philippe velis iustas prouectus in iras,
Turcarum rabidum deducto Marte Tyrannum,
Regnaq; Pannoniæ misere distracta per hostem,
Libera, vt eiectis facias existere Turcis,
Liber & Eoas tunc sit sibi cursus in vndas,
Despiciatque hostes longe sine sede vagantes.
Pandit deinde sinum, patulos vbi gurgite campos,
Persecat ad Nemetes. pronus tibi Rhenus apertum,
Vitifer ad ripam cuius stat Bacchus vtramq;, &
Mollis in apricis coquitur vindemia saxis,
Rhenus in auriferas, Tagus vt Pactolus & Ister
Connumerandus aquas, cornu qui diuite rerum
Omnigenum, totus quas continet vndique mundus.

Ipsum implet mundum, exceptum, vectansq;, reuectans,
Per vastum Oceanum, totum qui circuit orbem.
Perluit Imperium peramœno flumine sacrum.
Ducit at hic certum summis ex Alpibus ortum,
Monte sub excelso, Gotthardo nomine diuo,
Obliquis cui deinde iugis inclinat Adulas,
Per valles sinuosus abit, camposq; patentes,
Montibus excedens, Vbiorum prospicit atq;
Liber Agrippinam cursu præterfluit vrbem,
Tumq; scholam Embriacam properãtibus alluit vndis,
Florida Musarum commercia sancta iuuentus,
Hic capit & sacris studiis se atq; artibus ornat.
Mox caput in Belgas flectens, septemq; Trionem,
Ad pelagus tensos decurrens irrigat agros,
Hic vbi terra Patris sua claudens ostia ponto.
Perspicuus tum gratus aquis sub rupe Mosella,
Mittit inoffensos liquido sub gurgite visus,
Nocte subauscultans tacita, vt sub sideris ortum
Audiit Eoi aduentum, strepitusq; rotarum,
Atq; equitum offensos quatientum calce lapillos,
Saxosasq; vias celso sub monte repente
Lætitia exultans correptis substitit vndis,
Ac iussit cunctos sub classe quiescere fluctus.
Hic Habsburgæis vicinus rupibus ortum
Haud procul inde capit valles perlapsus opacas,
Plurima iucundis Habsburgica rura susurris
Irrigat & Metas & Lucemburgica rura
Persecat, ac Treueros tractu deradit amœno,
Vitifer & dulci despumans plenus laccho,
Plurima in adfinem vinorum dolia Rhenum
Mittit vbi socium iungit sibi fœdere Bacchum.
Denique ad Occiduum pergenti accedere solem,
Syluosis Ardenna tuis post terga relictis
Vasta iugis, ac desertis, latebrisq; ferarum,
Murmure iucundus rauco venit obuius amnis

Mosa

ôſa, fluens lento Vogeſi de rupe meatu,
exuq; Ardennam mediam plus circuit ipſam,
icembergenſes Gallorum finibus agros
abdirimens, montoſa Eburonum rura pererrat.
ic tibi ſuſpenſas Namuris ſub rupibus vndas,
entius ire iubet dum te tranſportet in oram
eniter alterius ſubſtrato flumine ripæ.
erſecat hic tractu Regiones deinde paternas,
Donec in æquoreos vaſtò ſegurgite fluctus
Mergat apud Batauos, pelagusq; incurrat apertum,
Maximus vndoſos vbi Scaldis in æquora fluctus
Voluit, & in Boream raptos agit auctior amnes.
Mox vnde innumeras merces, rebuſq; grauatas
Omnigenis, vaſtum naues emittit in orbem,
Cuius ſic ditat varias opulentia terras.
Hinc nunc in Patrios transfers te lætus in agros,
Poſt longæ ſuperata viæ faſtidia, poſtq;
Impetuoſæ hyemis fluctus cœliq; tumultus,
Auræ intemperiem atq; niues, pluuiamq; perennem,
Flamina ventorum rigida ac diſcrimina multa.
Quarum ſemper hyems eſt vndiq; proflua rerum,
Atq; ferax Nimis ô membris iuuenilibus acris,
Dura ac difficilis nimis & fuit aſpera, longaq;
Hæc via non ſolum ſed iniquo & tempore ſumpta,
Principe pro tanto, atq; vno pro pignore Patris
Tanti, & adhuc teneris qui iam verſetur in annis:
Tandem defeſſos iuuenilis corporis artus.
Ad tempus foueas, & in ocia nacta reponas.
Illa licet feſſo tibi ſi perpauca daturus,
Neſcia quod ſemper tibi mens & membra quietis
Dura diuturnæ ſed ſint cupida illa laborum
Semper & ad ſummas contendant ſurgere laudes.
Virtutumq; decus, ſemper ſublimia verſent,
Per quæ magnanimus ſummum pertingere Olympum
Virtute vt valeas, laudeſq; æquare Paternas,

Nam ſacer (vt fama eſt) Martinus non tolerare
Dirumpi chlamydem temere aſſolet: ergo beata
Ingeniis, & bellacis non indiga pubis,
Iunge diœceſi te rurſum principis huius
Auſpiciis, & porrectis in epiſcopon vlnis
Accipe eum. ſic pax te diua beabit ouantem,
Sic perges medium digitum oſtendiſſe tyrannis.
Amnis mundabit ſic te latiſſimus alma
Fronte renidentis fortunæ, corpus in vnum
Sic ibit fœde diſcerptis artubus ægrum.
Et tu magnanimæ tellus fœcunda iuuentæ
Gelrica, ſed bellis nimium lacerata cruentis,
Exulta, lætaſque manus ad ſidera iacta.
Namque tibi princeps obſeruantiſſimus æqui
Vicinus datus eſt, quo non cernit meliorem
Sol, ſeu Gangaridas premat Eoaſque ſagittas,
Lampade ſeu rutila ſitientes torqueat Aphros,
Seu Gaditanas ſubeat ſtridore procellas:
Princeps, qui æquiparat læta grauitate Catonem,
Viribus effandi Ciceronem, relligione
Pompilium Regem, nec non Pompeion honore.
Princeps, qui ſicut proauos virtutibus æquat
Martis, Apoſtolicam ſic factus epriſcopus olim
Pacatis rebus vitam monſtrabit, agetque.
At tu magnanimo princeps generoſe Philippo
Nate, diœceſim quæ ſe ſtabili tibi iungit
Connubio, quæ te æternum dominum ſibi legit,
Virtutes mirata tuas, mirata parentum,
Et fratris decora ampla tui, tutare, modiſque
Omnibus exorna: ſic ad rutilantia cygni
Aſtra tuum nomen referent, poſt Neſtoris annos
Mygdoniique ſenis, ſic te plaudente ſenatu
Cœlicolum excipiet, ſolioque imponet eburno
Omnia perſpiciens priuceps glacialis Olympi.
Sed ne ceu vilem & te indignam principe ſponſam

Abiicias,

cias, quales gremio complexa sit vrbes,
uales fluuios animo metire sagaci.
ida belligera Germania prædita pube
a tenet, quæ vel possis componere magnis
ibus Italiæ. si munimenta situsque
endas, si diuitias cœlumque beatum
endas: sed qui tam crebra beataque seruet
gulus, haud alius Germanis extat in oris.
licet vt Cycladas ventosus circuit Ægon,
tantes inter sese discrimine paruo:
& turrigeras amplectitur angulus vrbes
guus multas. inter quas emicat vna
tropolis, sicut soli coniunctus anhelo
osphoros. obscuros inter rutilare videtur
teras, Eridanus Italos vt deprimit amnes,
Carolus proceres post se videt ire minores
numeros. cui Belga ferox. Hispanus & acer,
ui Siculus seruit. nec non Campana iuuentus.
spice quam celsos ad sidera fulgida muros
ollat, & aëreas niueo de marmore turres,
on Babylonis eas quas vafra Semiramis arces
octilibus muris lentoque bitumine cinxit,
letropolim hanc speraſſe putem: sic ædibus altis
xornata cluit, sic est redimita Deorum
elubris, cœlum sic est sortita beatum,
ic Rheno alluitur, sic Oceanitide lympha
erfruitur, sic & circumdatur hubere campo.
Verum vt sint aliis forte hæc communia paucis
Vrbibus, asteribus quorum pomœria fastis
Sunt signata, quibus candentia licia nectunt
Concordes stabili fatorum numine Parcæ.
Illa quidem inficias nemo certe iuerit esse
Propria Traiecto, quod quæ collegia tanta.
Tantis diuitiis & cultis moribus aucta,
Post Romã vrbs habeat, temere haud reperitur in orbe.

Quare

Quare Traiectum Romam vocitare minorem
Est solenne viris, qui septem collibus vrbis
Lictis, Traiectum commigrauere decorum,
Quodque magis niueas matronas atque venustas
Non sit quæ teneat, quamuis se Cypria tellus
Iactet, alumnarum prægratæ munere formæ:
Quamuis Hermione se tollat in æthera Cadmi,
Vrbs Amphionia testudine condita quamuis
Sparta suas cristas Ledeum tollat ob ouum.
Sed quicunque parat Traiecto aduoluere honorem
Laudibus, is dentem certat candore niuali
Albauisse Indum succo soliginis atro.
Veram vt sub rapidi nihil est curua mine cœli,
Parte quod ex omni perfectum viuat agatque:
Sic sunt neuorum quædam vestigia, corpus
Tam bene compositum male quæ decuisse videntur:
Tempore quæ partim, quæ partim principe tali
Tolientur, rapidisque notis voluenda dabuntur.
Salue Traiectum ter felix, terque beatum
Attalico censu, concinnis ædibus, atque
Sidereis formis, iuuenum quoque robore duro,
Ingenio facili, cœloque situque salubri.
Salue, protentis & episcopon excipe palmis.
Et corpus coniuge animæ capitique decoro,
Et sine vesano proceres confligere Marte
Externos. æquis votis, æquoque fauore,
Otia felicem sic te dulcissima pacis
Seruabunt. celso sic vertice sidera tanges.
Quæ post Traiectum possit tenuisse secundas,
Ambiguum est: nam tres vrbes quas Issula radit,
Ancipite inter se Mauorte, potissima quæ sit,
Concertant. ætate tamen Dauentria Suollam,
Littoreosque premit campos, & honore sedendi.
Hoc tribus vrbibus est commune, quod emporiis sint
Percelebres, quod Traiecti sint æmulæ amœnis

Ædibus

libus & plateis, & pulchro gurgite Rheni:
od sint pacificæ, quod sese fœdere aheno
ricti adiutent, quod religionis amore
uperent cunctos quod simplicitate fideque
rmanos veros agitent, quod deniq. tales
æq; senatores habeat, fortissima quales
dit Roma duces, cum regem Marte Molossum
ontrudit, & victum latios dimittere fines
mpulit, ac Adriam rursus transire sonorum.
d sicut longe doctæ dicuntur Athenæ
rgolicas vibes olim superasse Mineruæ
Iuneribus, sic Suolla præit Tritonidos arte
ubicolaq, schola, quascumq; bicornis inundat
rbes, æreas Rhenus dum deserit alpes,
t ferit Arctoam non vno gurgite Therim,
Sedum finitimas post se videt ire minores.
llinc barbaries vltra graciale profundum
xulat expulsa, ac illic Graius Latiusq;
Sermo viget, nec non quo Verpus fatur Apella.
Verum vt palladio se iactet munere Suolla,
Oppitulum Rhenense pium sic præstat amœno
Cœlo sicq; situ se tollit ad æthera blando.
Quippe quod in celso constructum vertice collis
Frondosi, Rhenum subter se cernit euntem
Vorticibus tremulis, strepitantem murmure rauco.
Hic si quando libet ceruos agitare fugaces,
Fulmineum vel aprum cornu transfigere duro,
Auribus excipies vocum discrimina mille,
Auia quas arbusta cient, volucresq; canoræ.
Capripedes cernes Satyros Dryadesq; fugaces,
Dum cursu certant agili præuertere Panes,
Agrestes nymphas late nemus omne mouere.
Oppidulum quamuis istud non sit populosum,
Attamen exigui ciues, vt montibus altis
Nutriti, sunt montani genus acre virorum,

Germanis nullis viuunt virtute secundi
Bellica, & ingenii non cedunt dotibus vllis.
Sic opibus quod deest, supplet virtus geniusq;.
Supplet & æthereæ felix præsentia nymphæ
Cuneræ, Oceano quam cincta Britannia misit.
Quæ quantum Mariæ, quantum sit grata tonanti,
Demonstrant toti miracula cognita mundo,
Amersfordanam iam quis (rogo) laudibus vrbem
Extulerit dignis, opibus censuq; beatam
Mygdonio, sed Martigena celsaq; iuuenta
Præcipue claram? quis viccam carmine digno
Impositam Rheni ripis describere posset?
Ergo diœcesim, tam claris vrbibus atq;
Fortibus ornatam, munitam robore tanto,
Porrectis vlnis princeps cape summe vicissim.

---

## NICOLAI MAMERANI LVCEMBVRGENSIS.

*D. Philippo II. de felici eius in Germaniam aduentu.*

LÆtior Eois Titan emersus ab vndis
Fulgidus adtulerat rutilantia lumina mundo,
Purpureis subuectus equis, roseaq; quadriga
Fluctibus Ioniis, tenebris telluris Eoæ
Rursus ad Antipodas illata luce fugatis:
Maximus Hesperiis Princeps vbi classibus æquor,
Et nimis vndosos Hybernis flatibus æstus,
Æolus emissis mouit quos carcere ventis,
Mensus & Ausoniam fixa cum naue, simulq;
Insubrium claras vrbes, Alpesq; niuosas,
Vitiferosq; Atheſis colles, iuga celsa relinquens,
Fausto in Germanas, sacratos omine, terras,
Intulit ille pedes. Germania læta triumphis
Principis aduentum, victo discrimine, saluum,
(Effera quod pelagi rabies ac tempus iniquum

Hybernl

perni attulerat cœli) exultansque tropæis
cipit insolitis: passim spectacula, ludos,
gnaque mentitum referentia prælia Martem
hibet, & lectas educit in arma cohortes.
ctuat immisso mox totus milite campus,
rma sonat passim rauco tuba Martia cantu,
lsaque dant trepidum pugnæ caua tympana signum.
isceri videas acies in bella paratas
orrida, & infestis campo concurrere signis,
nsibus eductis pedites, equitumque phalangas,
super intentis concurrere cominus hastis.
ed prius eiectis pilis, Vulcanius ardor
ulminat & totum sonitu tremefactat olympum,
ndique mox cernas totis insurgere castris
rma per obsessos horrescere prælia campos.
minus attonitus stat circumfusus in agris
pectator populus, sortemque expectat vtranque,
xuat an captis aliam, pars altera castris,
Et trahat in lætum detracta tropæa triumphum.
Interea & lætos altis in turribus ignes
Succendit, facibus. plateæque forumque relucent.
Ornatu vario decorat loca cuncta per vrbes.
Voluit nocturnos altis de montibus ignes.
Eructat fractas tonitru bombarda per auras.
In plateis celsæ surgunt ex arte columnæ,
Altaque Pyramidum substructa cacumina surgunt,
Et super impositum portant fastigia mundum,
Atque triumphales celsis cum turribus arcus,
Portant Herculeas posita cum naue columnas.
Æolus attonitus stetit & Neptunus vtrinque,
Tendentes promptas submisso pectore dextras,
Cinguntur hedera statuæ, viridiq; genista,
Et tribulis syluæ semper viridantibus ornat
Funibus intextis longis latera ipsa domorum,
Sertaque de viridi rore intertexta marino.

Pendent, atq; hedera domus omnis culta virescit.
Fons salit irriguis vinorum flumine cannis,
Per totum tunc ferme diem, Bacchiq; liquorem
Hunc circumfusus populus promiscuus haurit.
Lætior & solito facies totius Olympi,
Et volucres dulci permulcent aera cantu.
Nec fera sylvestris tentat turbare iuuencos,
Et lupus inter oues versatur mitis in agris,
Tantisper magnum pecori se præstat amicum.
Vndiq; amicitias animalia quæq; vicissim
Inter se captant, natura ac sorte remota.
Indicio magno, quod sub te Ecclesia pacem,
*Magne Philippe*, caput sibi cum te elegerit ipsum
Imperium, atque Aquilas dederit cum fasce regendas,
Sentiet, ac solus truculentus prælia Turca.
Arma foris pax alma domi, & concordia semper.
Tempore vt Augusti totum pax alta per orbem.
Extitit, ac dulcem dederat concordia vitam.
Exultim iuuenesq;, viri & grandæua senectus,
Lætitiæ dant signa nouæ, noua festa celebrant.
Quod per te Regale iubar Germania læta,
Sole nouo lucem velut acceptura coruscam,
De patre progressum, totus quo lumine mundus
Lucet, & ex ipso veluti iubar alterum in orbem
Procedis rutilans, roseos dum tendis in ortus.
Hinc merito ingenti venientem exspectat amore,
Incolumem euictis terraq;, mariq; periclis,
Gaudet & exultat sacrum te, magne *Philippe*,
Excipere Imperium, Maiestatemq; serenam,
Atque videre tui vultusque, orisq; decorem,
Vt caput Imperii qui sis aliquando futurus.
Hunc tibi felicem summo gratulatur honore,
Augustumq; tuum aduentum per Numina saluum.
Ister vt audiuit syluosa in valle, serena
Aduentum sub nocte tuum, mox, Magne *Philippe*

Namq;

mq; feres Magni titulum cognomine primus,
ebat rapidos restricto murmure fluctus,
cœpit placido sensim decurrere lapsu,
nior ac nullas vortex ructabat arenas,
tibi se placido cursu, lapsuq; sereno,
uem capit ex planis larga scaturigine campis
onetschemiacis: post quos deuoluitur Vlmam,
oxq; Ingolstadium, nuper tua, maxime Cæsar,
tq; Rebellantum numerso milite castra
mpla, boardarum flagrantia fulmina vastos,
ndique terribili tonitru resonante per agros,
ttonitum iuxta quod vidit, & inde ruenti
mne Ratisponam, celebrem præterluit vrbem:
otus in obsequium præstaret & esset eunti
raiectus facilis streperent nec fluctibus vndæ,
fficium quod debet agit pro tempore, namq;
erluit Austricas properanti gurgite terras,
Danubius, claramq; hic alluit amue Viennam.
Pannonicasq; oras intersecat: inde propinquus
Bulgaricis populis, Gethicaque ab origine Turcis,
Condit in Euxinum vario se flumine pontum.
Hinc rogat Austriacis supplex auertere regnis,
Magne Philippe velis iustas prouectus in iras,
Turcarum rabidum deducto Marte Tyrannum,
Regnaq; Pannoniæ misere distracta per hostem,
Libera, vt eiectis facias existere Turcis,
Liber & Eoas tunc sit sibi cursus in vndas,
Despiciatque hostes longe sine sede vagantes.
Pandit deinde sinum, patulos vbi gurgite campos,
Persecat ad Nemetes. pronus tibi Rhenus apertum,
Vitifer ad ripam cuius stat Bacchus vtramq;, &
Mollis in apricis coquitur vindemia saxis,
Rhenus in auriferas, Tagus vt Pactolus & Ister
Connumerandus aquas, cornu qui diuite rerum
Omnigenum, totus quas continet vndique mundus.

Ipſum implet mundum, exceptum, vectanſq;, reuectans,
Per vaſtum Oceanum, totum qui circuit orbem.
Perluit Imperium peramœno flumine ſacrum.
Ducit at hic certum ſummis ex Alpibus ortum,
Monte ſub excelſo, Gotthardo nomine diuo,
Obliquis cui deinde iugis inclinat Adulas,
Per valles ſinuoſus abit, campoſq; patentes,
Montibus excedens, Vbiorum proſpicit atq;
Liber Agrippinam curſu præterfluit vrbem,
Tumq; ſcholam Embriacam properãtibus alluit vndis,
Florida Muſarum commercia ſancta iuuentus,
Hic capit & ſacris ſtudiis ſe atq; artibus ornat.
Mox caput in Belgas flectens, ſeptemq; Trionem,
Ad pelagus tenſos decurrens irrigat agros,
Hic vbi terra Patris ſua claudens oſtia ponto.

Perſpicuus tum gratus aquis ſub rupe Moſella,
Mittit inoffenſos liquido ſub gurgite viſus,
Nocte ſubauſcultans tacita, vt ſub ſideris ortum
Audiit Eoi aduentum, ſtrepituſq; rotarum,
Atq; equitum offenſos quatientum calce lapillos,
Saxoſaſq; vias ceiſo ſub monte repente
Lætitia exultans correptis ſubſtitit vndis,
Ac iuſſit cunctos ſub claſſe quieſcere fluctus.
Hic Habsburgæis vicinus rupibus ortum
Haud procul inde capit valles perlapſus opacas,
Plurima iucundis Habsburgica ru a ſuſurris
Irrigat & Metas & Lucemburgica tura
Perſecat ac Treueros tractu deradit amœno,
Vitifer & dulci deſpumans plenus laccho,
Plurima in adfinem vinorum dolia Rhenum
Mittit vbi ſoëium iungit ſibi fœdere Bacchum.

Denique ad Occiduum pergenti accedere ſolem,
Syluoſis Ardenna tuis poſt terga relictis
Vaſta iugis, ac deſertis, latebriſq; ferarum,
Murmure iucundus rauco venit obuius amnis

Moſa

ſa, fluens lento Vogeſi de rupe meatu,
xuq. Ardennam mediam plus circuit ipſam,
cembergenſes Gallorum finibus agros
bdirimens, montoſa Eburonum rura pererrat.
ic tibi ſuſpenſas Namuris ſub rupibus vndas,
ntius ire iuber dum te tranſportet in oram
eniter alterius ſubſtrato flumine ripæ.
erſecat hic tractu Regiones deinde paternas,
onec in æquoreos vaſtò ſegurgite fluctus
M rgat apud Batauos, pelagiſq; incurrat apertum,
Maximus vndoſos vbi Scaldis in æquora fluctus
Voluit, & in Boream raptos agit auctior amnes.
Mox vnde innumeras merces, rebuſq; grauatas
Omnigenis vaſtum naues emittit in orbem,
Cuius ſic ditat varias opulentia terras.
Hinc nunc in Patrios transfers te lætus in agros,
Poſt longæ ſuperata viæ faſtidia, poſtq;
Impetuoſæ hyemis fluctus cœliq; tumultus,
Auræ intemperiem atq; niues, pluuiamq; perennem,
Flamina ventorum rigida ac diſcrimina multa.
Quarum ſemper hyems eſt vndiq; profluа rerum,
Atq; ferax Nimis ò membris iuuenilibus acris,
Dura ac difficilis nimis & fuit aſpera, longaq;
Hæc via non ſolum ſed iniquo & tempore ſumpta,
Principe pro tanto, atq; vno pro pignore Patris
Tanti, & adhuc teneris qui iam verſetur in annis:
Tandem defeſſos iuuenilis corporis artus.
Ad tempus foueas & in ocia nacta reponas.
Illa licet feſſo tibi ſi perpauca daturus,
Neſcia quod ſemper tibi mens & membra quietis
Dura diuturnæ ſed ſint cupida illa laborum
Semper & ad ſummas contendant ſurgere laudes.
Virtutumq; decus, ſemper ſublimia verſent,
Per quæ magnanimus ſummum pertingere Olympum
Virtute vt valeas, laudeſq; æquare Paternas,

Nam ſacer (vt fama eſt) Martinus non tolerare
Dirumpi chlamydem temere aſſolet: ergo beatæ
Ingeniis, & bellacis non indiga pubis,
Iunge diœceſi te rurſum principis huius
Auſpiciis, & porrectis in epiſcopon vlnis
Accipe eum. ſic pax te diua beabit ouantem,
Sic perges medium digitum oſtendiſſe tyrannis.
Amnis mundabit ſic te latiſſimus alma
Fronte renidentis fortunæ, corpus in vnum
Sic ibit fœde diſcerptis artubus ægrum.
Et tu magnanimæ tellus fœcunda iuuentæ
Gelrica, ſed bellis nimium lacerata cruentis,
Exulta, lætaſque manus ad ſidera iacta.
Namque tibi princeps obſeruantiſſimus æqui
Vicinus datus eſt, quo non cernit meliorem
Sol, ſeu Gangaridas premat Eoaſque ſagittas,
Lampade ſeu rutila ſitientes torqueat Aphros,
Seu Gaditanas ſubeat ſtridore procellas:
Princeps, qui æquiparat læta grauitate Catonem,
Viribus effandi Ciceronem, relligione
Pompilium Regem, nec non Pompeion honore.
Princeps, qui ſicut proauos virtutibus æquat
Martis, Apoſtolicam ſic factus epiſcopus olim
Pacatis rebus vitam monſtrabit, agetque.
At tu magnanimo princeps generoſe Philippo
Nate, diœceſim quæ ſe ſtabili tibi iungit
Connubio, quæ te æternum dominum ſibi legit,
Virtutes mirata tuas, mirata parentum,
Et fratris decora ampla tui, tutare, modiſque
Omnibus exorna: ſic ad rutilantia cygni
Aſtra tuum nomen referent, poſt Neſtoris annos
Mygdoniique ſenis, ſic te plaudente ſenatu
Cœlicolum excipiet, ſolioque imponet eburno
Omnia perſpiciens priuceps glacialis Olympi.
Sed ne ceu vilem & te indignam principe ſponſam
Abiicias,

ícias, quales gremio complexa sit vrbes,
quales fluuios animo metire sagaci.
pida belligera Germania prædita pube
ra tenet, quæ vel possis componere magnis
ibus Italiæ. si munimenta situsque
endas, si diuitias cœlumque beatum
pendas: sed qui tam crebra beataque seruet
gulus, haud alius Germanis extat in oris.
licet vt Cycladas ventosus circuit Ægon,
stantes inter sese discrimine paruo:
& turrigeras amplectitur angulus vrbes
iguus multas. inter quas emicat vna
etropolis, sicut soli coniunctus anhelo
hosphoros. obscuros inter rutilare videtur
steras, Eridanus Italos vt deprimit amnes,
t Carolus proceres post se videt ire minores
nnumeros. cui Belga ferox. Hispanus & acer,
ui Siculus seruit. nec non Campana iuuentus.
spice quam celsos ad sidera fulgida muros
ollat. & aëreas niueo de marmore turres,
Non Babylonis eas quas vafra Semiramis arces
Coctilibus muris lentoque bitumine cinxit,
Metropolim hanc speraſſe putem: sic ædibus altis
Exornata cluit, sic est redimita Deorum
Delubris, cœlum sic est sortita beatum,
Sic Rheno alluitur, sic Oceanitide lympha
Perfruitur, sic & circumdatur hubere campo.
Verum vt sint aliis forte hæc communia paucis
Vrbibus, asteribus quorum pomœria faustis
Sunt signata, quibus candentia licia nectunt
Concordes stabili fatorum numine Parcæ.
Illa quidem inficias nemo certe iuerit esse
Propria Traiecto, quod quæ collegia tanta.
Tantis diuitiis & cultis moribus aucta,
Post Romã vrbs habeat, temere haud reperitur in orbe.

Quare

Quare Traiectum Romam vocitare minorem
Est solenne viris, qui septem collibus vrbis
Lictis, Traiectum commigrauere decorum,
Quodque magis niueas matronas atque venustas
Non sit quæ teneat, quamuis se Cypria tellus
Iactet, alumnarum prægratæ munere formæ:
Quamuis Hermione se tollat in æthera Cadmi,
Vrbs Amphionia testudine condita quamuis
Sparta suas cristas Ledeum tollat ob ouum.
Sed quicunque parat Traiecto aduoluere honorem
Laudibus, is dentem certat candore niuali
Albauisse Indum succo soliginis atro.
Verum vt sub rapidi nihil est curua mine cœli,
Parte quod ex omni perfectum viuat agatque:
Sic sunt neuorum quædam vestigia, corpus
Tam bene compositum male quæ decuisse videntur.
Tempore quæ partim, quæ partim principe tali
Tolientur, rapidisque notis voluenda dabuntur.
Salue Traiectum ter felix, terque beatum
Attalico censu, concinnis ædibus, atque
Sidereis formis, iuuenum quoque robore duro,
Ingenio facili, cœloque situque salubri.
Salue, protentis & episcopon excipe palmis.
Et corpus coniuge animæ capitique decoro,
Et sine vesano proceres confligere Marte
Externos. æquis votis, æquoque fauore,
Otia felicem sic te dulcissima pacis
Seruabunt. celso sic vertice sidera tanges.
Quæ post Traiectum possit tenuisse secundas,
Ambiguum est: nam tres vrbes quas Issula radit,
Ancipite inter se Mauorte, potissima quæ sit,
Concertant. ætate tamen Dauentria Suollam,
Littoreosque premit campos, & honore sedendi.
Hoc tribus vrbibus est commune, quod emporiis sint
Percelebres, quod Traiecti sint æmulæ amœnis

Ædibus

ibus & plateis, & pulchro gurgite Rheni:
od sint pacificæ, quod sese fœdere aheno
ncti adiutent, quod relligionis amore
perent cunctos quod simplicitate fideque
tmanos veros agitent, quod deniq. tales
æq; senatores habeat, fortissima quales
dit Roma duces, cum regem Marte Molossum
ntrudit, & victum latios dimittere fines
mpulit, ac Adriam rursus transire sonorum.
d sicut longe doctæ dicuntur Athenæ
rgolicas vrbes olim superasse Mineruæ
uneribus, sic Suolla præit Tritonidos arte
ubicolaq, schola, quascumq; bicornis inundat
rbes, æreas Rhenus dum deserit alpes,
t ferit Arctoam non vno gurgite Therim,
Iedum finitimas post se videt ire minores.
llinc barbaries vltra graciale profundum
xulat expulsa, ac illic Graius Latiusq;
ermo viget, nec non quo Verpus fatur *Apella*.
Verum vt palladio se iactet munere Suolla,
Oppitulum Rhenense pium sic præstat amœno
Cœlo sicq; situ se tollit ad æthera blando.
Quippe quod in celso constructum vertice collis
Frondosi, Rhenum subter se cernit euntem
Vorticibus tremulis, strepitantem murmure rauco.
Hic si quando libet ceruos agitare fugaces,
Fulmineum vel aprum cornu transfigere duro,
Auribus excipies vocum discrimina mille,
Auia quas arbusta cient, volucresq; canoræ.
Capripedes cernes Satyros Dryadesq; fugaces,
Dum cursu certant agili præuertere Panes,
Agrestes nymphas late nemus omne mouere.
Oppidulum quamuis istud non sit populosum,
Attamen exigui ciues, vt montibus altis
Nutriti, sunt montani genus acre virorum,

Germanis nullis viuunt virtute ſecundi
Bellica, & ingenii non cedunt dotibus vllis.
Sic opibus quod deeſt, ſupplet virtus geniuſq;.
Supplet & æthereæ felix præſentia nymphæ
Cuneræ, Oceano quam cincta Britannia miſit.
Quæ quantum Mariæ, quantum ſit grata tonanti,
Demonſtrant toti miracula cognita mundo,
Amerſfordanam iam quis (rogo) laudibus vrbem
Extulerit dignis, opibus cenſuq; beatam
Mygdonio, ſed Martigena celſaq; iuuenta
Præcipue claram? quis Viccam carmine digno
Impolitam Rheni ripis deſcribere poſſet?
Ergo diœceſim, tam claris vrbibus atq;
Fortibus ornatam, munitam robore tanto,
Porrectis vlnis princeps cape ſumme viciſſim.

---

## NICOLAI MAMERANI LVCEMBVRGENSIS.

*D. Philippo II. de felici eius in Germaniam aduentu.*

LÆtior Eois Titan emerſus ab vndis
Fulgidus adtulerat rutilantia lumina mundo,
Purpureis ſubuectus equis, roſeaq; quadriga
Fluctibus Ioniis, tenebris telluris Eoæ
Rurſus ad Antipodas illata luce fugatis:
Maximus Heſperiis Princeps vbi claſſibus æquor,
Et nimis vndoſos Hybernis flatibus æſtus,
Æolus emiſſis mouit quos carcere ventis,
Menſus & Auſoniam ſiſa cum naue, ſimulq;
Inſubrium claras vrbes, Alpeſq; niuoſas,
Vitiferoſq; Athesis colles, iuga celſa relinquens,
Fauſto in Germanas ſacratos, omine, terras,
Intulit ille pedes. Germania læta triumphis
Principis aduentum, victo diſcrimine ſaluum,
(Effera quod pelagi rabies ac tempus iniquum

Hybernl

berni attulerat cœli) exultanſque tropæis
cipit inſolitis: paſſim ſpectacula, ludos,
ignaque mentitum referentia prælia Martem
hibet, & lectas educit in arma cohortes.
uctuat immiſſo mox totus milite campus,
rma ſonat paſſim rauco tuba Martia cantu,
lſaque dant trepidum pugnæ caua tympana ſignum.
iſceri videas acies in bella paratas
orrida, & infeſtis campo concurrere ſignis,
ſibus eductis pedites, equitumque phalangas,
ſuper intentis concurrere cominus haſtis.
d prius eiectis pilis, Vulcanius ardor
lminat & totum ſonitu tremefactat olympum.
ndique mox cernas totis inſurgere caſtris
rma per obſeſſos horreſcere prælia campos.
minus attonitus ſtat circumfuſus in agris
ectator populus, ſortemque expectat vtranque,
uat an captis aliam, pars altera caſtris,
trahat in lætum detracta tropæa triumphum.
Interea & lætos altis in turribus ignes
ccendit, facibus plateæque forumque relucent.
rnatu vario decorat loca cuncta per vrbes.
oluit nocturnos altis de montibus ignes.
tuctat fractas tonitru boat barda per auras.
plateis celſæ ſurgunt ex arte columnæ,
ltaque Pyramidum ſubſtructa cacumina ſurgunt,
t ſuper impoſitum portant faſtigia mundum,
tque triumphales celſis cum turribus arcus,
ortant Herculeas poſita cum naue columnas.
Æolus attonitus ſtetit & Neptunus vtrinque,
endentes promptas ſubmiſſo pectore dextras,
inguntur hedera ſtatuæ, viridiq; geniſta,
t tribulis ſyluæ ſemper viridantibus ornat
unibus intextis longis latera ipſa domorum,
ertaque de viridi rore intertexta marino.

Pendent, atq; hedera domus omnis culta virescit.
Fons salit irriguis vinorum flumine cannis,
Per totum tunc ferme diem, Bacchiq; liquorem
Hunc circumfusus populus promiscuus haurit.
Lætior & solito facies totius Olympi,
Et volucres dulci permulcent aera cantu.
Nec fera sylvestris tentat turbare iuuencos,
Et lupus inter oues versatur mitis in agris,
Tantisper magnum pecori se præstat amicum.
Vndiq; amicitias animalia quæq; vicissim
Inter se captant, natura ac sorte remota.
Indicio magno, quod sub te Ecclesia pacem,
Magne *Philippe*, caput sibi cum te elegerit ipsum
Imperium, atque Aquilas dederit cum fasce regendas,
Sentiet, ac solus truculentus prælia Turca.
Arma foris pax alma domi, & concordia semper.
Tempore vt Augusti totum pax alta per orbem.
Extitit, ac dulcem dederat concordia vitam.
Exultim iuuenesq;, viri & grandæua senectus,
Lætitiæ dant signa nouæ, noua festa celebrant.
Quod per te Regale iubar Germania læta,
Sole nouo lucem velut acceptura coruscam,
De patre progressum, totus quo lumine mundus
Lucet, & ex ipso veluti iubar alterum in orbem
Procedis rutilans, roseos dum tendis in ortus.
Hinc merito ingenti venientem exspectat amore,
Incolumem euictis terraq;, mariq; periclis,
Gaudet & exultat sacrum te, magne *Philippe*,
Excipere Imperium, Maiestatemq; serenam,
Atque videre tui vultusque, orisq; decorem,
Vt caput Imperii qui sis aliquando futurus.
Hunc tibi felicem summo gratulatur honore,
Augustumq; tuum aduentum per Numina saluum.
Ister vt audiuit sylvosa in valle, serena
Aduentum sub nocte tuum, mox, Magne *Philippe*

Namq;

Namq; feres Magni titulum cognomine primus,
Sistebat rapidos restricto murmure fluctus,
Et cœpit placido sensim decurrere lapsu,
Leniorac nullas vortex ructabat arenas,
Vt tibi se placido cursu, lapsuq; sereno,
Quem capit ex planis larga scaturigine campis
Donetschemiacis: post quos deuoluitur Vlmam,
Moxq; Ingolstadium, nuper tua, maxime Cæsar,
Atq; Rebellantum numerso milite castra
Ampla, boardarum flagrantia fulmina vastos,
Vndique terribili tonitru resonante per agros,
Attonitum iuxta quod vidit, & inde ruenti
Amne Ratisponam, celebrem præterluit vrbem:
Totus in obsequium præstaret & esset eunti
Traiectus facilis streperent nec fluctibus vndæ,
Officium quod debet agit pro tempore, namq;
Perluit Austricas properanti gurgite terras,
Danubius, claramq; hic alluit amue Viennam.
Pannonicasq; oras intersecat: inde propinquus
Bulgaricis populis, Gethicaque ab origine Turcis,
Condit in Euxinum vario se flumine pontum.
Hinc rogat Austriacis supplex auertere regnis,
Magne Philippe velis iustas prouectus in iras,
Turcarum rabidum deducto Marte Tyrannum,
Regnaq; Pannoniæ misere distracta per hostem,
Libera, vt eiectis facias existere Turcis,
Liber & Eoas tunc sit sibi cursus in vndas,
Despiciatque hostes longe sine sede vagantes.
Pandit deinde sinum, patulos vbi gurgite campos,
Persecat ad Nemetes. pronus tibi Rhenus apertum,
Vitifer ad ripam cuius stat Bacchus vtramq;, &
Mollis in apricis coquitur vindemia saxis,
Rhenus in auriferas, Tagus vt Pactolus & Ister
Connumerandus aquas, cornu qui diuite rerum
Omnigenum, totus quas continet vndique mundus.

Ipſum implet mundum, exceptum, vectanſq;, reuectans,
Per vaſtum Oceanum, totum qui circuit orbem.
Perluit Imperium peramœno flumine ſacrum.
Ducit at hic certum ſummis ex Alpibus ortum,
Monte ſub excelſo, Gotthardo nomine diuo,
Obliquis cui deinde iugis inclinat Adulas,
Per valles ſinuoſus abit, campoſq; patentes,
Montibus excedens, Vbiorum proſpicit atq;
Liber Agrippinam curſu præterfluit vrbem,
Tumq; ſcholam Embriacam properātibus alluit vndis;
Florida Muſarum commercia ſancta iuuentus,
Hic capit & ſacris ſtudiis ſe atq; artibus ornat.
Mox caput in Belgas flectens, ſeptemq; Trionem,
Ad pelagus tenſos decurrens irrigat agros,
Hic vbi terra Patris ſua claudens oſtia ponto.
Perſpicuus tum gratus aquis ſub rupe Moſella,
Mittit inoffenſos liquido ſub gurgite viſus,
Nocte ſubauſcultans tacita. vt ſub ſideris ortum
Audiit Eoi aduentum, ſtrepituſq; rotarum,
Atq; equitum offenſos quatientum calce lapillos,
Saxoſaſq; vias celſo ſub monte repente
Lætitia exultans correptis ſubſtitit vndis,
Ac iuſſit cunctos ſub claſſe quieſcere fluctus.
Hic Habsburgæis vicinus rupibus ortum
Haud procul inde capit valles perlapſus opacas,
Plurima iucundis Habsburgica ru a ſuſurris
Irrigat. & Metas & Lucemburgica rura
Perſecat ac Treueros tractu deradit amœno,
Vitifer & dulci deſpumans plenus laccho,
Plurima in adfinem vinorum dolia Rhenum
Mittit vbi ſoēium iungit ſibi fœdere Bacchum.
Denique ad Occiduum pergenti accedere ſolem,
Syluoſis Ardenna tuis poſt terga relictis
Vaſta iugis, ac deſertis, latebriſq; ferarum,
Murmure iucundus rauco venit obuius amnis

Moſa

Mosa, fluens lento Vogesi de rupe meatu,
Flexuq. Ardennam mediam plus circuit ipsam,
Lucembergenses Gallorum finibus agros
Subdirimens, montosa Eburonum rura pererrat.
Hic tibi suspensas Namuris subrupibus vndas,
Lentius ire iubet dum te transportet in oram
Leniter alterius substrato flumine ripæ.
Persecat hic tractu Regiones deinde paternas,
Donec in æquoreos vasto segurgite fluctus
Mergat apud Batauos, pelagusq; incurrat apertum,
Maximus vndosos vbi Scaldis in æquora fluctus
Voluit, & in Boream raptos agit auctior amnes.
Mox vnde innumeras merces, rebusq; grauatas
Omnigenis vastum naues emittit in orbem,
Cuius sic ditat varias opulentia terras.
Hinc nunc in Patrios transfers te lætus in agros,
Post longæ superata viæ fastidia, postq;
Impetuosæ hyemis fluctus cœliq; tumultus,
Auræ intemperiem atq; niues, pluuiamq; perennem,
Flamina ventorum rigida ac discrimina multa.
Quarum semper hyems est vndiq; proflua rerum,
Atq; ferax Nimis ò membris iuuenilibus acris,
Dura ac difficilis nimis & fuit aspera, longaq;
Hæc via non solum sed iniquo & tempore sumpta,
Principe pro tanto, atq; vno pro pignore Patris
Tanti, & adhuc teneris qui iam versetur in annis:
Tandem defessos iuuenilis corporis artus.
Ad tempus foueas, & in ocia nacta reponas.
Illa licet fesso tibi si perpauca daturus,
Nescia quod semper tibi mens & membra quietis
Dura diuturnæ sed sint cupida illa laborum
Semper & ad summas contendant surgere laudes.
Virtutumq; decus, semper sublimia versent,
Per quæ magnanimus summum pertingere Olympum
Virtute vt valeas, laudesq; æquare Paternas,

Vel ſuperare etiam poſſis ingentibus auſis,
Virtute vt valeas vitium vitabis vbique.
Nulla quieſcit enim generoſo in pectore virtus
Vnquam, nec vinclis, poterit conſtricta teneri.
Ad quas virtutes ſunt multa ac maxima quæ te
*Magne Philippe* mouent, ſtimuliſq; inſtantibus vrgent:
Hinc Pater hinc Patruus, vaſti duo lumina mundi,
Plurima magnatum, totus quibus enitet orbis,
Virtutum ante oculos ponunt exempla, docentq;
Qua gradiare via ad Superos ipſumq, Tonantem,
Qua repleas totum magnis virtutibus orbem.
Inſtruet inq; via hac Dominus te, oculoſq; ſuper te
Diriget, atq; intellectum dabit ille ſerenum,
Atq; bonum valeas prauum quo vincere mundum.
Nam quod ad Imperium ſpectat, neglexit vterque
Quicquam? aut quod ſacras tangit res, ſiue prophanas?
Vel quod communi potuit prodeſſe ſaluti?
Hæc mens, hic animus fuit hæc intentio ſemper,
*Vt* primum Domini Maieſtas, Gloria vbique, &
Spectaretur Honor: mox commoda publica primò
Atq; ſalus tractata loco: priuata deinde
Cœpit poſtremam, veluti neglectior, oram.
Hæc exempla tibi tam clara imitanda relinquunt.
Sub te ſigna cadent truculenti immania Turcæ,
Et canis immundus Mahometes ſede faceſſet
Tunc Hieroſolymis pulſus, Chriſtiq; relinquens
Impurus tumulum, trans Gangem Sauromataſq;
Profugus extremas orbis tranſcurret in oras.
Certo Germanis veniet de rupibus ille,
Excutiet tumidum ſacra qui ſede Tyrannum,
Atq; Paleſtinas reſerato limite terras,
Templaq; reſtituet ſanctæ ſacrata Sophiæ,
Strenuus Eoas repetet qui milite ſedes
Induperatorum ſpurco Mahomete repulſo.
Huncq; Tirollenſis feret atque Habsburgica rupes.

Quid

Quid dubitas? Æterno hoc est sic esse futurum
Numine decretum: Superum hæc stat fixa voluntas.
Canaque sic series, impermutabilis ordo
Fatorum stat, vt Imperii sit gloria sacri
Prima reditura, adsi ctum quæ terminet orbem,
Principe non alio: Solymorum terra redibit
Non alio ad Christi tandem deuicta ministros.
Et Christi Antiochena Ecclesia prima, repulsis
Immundis canibus, Christi renouata ministris,
Christicolis primum dedit vrbs quæ subdita nomen.
Gentium enim venit perfectio plena per orbem,
Israel vt totus fiat tandem vndique saluus,
De facie Mosis reuoluto velamento,
Vndiq; saluificiq; admisso numine Christi,
In quam non poterant hebetes intendere vsus
Hactenus, atq; oculis cœlestem admittere lucem.
Vrbs prima in terris Solymorum Numine plena,
Et Superis semper, iam prima ab origine mundi,
Mox posteiectum Paradisi finibus Adam,
Cuius in Imperio primi vixere parentes,
Atq; omnes vnquam quicunq; fuere Prophetæ.
Hic Pater omnipotens, vnus Deus ille Deorum,
Verba ad mortales homines arcana locutus,
Plurimaq; hic celsi fuerant commercia cœli,
Angelicique chori, veterum versatio patrum.
Nulla alia in toto terra est hac sanctior orbe.
Vrbs vbi & orta salus vbi fons & origo salutis
Emicuit primum vitam quæ contulit orbi.
Hanc vrbem, has terras, hæc tam loca sancta tenebit
Impurus ganeo Mahometes? perfidus hostis
Christe tuus? qui te scelerata mente subinde
Esse Dei natum negat impius, esse salutis
Authorem humani generis: Cunctosq; peræuum
Esse perituros, qui te hic vt Numen adorant?
In te qui figunt sibi spem, metamq; salutis?

Vexatorq; tui populi, qui est semper iniquus?
A quo totius falsa est pars tertia mundi?
Deq; tuis nequiter seducta ab quilibus ingens
Pars ouium, in miseras Ecclesia prima ruinas
Tracta iacet, fœdis sordens spurcata catharris?
Dedecus ô quantum inflatum non posse Tyrannum
Atq; hostem Christi sacris expellere terris,
Et data regna semel non posse per arma tueri
Libera ab hoste fero: ô quanta est ignauia seruos
Inter Christe tuos, quibus est concessa potestas,
Segnities hic quanta tenet. priuata cupido
Augendi proprii vitioso pectore regni,
Quanta tenet, multosq; Duces, Regesq; potentes
Vndiq; per mundum tum sacros, tumq prophanos.
An non huc debent incumbere viribus omnes,
Omnes quiq; Duces, Reges, Dominiq; potentes,
Vndiq; præsidium debent commune parare
Contra hunc vt plenas ducant in prælia turmas?
Nulla deest populo communi hic prompta voluntas,
Quin cupiunt omnes talis contingere potiri,
Huius propositi Princeps tam deniq; sancti.
Nam sileo Hungaricum vastet quod milite regnum,
Proximus Austriacis, Germanus, atq; Bohœmis,
Quod gens quæ propriam vult custodire salutem,
Debet quæque suis arcere è finibus hostem.
Quanquam permagni hoc refert, sit vt Hungara tellus
(Imperii propugnaclum velut omnibus vnum)
In primis munita, queat qno salua manere.
Has verum terras vbi quicquid in orbe salutis
Extat, prognatum est vbi conuersatio cœli,
Atq. vbi vixerunt sancti primiq; parentes,
Prorsum ex communi refert sub pace tueri,
Vel saltem Christi sub saluatoris amore,
Nostra modo vere spirent præcordia Christum.
Æternumq; patrem, cœli patriamq; perennem.

Sed

Sed properans ad te nunc, *Magne Philippe* reuertor,
In te nam spes est horum sita multa salutis.
Talem namq; vident te cuncti omnino futurum,
Qualis vix vnquam Cæsar fuit alter in orbe
Maior, vt ex gestis sis à Genitore futurus,
Romani Imperii positus sub fasce secundus,
Et superaturum (quamuis sint maxima, quæ ille
Hausit & immensi hæc, infinitiq; laboris)
Constabilit multos fiducia plena ministros.
Cæsaribus cunctis nam plus fere *Carolus* vnus
Contulit Imperio, *Maiestatemq;* reduxit,
Antea quę fuerat variis labefacta procellis,
Et iacuit multos veluti neglecta per annos.
Nam *Mediolanum*, Genua, ac Florentia, claræ
Vrbes Imperii, Diuo hoc sub Cæsare fiunt,
Multaq; præterea terrarum commoda passim,
Imperii titulo sub *Carlo* Cæsare Quinto,
*Accessere* sacro, vere, vt mereatur habere
Nomen ab *Augendo* Imperio, *Augustusq;* vocari.
Atq; onus Imperii tranquillo ac tempore pacis,
Sustentandum offert vnus, quantum duo præstant
Iunctim Electores: sed cum sunt tempora belli,
Motusue Imperii qui multa & magna requirant,
*Arduaq;* impensis tractanda negotia magnis,
Tres quantum præstant, confert in publica solus,
Præstitit Imperio tantum nemo antea Cæsar
Vnus, nec fines largis tam accessibus auxit.
Iamq; vides quanta & quot commoda publica solo
A Patre Imperium capiat, quantumq; resurgat
Vndiq; Romani sub Cæsare gloria Regni.
Tu similiq; modo per tam sublimia perges,
Et facies de te memorentur maxima semper,
Plusq; vltra Herculeas produces sceptra columnas
Imperii, ac primos diduces limina fines,
Perniciq; *Aquilas* facies properare volatu,

Regna

Regna per Eoa atq; Asiam, terrasq; remotas:
Quas quoq; versutos mittes trans æquora ad Afros.
Sentiet atque Aquilo has Aquilas, vbi frigidus axis,
Perpetuo torpens algore, geluque perenni,
Constringit pigrum glaciali frigore pontum.
Nam tibi ad Occiduum deseruit Natio solem.
Quod restat Dominus nobis te in publica seruet
Commoda felicem, ac per plurima tempora saluum.
Incolumemq; diu, vt res sub te publica crescat,
Et ferat æternam per te promota salutem.
Omnia sic perages, quo animus post fata peracta,
Omnia sub certam fuerint cum ducta quietem,
Transuolet æternam semper victurus in Aulam,
Feliceſq; dies æterna in tempora aucat,
Cum Patre, cum Nato, cum Sancto Pneumate. Fiat.

---

## IACOBI MARCHANTII NEOPORTANI.

*Ad Hubertum Goltzium, de Sicilia eius.*

Etuta qui priscis tenebris Heroica Goltzi
Imprimis æternis ora voluminibus:
Alma Ceres, tędasq; gerens & spicea serta,
Præposuit cunctis quæ Sicula arua locis,
Horrea multiplicet semper tua semper honoti
Ac lucem ingenio præferat illa tuo:
Et, quem Triptolemo verum tibi præstet amorem:
Te simul in curru gaudeat esse suo.
Nam latebras facibus dum lustrat mœsta Sicanas.
Ipsius adiungis lumina luminibus.

*De Ioanne Secundo.*

Dum magnis animis & apparatu
In laudes ra pior tuas, Secunde:
Rogabat Cytheræa iuncta Phœbo,

Iuisse

Irrisura superfluum laborem.
Ecquis vituperat meum Poetam?

*Hyemem studiis esse utilissimam.*

Quæ anni sit bona pars laboriosis,
Et doctis, sapientibusque, Musis:
Non paucis reor esse disputatum.

*Cunctis utile ver putatur esse.*

Nostris & studiis magis benignum.
Quo terræ species viret suosq;
Fœtus parturit, & nouos videmus
Res cunctas sibi comparare vultus.
Non ardet nimio calore Phœbus,
Nec torquet nimio rigore frigus.
Vt certe mihi maxime probetur,
Si non tam celeri gradu periret.
Eius principium gelu molestum
Frigus possidet: & graui calore
Finis desinit. Ecquid ergo sentit
Profectus studii tui peracti
Veris tempore tam cito effluentis?

*Vsum forsan amare gratiosæ.*

Æstatis, potes & dies amœnos,
Qua tristes pluuiæ solent latere,
Nec quenquam gelidæ niues fatigant.
Delectat viridi iacere prato,
Fontem frigidulumue contueri.
Æstatem studiis tamen nocere
Expertus queat vsus approbare.
Tarda pigritiæ fruuntur artus.
Somnus lumina sensibus sepultis
Claudit: sic pereunt dies amœni:
Aut hinc nascitur ægritudo sæpe,

Incoctis

Incoctis cerebro dolente fumis.
Somno lumina si negent subesse,
Rebus tunc nihili, vel ociosa
Tempus perditur ambulatione:
Tanto vel radiat calore Phœbus,
Nullis vt rationibus fugetur.
Sed dices: Violentioris æstus
Sol est, quum medios calet labores:
At quum Aurora suos gubernat axes
Horæ sunt moderatioris æstus.
Et certe fateor benigniores
Huius cardine temporis Camœnas,
Si non maxima portionis eius
Pars, pigro soleat perire somno.

*Infaustam quoq; scorpionis auram.*

Affectoq; gerentis ore fructus
Quis gratam nitidis probet Camœnis?
Nam quid ventriculo cibos coquenti
Quid quæso inuenias magis nociuum
Corr[illegible]to gelidoq; persicorum
Succo, post alios cibos comesto
Ante & ventriculi fores natante?
Idem de reliquo malum timebit
Quo durum tibi sit carere, malo.
Ad hæc. Nonne hyemis niues geluq;
Sagittarius excipit Nouembris?
Sic ergo facile arbitror doceri
Nec veris breuitet virentis vsum,
Nec sudum canis, aut leonis æstum,
Ægri perniciemue scorpionis,
Summe proficere, vt scientiarum
Immortale qui ad decus feratur.

*Anne ergo vtiliora Capricorni.*

Doctis frigora dixeris Camœnis?

Sed

Sed quam tu paradoxon hoc recepta
Affirmes ratione? quum niuales
Sint brumæ teneras dies Camœnas
Deformes rigidasque reddituræ?
Hæc sententia non tamen videtur
Assertis rationibus carere.
Frigus corpora stringit, apparatque
Discendis alacri vigore Musis.
Somnum soliciti negant ocelli.
Nemo deditus ambulationi est.
Sed nobis volupe est, ab erudita
Sensim tempora lectione falli.
Et quodam tacito impetu mouemur
Chartis inuigilare & immorari.
Hoc mirum tibi? Nonne Capricornum
Agnoscunt Arietsque Scorpioque?
Illius quatit ad fores, & huius
Fines: sic dominantur in duabus
Anni partibus, vt queat videri
Naturam statuisse vt imperaret.
Sed paucis (leuioribus relictis)
Hæc inductio sit probationis,
Nostræ meta que disputationis.
Consentis aliquam esse portionem
Anni, conuenienter adiuuantem
Speratos studio & labore fructus?
Sed ver passibus est nimis citatis,
Ingratus nimis est Leonis æstus,
Autumnus nocet insalubritate
Ergo frigida bruma plus Camœnas,
Et plus egregios iuuat labores.

ADEO

# ADEODATI MARIVORDAE BRVGENSIS.

*Huberto Goltzio Antiquario.*

Languere virtus, præmia si absint creditur
Languere virtus, Goltze, ne possit tua,
Te Orbis Senatus ciuibus accenset suis.

*In eiusdem effigiem à Moro sculptam.*

More, quod affectas faciem depingere Goltzii,
Lætor: at est vnum quod tamen heic doleam.
Oro quid hoc, inquis? dicam: dum reddere formam
Niteris & mentem reddere te cupiam.

*In eandem, sub Goltzii persona.*

Si verum vultus habitum formamq; requiris,
Quæ mihi inest, tabula hac nil mage mi simile.
At si animum, doteſq; animi, ingeniumq; reposcis,
Quod mihi inest, tabula hac nil mage dissimile.

*De eadem sub persona Fruterii mortui.*

Obtulit exiguo desculptum Goltzion ære
Morus, Auernali traiiciendus aqua.
Miratusq; Charon, hæc te, inquit, ianua habebit,
Nummule, & in Stygiis fixit eum foribus.
Agnosco effigiem ciuis Fruterus, & addo
Goltzius hic sæcli est aurea palma sui.

*In eandem.*

Me scite arguto Morus depinxit in ære,
Vna, sed est mutæ vita negata mihi.
Goltzius haud tulit hoc, vitaq; afflauit, & idem
Vocalis tribuit mobilitatis opus.

*In Goltzii Thesaurum Antiquitatũ.*

Æternis olim clarum belliq; togæq;
Augustum ipsa Venus sedibus apposuit,
Romaque diuinos olli decreuit honores,
Virtutisq. ergo constituit statuas.
Attamen has seu long⁹ dies, siue inuida fata,
Seu potius nostra incuria perdiderat.
Templa, ædes aræ, Circi, Amphiteatra, obelisci,
Antiqua in cæcis obsita erant tenebris:
Pessum ierant, nec per quem instauratentur habebant;
Affectis rebus nemo ferebat opem.
Roma diu doluit. Vidisti Huberie, operamq;
Pollicitus Lauro adiutus Apollinea,
Templa, aras, ædes, circos & Mausolea,
Æra vetusta pylas, pyramidas, statuas
Turpibus è tenebris in dias luminis auras
Profers antiquum restituens Latium.
Nec sat id: Ausoniis at mox digressus ab aruis,
Trinacriam, Corcyram, Hellada vtramque obiens,
Et reliquas vasto diuolsas æquore terres,
Barbara quas dudum obtriuerat illuuies,
Eripis, & Dominæ rursum pius adseris vrbi,
Antiqui referens pristina signa fori.
Deniq; vt hæc vno stent congesta omnia libro,
Thesauro hoc cunctas, Goltze, recludis opes:
O nimium nostro felicem tempore Romam;
Talem cui ciuem euenit habere hominem:

*In eundem.*

En iterum, studiosa cohors, huber Thesaurus
Huberis Huberti manat ab huberibus.

*In Francisci Modii poemata.*

Si vera est Samii sententia nota, fuisse

Qui miros Miles dicit ad Iliacos:
In te, docte Modi, doctum transisse Catullum
Iurarim, & nullum viuere cum hoc alium.

---

# HADRIANI MARII MACLINIENSIS.

## ELEGIARVM LIB. I.

*Ad Candidam de malo gypseo missō. I.*

Pars animi melior nitidissima Candida nostri
Cui dedit hoc niueus nomen habere color:
En nouus annus init gemino nunc auspice sano,
Ille tibi fœlix sit precor, ille mihi.
Munera iam mitti fas est recipique vicissim,
Hic mos à priscis vsque remansit auis:
Mos sanctus, veterisque bonus renouator amoris:
Mars quondam ista tui gloria mensis erat.
Ecce tuus vates ne nil tibi Candida mittam,
Do malum, & donum versibus orno leue.
Aspice luteolum variat quam blanda colorem
Purpura, sic pictus corpora fertur amor.
Tale fuisse reor quod te Cydippa fefellit
Nil tamen hoc mea lux quo capiaris habet.
Quid pondus mirare nouum? non arbore pomum
Hoc stetit: æstiuo non ita sole rubet.
Frigoribus natum est mediis, rigidoque Decembri
Atque inter nostras & sine flore manus.
Scilicet è viuo expressum, miserabile, pomo
Natiuo pinxit docta colore manus:
Indiderunt Dei nullo vt putrescat ab æuo,
Sic sit & æternus Candida noster amor.

Elegia

*Elegia II.*

Qualia Abydeni tentabant corda Leandri
Gaudia, cum dubium carpere iussus iter,
Lætus anhelabat nocturni in temporis horas,
Causatus lento serpere sole diem:
Talia nunc mihi corde micant, promisit amica
Difficileis nocte hac clam reserare fores
Lux odiosa obstat toto mihi longior anno,
Et desiderijs lux inimica meis.
Cum tamen haud vllo discrimine iusta putetur
Æqualem nocti pendere libra diem.
Phœbe cui lucis nostræque suprema potestas
Qui veniens clarum tunditis ab ore iubar,
Discedensque fugas mordaces pectore curas
Lassaque sperata membra quiete foues?
Si te non frustra diuis ex omnibus vnum
Sancte pater vatum sacra caterua colit:
Si blandos vnquam vt memorant expertus amores
Implesti charæ iussa libens Dominæ
Audi vota tui vatis, quem cognita quondam
Flamma tibi & pueri spicula sæua necant.
Non ego cæruleo te longius æquore claudi,
Nec cupio ardentes vt remoreris equos.
Ora soror remeans dum ter pallentia mutet
Hoc satis omniuolo sit licuisse Ioui.
Mi sat erit, solito quæ longior ire videtur
Si lux admissis præcipitetur equis.
Nec multum superest cursus, summoque remenso
Deuoluit præceps orbita sponte rotas
Da modo lora pater per iter decliue remissa,
Dux animæ nostris Hesperе prode caput.
Abde pater caput, abde caput, promissaque nobis
Ne differ vultu gaudia phœbe tuo.
Hesperе prode caput, nimium mihi tardus amanti es,

Prode caput, tecum gaudia noſtra vehis,
Heſpere ſeu Paphiæ ſedes gratiſſima Diuæ,
Seu magis ipſa dea es, Heſpere prode caput
Surge Venus, flammaſque iuua quas ipſa dedixi,
Surge, & inaurato ſydere blanda mica.
Te ſperant cupidique viri timidæque puellæ,
Te cupiunt matres cernere, teque nurus.
Surge ita deprenſæ tibi vincula nulla maritus
Cogitet, & nitidam nubila nulla tegant.

*Biturigibus alieno nomine ſcripta. III.*

Pranſus eram & ſummum Phœbus cõſcenderat orbem,
Certabant animo ſpeſque metuſque meo;
Quos inter medius ſæpe huc variabat & illuc
Arbiter in ſummo corde locatus Amor.
Cum ſubito Dominæ puer ad me venit amatæ
Et tua dicto inquit te iubet eſſe loco.
Cum modo decliuis tam ſummi à culmine cœli
Quam procul à terræ margine Phœbus erit,
Non ita gauiſus iuuenis Babylonius olim,
Qua ſocium virgo nocte parabat iter
Moxque ad ſublimem conuerſus lumina ſolem
Qui ſolito viſus tardior ire mihi,
Sancte pater dixi quid equos remoraris euntes,
Laxa precor facili lora remitte manu.
Si neſcis, iſtis vehitur ſpes noſtra quadrigis,
Sancte pater pronam in verbera tende manum.
Te medio terras inter cœlumq; ſupremum
Se pacta eſt gremio noſtra puella meo.
Vix hæc edideram, viſi properare iugales
Iamque notata mihi præteriiſſe loca.
Tum vero tota ſurgebant gaudia mente,
Iam locus & dominæ in pectore vultus erat,
Blandaque vox nigriq; oculi, riſuſque iociq;
Baſiaque & geminæ colla reuincta manu.

Quicquid

Quicquid & in placido miseri speramus amore
Irrita quæ venti postmodo sæpe ferunt.
Atque ea dum meditor, dum voto pascor inani,
Sol pene optatum contigerat spacium.
Gratum iter arripui, ne me præuerteret atque
Longa expectando tædia ferret hera
Non procul vrbe tua Biturix qua vetustum
Aeriæ turris mœnibus extat opus,
Est locus his circum colles vestibat apricos
Iam iam deciduis vinea flaua comis.
Fragrabant culti mediis in vitibus horti,
Quos inter longe cultior ille nitet
Quo Dominæ sectata meæ vestigia venit
Sæpe Venus venit Gratia venit Amor.
Quo tunc ipse meos ibam visurus amores.
Hærens ad cunctos corde tremente sonos.
Præcipue vt spatii excessit confinia dicti
Oceano properans ringere Phœbus equos.
Tum seu vox, strepitusve pedum peruenit ad aures,
Illa loqui visa est, illa venire mihi.
Quin etiam procul ignota veniente puella
Speratos vultus noscere visus eram.
Incessum, gestus notos faciemq probatam,
Vtque solet niuea fronte iacere coma.
Ac veluti rutili conf sus fulgere solis
Spectabam pronis gramina luminibus.
Tristia dum grati erroris discrimina coram
Cernenti misero prodidit illa mihi.
Hic primum dubia cœpi diffidere mente,
Et lusum nimia credulitate queri.
Nolle venire putem? quin iam nil tale rogantem
Per puerum iussit ipsa venire suum.
Velle putem, nec posse? at quis prohibebit amantem?
Mille modos fraudum suggeret ipsa Venus.
At melius Thysbe, dicta a prior illa sub vmbra

Sedit nec tenebris nec remorata metu.
Quid queror? aut fallet. nec primus fallar amator
Aut venit & grata hæc ipsa futura mora est.
Non venit, atq; alium dum tu loca sola peretras
Perfida concluso limine lenta fouet.
Tesqué compositisq; dolis extrusit ab vrbe,
Secura aduentus quo foret ipsa tui.
Talia dum meditor pronos sol aureus axes
Cæruleo mersit & mea vota mari
Tempora disperdat ventos patientet & imbres,
Damna, dolosq; ferat, quisquis amator erit.

*Elegia IV.*

O lachrymæ iucunda mei medicina doloris,
O lachrymæ alligeri balnea sancta Dei.
Noxia per nostros quæ deriuatis ocellos
Flumina & amotis cor recreatis aquis.
Non locus aequondam submersa hyemalibus vndis
Siccata æstiuis solibus arua virent.
Vos mihi quæ dura pugnabat ferrea mente,
Atq; eadem motis surdior æquoribus;
Quam precibus nunquam potui nec flectere donis,
Flexistis, sparsæ mœsta per ora meæ.
Extemplo illa meo iecit sua brachia collo,
Et fixit madidis oscula mille genis:
Et velut vt vitream flebat Narcissus ad vndam,
Reddebat lachrymas candida forma pares.
Sic iuuit nostros flens ipsa miserrima fletus
Immadui lachrymis illius, illa meis.
Tum pactam inijmus nos inter fœdus amoris,
Abstersi lachrymas illius, illa meas.
Vos ego sæpe canam lachrymæ pluuiæq; rubentes
Qua Danaën lusit Iuppiter anteferam.

In

*In Epistolam sic scriptam vt legi non posset nisi madefacta. V.*

Littera secretæ fidissima nuncia mentis
Quæ bene, mi soli scripta legenda tegis:
Et celas alios, chartamq; ostendis inanem
Qualis quæ nulla pura notata manu est
Salue, teq; suis olim Saturnius astris
Inferat & Veneris collocet in gremio,
Perpetuum nostri monumentum & sydus amoris
Quod memor è mediis nauta salutet aquis.
Ecquid te niuea tetigit mea Candida dextra?
Ecquid mandatis oscula mista dedit?
Ecquid & vt timidis strepitum quemq; auribus hausit
Fœlicem tepido condidit illa sinu?
Tu tamen & molles tactus, & dulcia labra,
Et blandum niuei pectoris hospitium
Liquisti vt iucunda mihi mandata referres,
O dignum æternis laudibus officium.
Non ego te lymphis posthac de fonte petitis
Mergam, flumineis nulla madebis aquis.
Vina sed auriferi stererant quæ ad flumina Rheni
Cum cupiam nobis dulce loquare, bibes.
Sæpe meis etiam lachrymis madefacta loqueris,
Sæpe & basiolis humida facta meis.
Scribite lacte alii, aut lachrymosæ sanguine cepæ,
Prodat vt occultas addita flamma notas.
Hæc via tuta magis, flammæ neq; copia semper
Vtq; sit, haud vnquam conscius omnis abest.
Cumq; semel dederit se litera vestra legendam
Celari nulla iam ratione potest.
Non magis ac quæuis conscripta liquoribus atris
Cum volui loquitur, cum volo nostra tacet.
Dumq; tacet, niuibus contendit dum loquimur mi
Prodit candidulis candida verba notis.

Dulcia verba auide toties mihi lecta, relecta,
Verba animam ac sensus quæ mihi surripiunt.

*In Inuidos. Elegia IV.*

Inuida gens hominum cœli mihi sævior ira.
Quos miseri curæ & mœror amantis alunt
Quid tibi nobiscum est quid gressus, lumina, nutus,
Obseruas nostros, subsequerisque procul.
Ducis & insomneis cum sollicitudine noctes
Vt soluas firma pectora nexa fide?
Sed nihil efficies, flammæ miscebis olinum,
Nec prædam è manibus sic dabit ille Deus
Vincla sed & nodos geminabit, & acrius vret:
Vt ventis ardet excita flamma, cremor.
Stringe puer, prædamque tuam & tua iura tuere,
Turpe dolis hominum succubuisse Deum.
At nos istorum curis, mea vita, fruamur,
Ludamusque dolos calliditate pari.
Celemusque malos oculos dulcissima furta;
Acrior est, quanto tectior, omnis amor,
Ipse licet seruet, cui totum lumina corpus,
Sufficiet fraudum Cypria mille modos.
Tangere suspitiosive ad latus esse vetabit,
At liciti nutus prætereuntis erunt.
Et quoties nigris orbem nox texerit alis,
Clauaque sopierit anxia corda sera;
Mutua sublimis dabit accipietque fenestra
Murmura, nox furtis donec amica sines.
Atque aliquod longa præfixum in arundine munus.
Aut bene secreta scripta notata manu:
Blanditiasque & quæ ventura luce sequenda
Consilia, & quicquid suggeret acer Amor.
Qualia non tectis paries communis amantum
Audiit, atque auidas misit in auriculas.
Frigida cum stantes hinc Thysbe Pyramus illinc

Fige-

Figebant parti basia vterque suæ
Quæ seu clam fuerint plus nos furtiva iuuabunt
Siue palam, rumpet inuida corda dolor.

*In manus Amicæ. Elegia VII.*

Ergo ego vos lepido meditabar ad æthera versu
Stultus riuales ipse vocare meos.
Ergo vos niuibus quando cecidere recentes
Cumque noua demens grandine composui,
Ergo vos Pario nitidas è marmore dixi,
Et tales Cnydiæ Cypridis esse manus
Nec puto fallebar duris è rupibus ortas,
Duricies nobis cognita testis erit
Non sic agricolæ sternit spes grandinis horror,
Vt vos in nostro pectore lætitias.
Triste niues & hyems teneris sub matribus agnis
Aut nobis vester tristius iste rigor.
Non satis erat vobis pulcherrima membra puellæ
Cuncta quibus libuit tangere quotque modis;
Ni me seu malis porrexi blanda pudenter
Oscula, seu patulo feruidior simul,
Seu niueis humeris collo, frontive decenti
Sydereisve oculis, roscidulisve labris;
Extemplo longe gemino velut obice pulsum
Tangere membra meæ non sineretis heræ?
At quoties vobis, ingratæ basia figo,
Aut digitis vestris aurea dona fero,
Cur tunc vos mites, vel cur mea basia grata?
Cur ego, cur vobis munera grata mea?
Riualesve meos dicam vos, anne puellæ
Inuidiane pari ferri in vtrosque putem?
Odero vos, an amem? certe vel sanguine nostro
Vos ego crudeles si rubeatis, amem.

*In eaſdem. Elegia VIII.*

Quale nitet pario niueum de marmore ſignum,
Quale boni viuum Pygmalionis ebur.
Qualis qua ſpeculum præfert ſibi blanda Dione,
Quaue manu croceas collocat arte comas:
Talis viſa prius Dominæ manus vtraque noſtræ,
Et tunc, ni fallor, vtraq; talis erat.
Illis prima tuli flagrantibus oſcula labris,
Illæ etiam lachrymis immaduere meis.
Omnia tunc feci, fruſtra tamen omnia feci,
Ingratæ luſus impediere meos.
Tendebam cupidos ad herilia colla lacertos,
Roſcida tangebam pene labella labris,
Inuidêre malæ ſubitò, obiectæq; ruenti
Interceperunt oſcula noſtra manus.
Ex illo turpes viæ mihi nempe refugit
Purus ab infida proditione color
Inuiſæ Veneriq; manus, pueroq; volucri
Ad faciem noſtræ non facitis dominæ
Incertum doleam ne magis data baſia vobis,
An dare purpureis non potuiſſe labris.

*In eaſdem. Elegia IX.*

Vt qui mane nouo diſtincta roſaria flore
Ingreditur, cupida carpat vt inde manu
Mittendum Dominæ blanda cum carmine munus
Purpureum, niueo quod locet illa ſinu.
Sæpe refert laceram ſpinoſo à vimine dextram,
Opprobrans duro peſſima multa rubo.
Haud ſecus immeritum Dominæ manus vtraq; noſtræ
Vngue, vel infeſta me quoq; pungit acu.
Seu volui digito niueas tentare papillas,
Candida ſeu blanda cingere colla manu,

Seu

Teq; territi facilem mento supponere dextram,
Siue genu supplex tangere, siue pedem.
Seu quicquid feci vindex manus illico sæuit,
Atq; armat digitos in mea damna suos.
Nec sat erant vngues, ærata casside munit,
Hæc liuent nostræ sæpe, dolentq; manus.
Quid faceres hosti manus impia? reddis amanti
Quæ mihi pro blando talia seruitio?
Sed tolero patiorq; libens & glorior istis,
Miles vt audaci vulnera fronte gerens.
Vt quisquis memor ipse sui me cernet amoris
Haud certe blando, dicat amore vacas.
Fœlix longinquo qui non absumeris igne,
Tecum signa docent ista fuisse tuam.
Tunc ô quæ tacita surgunt mihi gaudia mente!
Tunc cupiam tales semper habere notas.

*Cymba Amoris. Elegia X.*

Tempus erat tacitæ noctis. Phœbusq; sorori
Cesserat. Hesperio mersus in Oceano.
Omnia carpebant facileis animalia somnos,
Solus ego & mecum peruigilabit amor.
Qui si quando graues sensit me claudere ocellos,
Exibat variis territum imaginibus.
Versabam toto languentia membra cubili,
In numium lentas multa querens tenebras.
Et quoties leuam in cubi proiectus in aurem,
Commodior somno dextera visa mihi est.
Si resupinus eram, requiescere posse videbar
Ingratum prono si peterem ore thorum.
Iamq; ita pars longæ insomni mihi maxima noctis
Acta erat & stabant sydera rara Polo
Iam thalamos Aurora senis pertæsa mariti
Surgebat roseis conspicienda genis.
Cum tandem mihi nequicquam tam sæpe vocatus

Lumina

Lumina depreſſit plena dolore ſopor,
Si ſopor ille fuit qui tam manifeſta videnda
Obtulit in media qualia luce ſolent.
Qui gemitus mihi, qui trepidis lamenta labellis
Supito, expreſſit lumine qui lachrymas.
Viſus eram extrema ſpatiari littoris ora;
Cingebat geminum bella puella latus.
Altera mi totas vrebat ſæua medullas,
Nulla ſed huic noſtri cura caloris erat
Ridebatq; etiam lachrymas ſecura furentis,
Huic ego, Anaxaretæ quod puer Iphis eram.
Altera me ardebat totis inſana medullis,
Sed mihi parua ſui cura caloris erat.
Præbebam ſurdus lachrymis & quæſtibus aures,
Ille ego Narciſſus, Echo erat illa mihi.
Vtraq; certatim cumq; illis ipſe, lapillo
Sedulus implebam ve ſicolore ſinum.
Nexa ſub incuruo pendebat littore cymba,
Et puto non vnquam planior vnda fuit.
Aſcendo timidas hortatus voce puellas,
Quid ſtatis? toto nulla procella mari eſt.
Ecce prior comitem ſe quam minus ipſe volebam
Dat mihi ſecuram fecerat acer Amor
Altera ſubſtiterat, tamen vt non ſola maneret
Inuitum poſuit territa naue pedem.
Protinus inuiſum rupi de littore funem
Vt tenui media iam mea vota rate
Nec validis etiam piguit incumbere remis,
Laſſaſq; inſolita ducere ab arte manus
Non tamen á tuto diſcedere littore quoquam
Mens erat, hoc ſat erat, iuncta quod illa mihi.
Non poterat cupidis ſeſe ſubducere oculis,
Cui ſe captiuam mens mea dediderat.
Tum mihi de manibus remi cecidere remiſſi,
Cui vidi aduerſo nobile in ore decus.

Tum

Tum mihi ſpectando iucundum feſſa dolebant
Lumina; feſſa quidem, non ſatiata tamen.
Quas non blanditias dixi? tamen illa manebat
Immota & ſcopulis durior æquoreis,
Alte a me ſpectabat, ego hanc diuerſa tuentem,
Præbebant flammis cuncta alimenta meis
Sed tamen vt potui, quantum ſimulamus amantes
Occului tetis vulnera ſæua genis,
Cantantes illæ ſuaui modulamine carmen
Quale canunt liquido gutture Nereides,
Mulcebant auras, mulcebant æquora ponti,
Cæruleoſq; deos, cæruleaſq; deas.
Ludebant vitreis circum delphines in vndis,
Exciti arguti carminis illecebris.
Centum ipſæ æquoreæ Nerei de ſanguine Nymphæ
Extantes niueis æquore pectoribus.
Cantabant ſimul, & manibus ſuper æquora nexis
Incluſam chorea circuire ratem.
Nec tamen è centum noſtræ par vlla puellæ
Viſa nec ipſa Ioui quondam adamata Thetis.
Et me tale aliquid, venia non ante precata,
Forte inconſultus dicere iuſſit Amor.
Audierant nymphæ, merſæq; ſub æquore ceptos
Indignabundæ deſtituere choros.
Extemplo commotæ vndæ euerſumq; profundum
Maximaq; in toto turba ſuborta mari.
Diuerſi variis venti de ſedibus acti
Inter ſe magna prælia mole gerunt.
Hinc Eurus Cauruſq; illinc Boreaq; Notuſq;
Percutiunt tenerę texta puſilla ratis,
Aera collectæ prætexunt vndiq. nubes,
Nigricat obducta nox tenebroſæ die.
Præcipitant nubes, & in æquora labitur æquor,
Fulmina pro rapto ſole coruſca micant.
Intonat horrendum, credas immania fratres

Neptu-

Neptunum & summum bella ciere Iovem.
Sic furit exultans & verberat æthera Pontus,
Sic in aquas cœli machina tota ruit.
Iamq; repercussus vicino littore fluctus
Nequicquam obnixos æquora in alta rapit.
Brachia tendebant ad littora nota puellæ,
Tam cito pene oculis littora rapta suis.
Ipse tenens dextra remum clauumq sinistra
Et pugnans ventis fluctibus arq; Deis;
Iratas sensi Nymphas impellere cymbam
In mare, qua fluctus turbaq; maior erat.
Tunc vna insidians remum speculata sub vnda
Correptum è nostra vulsit iniqua manu.
Pars clauum implicitæ fixum immotumq; tenebant,
Pars humeris versam mergere nisa ratem.
Quid facerem? cœlo vacuas à munere palmas
Tollebam, in votis spes erat vna super.
Nec maris hostileis in vota vocare cateruas
Ausa erat admissi conscia lingua sui.
Quem precer? ipse tonat & fulmine sæuit hiulco
Iuppiter & Theridis vindicat ora suæ.
Ad tua sancta Venus mitissima numina, supplex
Talia sublatis verba dedi manibus.
Diua potens pelagi, neq; enim frustra æquore nata es,
Ne sine nos patriis crimina simus aquis
Insidians duce te pueroque ascendimus æquor.
Vos eritis nostræ causa pudenda necis.
Vos mihi iussistis Diuarum spernere formas,
Hei mihi debuerat nos monuisse Paris.
Vos itidem eripite, & centum placate sorores,
Æquoreasque minas fulmineumque patrem.
Quam melius salui per te quam proditi amantes
Figemus templis debita dona tuis?
Sed quid ago precibus? nostri miserebitur illa.

Quæ

Quæ non est precibus mota Leandre tuis?
Cum niger oranti extincta liquor ora lucernæ
Clauderet, immeritum deprimeretque caput,
Quæ non Alcyones miserata immitis amores
Ceyca amplexum fragmina trunca ratis
Sustinuit mergi pelago & clamantia frustra
Alcyonem salsis fluctibus ora tegi.
Ille tamen moriens lethi hoc solamen habebat,
Tam procul à chara coniuge posse mori.
Et solus timor esse sibi, mea deterior sors,
Inuideo Ceyx iam tibi fata tua.
Hæc fanti nigram vox est allapsa per vmbram
Incertum anne hominis vox foret, anne Dei.
Heus tu qui modica iactaris in æquore cymba,
Quo fortuna loco sit tua nempe vides.
Exonera lintrem, quæ pondere sidit iniquo,
Ni facis en scandunt vndaque morsque ratem.
Obstupui, circumque oculos ad verba tetendi,
At circum nullius qui loquerer tu erat.
Præfracti tantum mali, clauique reuulsi
Velaque cum lacero scissa rudente ruunt.
Remique tabulæque, immortuaque extinctorum
Remisque & tabulis frigida membra virûm.
Tum vero gelidos quassat tremor horridus artus,
Et lachrymæ haud aliter mœsta per ora cadunt,
Quam cum nocturnis candentia tecta pruinis
Vndique gutratim sole tepente fluunt.
Ergo ego non dubia formosæ morte puellæ
Incertam vitæ spem mihi durus emam?
Non anima hæc tanti est, at tanti vita puellæ,
Quæ mihi dilecta charior est anima.
Qua semel extincta moriatur quicquid in orbe est,
Nec sim momento, dii precor, ipse super.
Illa quidem mihi chara, at non ita dura meretur,
Blanda aliis, vni dura & acerba mihi.

Scil-

Tantos virgineas exuperare manus.
Non mage quam nomen tunc cum dedit Helleſponto
Arietis anguſtis iactus in æquoribus.
Quin potius tute, ſi quid virtutis imo
Corde geris, tumidis crede natator aquis.
Ipſe ratem exonera & pulchris te expone periclis,
Dii te ſeruabunt pro pietate tua.
Tú comites, tunc faſſa, ſuæ dominum vtraq; vitæ
Iniiciet trepidas ad tua colla manus.
Quæque amat, ardebit; & quæ faſtidit, amabit.
Exilio an dubium mortis imago tenet?
Fata quid ô ſpecioſa fugis, potioraque vita,
Et pretio forti fata paranda viro?
Exanimum ſaltem eiicient in littora fluctus,
Hactenus ô Nymphæ dicta nefanda luam.
Seruate innocuas, quæ nil meruere, puellas
Mox ipſæ è placidis quas ſtupuiſtis aquis.
Indignum immeritas alieno occumbere fato,
Ipſe ego ſacrilegum morte piabo nefas.
Lingua eadem has comites dubium pellexit in æquor,
Quæ formas veſtras cauſa negare bonas.
Ergo vbi mox ſicca tumidus porrectus arena
Pallidulum & caſſum mente iacebo caput;
Vos ſaltem gratæ pro vobis talia paſſum
Amplexæ, ſalſis oſcula ferte labris.
Et tu quæ viuum ſpernis, poſt funera amantem,
Tunc quoque ne ſiccis aſpice quæſo genis;
Sed proiecta ſuper, faſtuſque exoſa ſuperbos,
Dic: Vellem non tam dura fuiſſe tibi.
At tu quæ ingratum nulla laſſata repulſa
Æque feruenti pergis amare fide;
Huic etiam finito eſſe locum, neu poſcito ſola
Luctum hunc, ſed ſocias iungite lachrimulas.
Sentiam: & hæc vmbras venient mihi grata ſub imas,
Extinctumque auidis iuuabit aquis.

Et seruasse duas instanti morte puellas
Hac anima, vilis quę, modo profit, erit.
An prodesse queat, ope despoliare virili,
Semianimisq ratem linquere virginibus
Exiguam, tantoq; ratem discrimine septam?
Ah reus infandæ proditionis eris.
Dicêris comites media iam in morte relinquens
Sperauisse animæ consuiere ipse tuæ.
Nec tua mors ista te suspitione leuabit,
Dicetur merces digna sed illa doli.
Nec moriere tamen, vel sic quoque solus amantem hanc
Te sine tantillum viuere posse putas?
Quid faciam? eiiciam hanc, anne hanc, an me magis ipsum,
An treis vna simul morsue salusue manet?
Talia voluebam ac veluti discordibus actum
Flatibus hinc dubium feruet & inde fretum.
Sic amor, atq; timor, spes, & miseratio mentem
Quilibet in partes diripuere suas.
Interea ingenti prærupta fragore procella
Visa instar celsæ rupis adire ratem:
Et pendere super iam iam casura sed acer
Quam caderet, somnum dispulit ante timor.
Excitus agnoui vani ludibria somni,
Et tamen in toto corpore terror erat.
Cor trepidum crebro quatiebat pectora pulsu,
Stabat & in totis lachryma multa genis:
Elapsumque mari. falso in sudore natabat
Corpus. & extimui non satis esse vigil.
Dic age qui mecum nocturna in imagine palles,
Et simul ambiguo laberis arbitrio?
Dic securus. & in nullo discrimine tali
Iudicium dubio non variante metu:
Quæ potius facienda tibi iactura putetur
De tribus, èque malis quod minus esse malum?
Sic nunquam similis te nox terrore fatiget,

Neue

Neue malis tantis obiiciare vigil.

## ELEGIARVM LIBER SECVNDVS.

*De moro excisa.* I.

Stabat pomiferis altissima morus in hortis,
Annuaq; ingrato dona ferebat hero,
Herculei quoties sublimis terga Leonis
Phœbus luciferis vectus obibat equis.
Hanc procul ex alto grauidam pomisque nigrantem
Viderat, atq; oneri non satis inquit erit.
Atq; ita longæuam nullo cum crimine vitam
Exegit, lustris grandior illa decem.
Nec sterilis partum senio consumpsit inerti,
Illa ferax iuuenis fertiliorq, senex.
Quid tamen hæc prosunt, numerosi vbi gratia partus?
Scilicet excidio est dira statuta dies.
Et ne nullius possit damnata videri
Criminis externi criminis acta rea est:
Obiectum est fragileis ramos, senioq; peresos.
Non dare secura poma legenda manu.
Quodq; ciere aluum pomi immoderatior vsus
Creditur, hoc magni criminis instar habet.
Ergo dies fatalis adest, stat flebilis arbor.
Diuerso virideis funeligata comas.
Vtq; iniecta suis hinc atque hinc vincula ramis
Senserat ex imo terq; quaterq; gemit.
Et tremit & querulas motat cum stipite frondes,
Et veniam est prona visa rogare coma
Dona etiam infelix, & poma nigrantia sparsit,
Si queat hoc animos demeruisse truces.
Dona nihil prosunt, sedet h[illegible] [illegible] [illegible] [illegible],
Cædere, fumosis & dare [illegible] [illegible] [illegible].

Iamque ſtat æratas quatiens fera turba ſecures
Et radix circum flava reſecta patet:
Nunc mihi Pierides, Heliconia numina Muſæ
Horrida credibili prodite monſtra ſono.
Vt rigidam excepit molli radice bipennem
Vulnera lacteolo ſæva cruore fluunt.
Et ſubito tremula patulo de vulnere voce
Sic Domini audita eſt de feritate queri:
O crudele hominum genus ah furioſa libido
Præſenti peſtis ſemper iniqua bono;
Siccine quo noſtra crudelia lumina cæde
Paſcat herus, nullo crimine cæſa cadam?
Quin domini mentem qui circunſtatis amici
Vertitis? ipſe ſua hæc poſtmodo fata gemet.
Ergône dementes, ſyluas & rura peroſæ
Devia, ſed quamuis deuia tuta tamen,
Maluimus crebris funeſtos cædibus hortos
Incolere, & duri ferre iugum domini?
Vt ſit mox ſæva mors expectanda ſecuri,
Ingrato tumeat ſi fera bilis hero?
Fœlix illa arbor vaſto quæ condita luco
Non eſt humano ſubdita ſævitiæ.
At ſi deformi caderem ſine nomine bruma,
Cum periit paulo qui fuit ante decor;
Nulla vbi per virideis radiat mihi purpura ramos,
Cum ſto nobilibus deſpoliata comis;
Oblitum forraſſis herum benefacta putarem
Præterita, æſtatis nec meminiſſe bonæ.
Et facerem memorem quam dulcia poma quotannis
Quam non vulgari fertilitate tuli.
Nunc ipſo pariter cum fœtu extinguor, & eheu
Marceſſent ramis arida poma meis.
Quin dum ſit noſtro lectus de ſtipite fœtus
Parcite, quam parui temporis oro moram?
Ipſæ etiam leges damnatam, vterumque ferentem

Seruari

Seruari in partus tempora sera iubent,
Saltem ô commerita si morte excisa perirem,
Quæ foret ex merito, mors toleranda foret.
Quid precor ah demens? insons miserandaque malo
Quam dicar iusta clade periisse nocens:
Nec vero conficta noua vanissima fraude
Crimina nullius conscia corda mouent.
Nec mihi quod fragilem versuta calumnia ramos
Obiicit, & senio brachia rosa putri.
Præsertim cum me non tardior vlla senescat
Arbor, & annosa fertilitate prober.
Si tamen hæc fuerit crudeli causa ruinæ;
Non cerasus, prunus nulla superstes erit.
At fragili sico, & teneræ quid fiet oliuæ,
Quæque etiam magis his debile robur habent?
Atqui nemo meis ramis frustratus, ab alto
Concidit in duram sanguinolentus humum.
Quod quoq; si tam grande malum est, si morte piandum,
Nec redimi meritis obsequioque potest.
Cur tot salua manet malus vicina per annos,
Spectatrix nostri scilicet illa mali?
Illa virum fructus grauidam qui mole leuabat,
Carpebatq; pia noxia poma manu:
Pridem confracto prostrauit perfida ramo,
Vulnera adhuc sceleris signa nefanda manent.
At non illa statim sæva concisa bipenni est,
At non est rapidis illa cremata focis.
Quin herus apponi fracto medicamina ramo
Iussit, & emplastro vulnera longa tegi.
Et me cui nihil est admissum, exscindit ob illud
Quod ne quem possim præcipitare timet?
Verum aliud supereſt crimen, si crimina dici
Indita naturæ munera iure queunt.
Accusor, matura grauem quod protinus aluum

Lumina depreſſit plena dolore ſopor,
Si ſopor ille fuit qui tam manifeſta videnda
Obtulit in media qualia luce ſolent.
Qui gemitus mihi, qui trepidis lamenta labellis
Sopito, expreſſit lumine qui lachrymas.
Viſus eram extrema ſpatiari littoris ora;
Cingebat geminum bella puella latus.
Altera mi totas vrebat ſæua medullas,
Nulla ſed huic noſtri cura caloris erat
Ridebatq; etiam lachrymas ſecura furentis,
Huic ego, Anaxaretæ quod puer Iphis eram.
Altera me ardebat totis inſana medullis,
Sed mihi parua ſui cura caloris erat.
Præbebam ſurdus lachrymis & quæſtibus aures,
Ille ego Narciſſus, Echo erat illa mihi.
Vtraq; certatim cumq; illis ipſe, lapillo
Sedulus implebam veſicolore ſinum.
Nexa ſub incuruo pendebat littore cymba,
Et puto non vnquam planior vnda fuit.
Aſcendo timidas hortatus voce puellas,
Quid ſtatis? toto nulla procella mari eſt.
Ecce prior comitem ſe quam minus ipſe volebam
Dat mihi ſecuram fecerat acer Amor
Altera ſubſtiterat, tamen vt non ſola maneret
Inuitum poſuit territa naue pedem.
Protinus inuiſum rupi de littore funem
Vt tenui media iam mea vota rate
Nec validis etiam piguit incumbere remis,
Laſſaſq; inſolita ducere ab arte manus
Non tamen á tuto diſcedere littore quoquam
Mens erat, hoc ſat erat, iuncta quod illa mihi.
Non poterat cupidis ſeſe ſubducere ocellis,
Cui ſe captiuam mens mea dediderat.
Tum mihi de manibus remi cecidere remiſſi,
Cui vidi aduerſo nobile in ore decus.

Tum

Tum mihi ſpectando iucundum feſſa dolebant
Lumina; feſſa quidem, non ſatiata tamen.
Quas non blanditias dixi? tamen illa manebat
Immota & ſcopulis durior æquoreis,
Alte a me ſpectabat, ego hanc diuerſa tuentem,
Præbebant flammis cuncta alimenta meis
Sed tamen vt potui, quantum ſimulamus amantes
Occului tectis vulnera ſæua genis,
Cantantes illæ ſuaui modulamine carmen
Quale canunt liquido gutture Nereides,
Mulcebant auras, mulcebant æquora ponti,
Cæruleoſq; deos, cæruleaſq; deas.
Ludebant vitreis circum delphines in vndis,
Excitti arguti carminis illecebris.
Centum ipſæ æquoreæ Nerei de ſanguine Nymphæ
Extantes niueis æquore pectoribus.
Cantabant ſimul, & manibus ſuper æquora nexis
Incluſam chorea circuire ratem.
Nec tamen è centum noſtræ par vlla puellæ
Viſa nec ipſa Ioui quondam adamata Thetis.
Et me tale aliquid, venia non ante precata,
Forte inconſultus dicere iuſſit Amor.
Audierant nymphæ, merſæq; ſub æquore ceptos
Indignabundæ deſtituere choros.
Extemplo commotæ vndæ euerſumq; profundum
Maximaq; in toto turba ſuborta mari.
Diuerſi variis venti de ſedibus acti
Inter ſe magna prælia mole gerunt.
Hinc Eurus Cauruſq; illinc Boreaq; Notuſq;
Percutiunt tenerę texta puſilla ratis,
Aera collectæ prætexunt vndiq; nubes,
Nigricat obducta nox tenebroſæ die.
Præcipitant nubes, & in æquora labitur æquor,
Fulmina pro rapto ſole coruſca micant.
Intonat horrendum, credas immania fratres

Neptu-

Neptunum & summum bella ciere Iouem.
Sic furit exultans & verberat æthera Pontus,
Sic in aquas cœli machina tota ruit.
Iamq; repercussus vicino littore fluctus
Nequicquam obnixos æquora in alta rapit.
Brachia tendebant ad littora nota puellæ,
Tam cito pene oculis littora rapta suis.
Ipse tenens dextra remum clauumq sinistra
Et pugnans ventis fluctibus arq; Deis;
Iratas sensi Nymphas impellere cymbam
In mare, qua fluctus turbaq; maior erat.
Tunc vna insidians remum speculata sub vnda
Correptum è nostra vulsit iniqua manu.
Pars clauum implicitæ fixum immotumq; tenebant,
Pars humeris ratem mergere nisa ratem.
Quid facerem? cœlo vacuas à munere palmas
Tollebam, in votis spes erat vnà super.
Nec maris hostileis in vota vocare cateruas
Ausa erat admissi conscia lingua sui.
Quem precer? ipse tonat & fulmine sæuit hiulco
Iuppiter & Thetidis vindicat ora suæ.
Ad tua sancta Venus mitissima numina, supplex
Talia sublatis verba dedi manibus.
Diua potens pelagi, neq; enim frustra æquore nata es,
Ne sine nos patriis crimina simus aquis
Insidians duce te pueroque ascendimus æquor.
Vos eritis nostræ causa pudenda necis.
Vos mihi iussistis Diuarum spernere formas,
Hei mihi debuerat nos monuisse Paris.
Vos itidem eripite, & centum placate sorores,
Æquoreasque minas fulmineumque patrem.
Quam melius salui per te quam proditi amantes
Figemus templis debita dona tuis?
Sed quid ago precibus? nostri miserebitur illa.

Quæ

Quæ non est precibus mota Leandre tuis?
Cum niger oranti extincta liquor ora lucernæ
Clauderet, immeritum deprimeretque caput;
Quæ non Alcyones miserata immitis amores
Ceyca amplexum fragmina trunca ratis
Sustinuit mergi pelago & clamantia frustra
Alcyonem salsis fluctibus ora tegi.
Ille tamen moriens letini hoc solamen habebat,
Tam procul à chara coniuge posse mori.
Et solus timore esse sibi, mea deterior sors,
Inuideo Ceyx iam tibi fata tua.
Hæc fanti nigram vox est allapsa per vmbram
Incertum anne hominis vox foret, anne Dei.
Heus tu qui modica iactaris in æquore cymba,
Quo fortuna loco sit tua nempe vides.
Exonera lintrem, quæ pondere sidit iniquo,
Ni facis en scandunt vndaque morsque ratem.
Obstupui, circumque oculos ad verba tetendi,
At circum nullius qui loqueretur erat.
Præfracti tantum mali, clauique reuulsi
Velaque cum lacero scissa rudente ruunt.
Remique tabulæque, immortuaque extinctorum
Remis que & tabulis frigida membra virûm.
Tum vero geiidos quassat tremor horridus artus.
Et lachrymæ haud aliter mœsta per ora cadunt,
Quam cum nocturnis candentia tecta pruinis
Vndique gutratim sole tepente fluunt.
Ergo ego non dubia formosæ morte puellæ
Incertam vitæ spem mihi durus emam?
Non anima hæc tanti est, at tanti vita puellæ,
Quæ mihi dilecta charior est anima.
Qua semel extincta moriatur quicquid in orbe est,
Nec sim momento, dii precor, ipse super.
Illa quidem mihi chara, at non ita dura meretur,
Blanda alijs, vni dura & acerba mihi.

Scili-

Tantos virgineas exuperare manus.
Non mage quam nomen tunc cum dedit Helleſponto
Arietis anguſtis iactus in æquoribus.
Quin potius tute, ſi quid virtutis imo
Corde geris, tumidis crede natator aquis.
Ipſe ratem exonera & pulchris te expone periclis,
Dii te ſeruabunt pro pietate tua.
Tu comites, tunc faſſa, ſuæ dominum vtraq; vitæ
Iniiciet trepidas ad tua colla manus.
Quæque amat ardebit; & quæ faſtidit, amabit.
Exilio an dubium mortis imago tenet?
Fata quid ô ſpecioſa fugis, potioraque vita,
Et pretio forti fata paranda viro?
Exanimum ſaltem eiicient in littora fluctus,
Hactenus ô Nymphæ dicta nefanda luam.
Seruate innocuas, quæ nil meruere, puellas
Mox ipſæ è placidis quas ſtupuiſtis aquis.
Indignum immeritas alieno occumbere fato,
Ipſe ego ſacrilegum morte piabo nefas.
Lingua eadem has comites dubium pellexit in æquor,
Quæ formas veſtras cauſa negare bonas.
Ergo vbi mox ſicca tumidus porrectus arena
Pallidulum & caſſum mente iacebo caput;
Vos ſaltem gratæ pro vobis talia paſſum
Amplexæ, falſis oſcula ferte labris.
Et tu quæ viuum ſpernis, poſt funera amantem,
Tunc quoque ne ſiccis aſpice quæſo genis;
Sed proiecta ſuper, faſtuſque exoſa ſuperbos,
Dic: Vellem non tam dura fuiſſe tibi.
At tu quæ ingratum nulla laſſata repulſa
Æque feruenti pergis amare fide;
Huic etiam ſinite eſſe locum, neu poſcito ſola
Luctum hunc, ſed ſocias iungite lachrimulas.
Sentiam & hæc vmbras venient mihi grata ſub imas,
Extinctumque auidis iuuabit aquis.

Et seruasse duas instanti morte puellas
Hac anima, vilis quę, modo profit, erit.
An prodesse queat, ope despoliare virili,
Semianimisq ratem linquere virginibus
Exiguam, tantoq; ratem discrimine septam?
Ah reus infandæ proditionis eris.
Dicêris comites media iam in morte relinquens
Sperauisse animæ consuiere ipse tuæ.
Nec tua mors ista te suspitione leuabit,
Dicetur merces digna sed illa doli.
Nec moriere tamen, vel sic quoque solus amantem hanc
Te sine tantillum viuere posse putas?
Quid faciam? eiiciam hanc, anne hanc, an me magis ipsum,
An treis vna simul morsue salusue manet?
Talia voluebam ac veluti discordibus actum
Flatibus hinc dubium feruet & inde fretum.
Sic amor, atq; timor, spes, & miseratio mentem
Quilibet in partes diripuere suas.
Interea ingenti prærupta fragore procella
Visa instar celsæ rupis adire ratem.
Et pendere super iam iam casura sed acer
Quam caderet, somnum dispulit ante timor.
Excitus agnoui vani ludibria somni,
Et tamen in toto corpore terror erat.
Cor trepidum crebro quatiebat pectora pulsu,
Stabat & in totis lachryma multa genis:
Elapsumque mari. falso in sudore natabat
Corpus, & extimui non satis esse vigil.
Dic age qui mecum nocturna in imagine palles,
Et simul ambiguo laberis arbitrio?
Dic securus. & in nullo discrimine tali
Iudicium dubio non variante metu:
Quæ potius facienda tibi iactura putetur
De tribus, èque malis quod minus esse malum?
Sic nunquam similis te nox terrore fatiget,

Neue

Neue malis tantis obiiciare vigil.

## ELEGIARVM LIBER SECVNDVS.

*De moro excisa.* I.

Stabat pomiferis altissima morus in hortis,
Annuaq; ingrato dona ferebat hero,
Herculei quotie sublimis terga Leonis
Phœbus luciferis vectus obibat equis.
Hanc procul ex alto grauidam pomisque nigrantem
Viderat, atq; oneri non satis inquit erit.
Atq; ita longæuam nullo cum crimine vitam
Exegit, lustris grandior illa decem.
Nec sterilis partum senio consumpsit inerti,
Illa ferax iuuenis fertiliorq; senex.
Quid tamen hæc prosunt, numerosi vbi gratia partus?
Scilicet excidio est dira statuta dies.
Et ne nullius possit damnata videri
Criminis externi criminis acta rea est:
Obiectum est fragileis ramos, senioq; peresos.
Non dare secura poma legenda manu.
Quodq; ciere aluum pomi immoderatior vsus
Creditur, hoc magni criminis instar habet.
Ergo dies fatalis adest, stat flebilis arbor.
Diuerso virideis fune ligata comas.
Vtq; iniecta suis hinc atque hinc vincula ramis
Senserat ex imo terq; quaterq; gemit.
Et tremit & querulas motat cum stipite frondes,
Et veniam est prona visa rogare coma
Dona etiam infelix, & poma nigrantia sparsit,
Si queat hoc animos demeruisse truces.
Dona nihil prosunt, sedet h[illegible] [illegible] [illegible] [illegible],
Cædere, fumosis & dare [illegible] [illegible] [illegible].

Iamque ſtat æratas quatiens fera turba ſecures
Et radix circum flava retecta patet:
Nunc mihi Pierides, Heliconia numina, Muſæ
Horrida credibili prodite monſtra ſono.
Vt rigidam excepit molli radice bipennem
Vulnera lacteolo ſæva cruore fluunt.
Et ſubito tremula patulo de vulnere voce
Sic Domini audita eſt de feritate queri:
O crudele hominum genus ah furioſa libido
Præſenti peſtis ſemper iniqua bono;
Siccine quo noſtra crudelia lumina cæde
Paſcat herus, nullo crimine cæſa cadam?
Quin domini mentem qui circunſtatis amici
Vertitis? ipſe ſua hæc poſtmodo fata gemet.
Ergône dementes ſyluas & rura peroſæ
Devia, ſed quamuis deuia tuta tamen,
Maluimus crebris funeſtos cædibus hortos
Incolere, & duri ferre iugum domini?
Vt ſit mox ſæva mors expectanda ſecuri,
Ingrato tumeat ſi fera bilis hero?
Fœlix illa arbor vaſto quæ condita luco
Non eſt humano ſubdita ſævitiæ.
At ſi deformi caderem ſine nomine bruma,
Cum periit paulo qui fuit ante decor;
Nulla vbi per virideis radiat mihi purpura ramos,
Cum ſto nobilibus deſpoliata comis;
Oblitum forraſſis herum benefacta putarem
Præterita, æſtatis nec meminiſſe bonæ.
Et facerem memorem quam dulcia poma quotannis
Quam non vulgari fertilitate tuli.
Nunc ipſo pariter cum fœtu extinguor, & eheu
Marceſſent ramis arida poma meis.
Quin dum ſit noſtro lectus de ſtipite fœtus
Parcite, quam parui temporis oro moram?
Ipſæ etiam leges damnatam, vterumque ferentem

Seruari

Seruari in partus tempora sera iubent,
Saltem ô commerita si morte excisa perirem,
Quæ foret ex merito, mors toleranda foret.
Quid precor ah demens? insons miserandaque malo
Quam dicar iusta clade periisse nocens:
Nec vero conficta noua vanissima fraude
Crimina nullius conscia corda mouent.
Nec mihi quod fragileis versuta calumnia ramos
Obiicit, & senio brachia rosa putri.
Præsertim cum me non tardior vlla senescat
Arbor, & annosa fertilitate prober.
Si tamen hæc fuerit crudeli causa ruinæ;
Non cerasus, prunus nulla superstes erit.
At fragili fico, & teneræ quid fiet oliuæ,
Quæque etiam magis his debile robur habent?
Atqui nemo meis ramis frustratus, ab alto
Concidit in duram sanguinolentus humum.
Quod quoq; si tam grande malum est, si morte piandum,
Nec redimi meritis obsequioque potest.
Cur tot salua manet malus vicina per annos,
Spectatrix nostri scilicet illa mali?
Illa virum fructus grauidam qui mole leuabat,
Carpebatq; pia noxia poma manu:
Pridem confracto prostrauit perfida ramo,
Vulnera adhuc sceleris signa nefanda manent.
At non illa statim sæva concisa bipennis est,
At non est rapidis illa cremata focis.
Quin herus apponi fracto medicamina ramo
Iussit, & emplastro vulnera longa tegi.
Et me cui nihil est admissum, exscindit ob illud
Quod ne quem possim præcipitare timet?
Verum aliud supereft crimen, si crimina dici
Indita naturæ munera iure queunt.
Accusor, matura grauem quod protinus aluum

Poma cient auida plurima ſumpta manu.
Siccine cauſa necis fuerit, quod poſſe ſalutem
Rebar & afflictis addere rebus opem?
Ipſa ego lacteolos allegatura cruores
Hic fueram ſimilis quî medicina data eſt.
Verum naturæ video bona dona potentis,
Quæq; aliis proſunt in mea damna rapi.
Quæritur, & multo medicus conducitur ære
Aluum qui ſtrictam ſoluat, & arte leuet.
Illa peregrinis aduectas nauibus herbas
Conterit. & longa fit medicina mora.
At ego idem gratis quæ præſto, Venefica dicor,
Scilicet accenſo digna perire rogo.
Non proſit ſane hoc, proſint dum cætera nobis
Queis poſſum morbos pellere mille graues.
Dum proſit fida elapſæ quod nuncia brumæ
Prudentis nomen ſecula multa tuli.
Dum proſit. pomo quod ſi quem læſimus atro
Huic præſto auxiliuum pallida poma ferunt.
Et quod maturi maculas de ſanguine mori
Immatura ſuo mora cruore fugant.
Haud ſecus ac quondam qua vulnus ſenſerat haſta
Telephus optatam poſtmodo ſenſit opem.
Si cui Mœoniæ virus penetrabile arachnes,
Aut ſint ignara ſumpta aconita manu;
Sorbitio noſtri vino commiſta cruoris,
Crudeli fuerit certa medela malo.
Quin etiam hæc eadem pituitam nare madentem
Extrahit & tineas hæc quoq; ventre necat.
Nec conceſſa minora meæ medicamina frondi,
Pars adeo noſtri non vacat vlla bono.
Ambuſtę tibi forte manus, aut cætera membra,
Conciſam exoleo hanc illine, ſaluus eris.
Mortifero vis curari ſerpentis ab ictu,
Contrita viridi vulnera fronde lege.

Siue

Siue erit acris hyems, arentes concoque frondes,
Impositum hoc Stygiis te reuocabit aquis.
Cortice & è nostræ succus radicis in vsu est,
Seu libet è posca sumere, siue mero.
Cum dedit obliqua læthalia vulnera cauda
Scorpius, & diræ iam necis horror adest.
Corticis, aut folii decocto collue denteis,
Si doleant, vires experiere meas.
Sed quid ago? citius feruentem merserit axem
Phœbus aquis, cœli qui modo summa tenet:
Quam tot diuersis medicamina singula morbis
Nequicquam surdo dinumeremus hero:
Quem, nisi mens illi saxo ferroq; rigeret,
Vel sterili poteram conciliare coma.
Nulla viret circum totis vmbrosior hortis
Arbor, nec pulchra fronde perinde nitet.
Latior haud fuerat miseros quæ texit amantes,
Rubraq, de gemino sanguine poma tulit.
Ah quoties aliquis feruenti sole perustus
Optaret vmbra delituisse mea?
Nec vero vt reliquis sola mi optabilis vmbra,
Aut tantum medicis vsibus apta coma est.
Non ipse hæc dominus, si morus nulla fuisset,
Gestaret humeris serica texta suis.
Fœlix quæ patria meliori consita motus
Annua bombyci ferre alimenta solet.
Hei quod barbarica sum nata miserrima terra,
Vix hic bombycis nomina nota satis.
At si me talem tellus nunc Itala ferret,
Dii quantus nostris frondibus esset honos?
Grata Dionæo præberem pabula vermi
Pene quater denos officiosa dies.
Inde abeo cum Vergiliæ se tollere primum,
Et labente parant prodere vere caput.
Vsq; ad solstitium cum prolixissimus anni

Creditur, & noctis nescius ire dies,
Iure igitur prælata oleæ, prælataque viti,
Vectigalq; meis impositum foliis.
Quis sine non esset bombycum nobile stamen,
Stamen magnorum cultus honorq; deum,
Quo pius induitur celebri de more sacerdos,
Dum litat ad sanctos thurea dona focos,
Quo sponso plecitura nouo decorata puellâ
Ingreditur longas irreligata comas
Quo grex nobilium ornati, regesque, ducesque,
Miranda populos relligione movent.
Idque adeo soli diuorum munere moro
Concessum, à moro stamina clara fluunt,
Nec præter nos vlla vago vires arbor in orbe
Quæ dare bombyci pabula grata queat.
Non tot diuersæ species malique pyrique,
Non cerasus pomo versicolore nitens:
Non iuglans, quercusve supremi annosa Tonantis
Prunusve aut Pani pinus amata suo
Non ficus platanusve comans, aut pallida buxus,
Sacra vel Idaliæ myrtus odora deæ.
Non coryli, non non castaneæ, non Phyllidis arbor.
Non index pacis mitis oliva bonæ,
Non patulæ fugi, nec victrix palma, nec alba
Populus, Herculeis populus apta comis,
Non laurus Phœbo & Thœbo defleta cupressus,
Lentave Læneo vitis amata patri.
Non reliquæ, quarum tot nomina dicere longum est,
Nec quicquid tellus graminis alma parit.
Sola ego nutrimenta sacræ dare commoda genti,
Et possum populos fronde beare mea.
Si nihil ista mouent, subeat reuerentia diuum,
Numina sunt syluis arboribusque sua.
Nou impune tulit Cerealis robora syluæ
Thessalus impura contemerasse manu.

Auditas.

Auditasque minas morientis ab arbore Nymphæ
Spreu sse, & magnos nil metuisse deos.
Ille fame stimulante suam se mersit in aluum
Impius, & venas ebibit ipse suas.
Me quoque sacratam regero exscindere Pani
Parcite cæde pias nec scelerate manus.
Me sine non poterit pro pleno pastor ouili
Munera capripedi grata litare Deo,
Irrita sed patulas fundet sua vota per auras,
Rubra nisi nostro sanguine membra gerat.
Sic ubi questa diu est nec spes patet ulla salutis,
Vulnera crudeli sed geminata manu;
Conticuit, genituque graues testata dolores
Corruit, & celso vertice pressit humum.

*Carolo V. ad Belgas reuerso. II.*

Carole magnorum Rex inuictissime regum,
Romani ius est quem penes Imperii;
Cuius stelligero sat habens dominariter axi,
Esse dedit patula sub ditione Deus.
Quod videt, aut latum caput erecturus in orbem
Cynthius occiduas aut subiturus aquas.
Redditus es tandem patriis gratissimus oris,
Optatus toties thure piaque prece:
Accensus telluris ades natalis amore,
Nec mala te terræ, nec tenuere maris.
Vidisti scopulos infameis cæde virorum,
Quæque fretum turbæ monstra natantis habet.
Alpinasque nives superasti pectore firmo,
Et loca Cæsareo non adeunda pede.
Tanta soli patrii diuos quoque cura remordet?
Quid mirum? Phœbo Delos amata sua est.
Nec sua Creta Ioui centena nobilis vrbe
Displicuit, puero lac dedit illa Deo.

Nec tamen aut Delos Phœbum vnquam, aut magna Tonantem
Excepit læto Creta perinde sinu.
Ac tua te reducem Cæsar nunc Belgica vultus
Haud alius patriæ cum genuisset erat.
At nuper lachrymis luctu pallata madebat,
Nunc subito à vultu facta serena tuo est.
Non aliter cum illustre caput Sol extulit vndis,
Turbida flammiuomis nubila pellit equis.
Et siccans radiis lachrymatas nocte pruinas,
Vt niteant læto cuncta colore facit.

*Ad Secundum fratrem, cum is Montissoi esset, respondens Elegiæ eius incipienti: Arragonum mon es, &c. III.*

Belgica planicies, & aquis obnoxia prata,
Prata tibi nunquam cognita Bacche pater.
Rarus vbi aurato procedens Cynthius ore
Vix madidum assiduo siccat ab imbre solum;
Ventus vbi æstiuos frangit sæuissimus ignes,
Afflans pallenteis frigore solis equos.
Rara vbi nunc frondet foliis flauentibus arbor,
Cum noctem pendit libra diemq; pareis.
Mox etiam clauso cogemur viuere tecto,
Et tota grando nixq; iacebit humo.
Et rota percurret fissum modo nauibus æquor,
Forte iterum effossas & metuemus aquas.
Quando erit vt possim his egressus finibus, istos
Purpureos colles cernere Bacche pater?
Qua geminos mihi fausta vel hoc Hispania fratres,
Cumq; illis animum detinet alma meum.
Semper vbi aurato procedens Cynthius ore
Fœcundum vario vestit honore solum,
Aura vbi flammantem ludit mitissima solem,
Vt facili dominæ mota flabella manu.

Tunc

Tunc etiam foliis vbi ſtat viridantibus arbor,
Cum ſol æquorei permeat ora Capri.
Tunc ego ſub ramis myrti aut pallentis oliuæ,
Citrie ſiue tuis aurea ſub foliis.
Fontanos propter latices, in valle reducta,
Cantabo æternum quæ meminiſſe iuuet.
Quid loquor aut quo me fraternus compulit ardor?
Ferte procul volucres impia verba noti.
Da veniam ô patria, ô diuis gratiſſima tellus,
Erroris pietas hei mihi cauſſa fuit.
Illa nihil poſt fratrum abitum mihi dulce reliquit,
Gratæq; mi fecit qualiacunq; loca.
In quibus hic illos animus videt, & comes errat,
Me vacuo exanimum corpore deſtituens.
Aſt vbi dilectis cum fratribus ille redibit
Sederit & gremio ſaluus vterq; tuo,
Alma parens patria ô diuum gratiſſima ſedes,
Tunc mihi te tellus nulla futura prior.
Tunc ſterilem Heſperiam admotis dicam ignibus vri,
Arentem aſſidua nigra labella ſiti.
Tu fœcunda feros vino rorantia, lacteq;
Vbera candenteis ſparſa rubore genas.
Dextera prægrauidum fœlici ex arbore ramum
Diſtinctum pomo verſicolore feret.
Læuaq; flauentem matura fruge maniplum
Palla virens imos obteget vſque pedes.
Palla ferens variis intexta armenta figuris,
Caprigenumq; pecus, lanigerumq; gregem.
Talis cum pario ſtabis mihi marmore ducta,
Lucebitq; ſuo thure & odore focus.
Iniiciam verſus tibi queis præferre coegit
Heſperios colles impia me pietas.

*Guilielmo Diemeno Roterodamo. IV.*

Maius adest Diemene. anni tertæque iuuenta;
Cur tamen à senibus nomina *Maiũs* habet
Pace tua Vranie, & reliquarum pace sororum
Adstipulor dictis Calliopæa tuis,
Mercurius mensi formosa nomina matris
Maiæ materno tactus amore dedit.
Aut diuum pater ipse nouam solatus amantem
Fœdantem teneras Iupiter imbre genas;
Mensis ait, qui te rapiam pulcherrima vidit
Ille tuæ formæ & nominis hæres erit,
Dictaq; firmauit; neque nunc formosior alter
Pace tua Iuno, Cypria pace tua.
Flant Zephyri molles, qualesque in valle beata
Spirant, fœlices & recreant animas.
Omnis ager plenisque vires iam frondibus arbor,
Densa susurriferis & cadit umbra comis.
Iam viridi in ramo querulum Pandionis ales
Cantat Itym variis emodulata sonis,
Et soror excelsi de culmine garrula tecti
Crudelis queritur furta nefanda viri
Ire libet vlridesque agros, & prona videre.
Flumina & ad vitrei ludere fontis aquam.
Des modo te comitem, tectis atque urbe relicta
Flore novo pictas ibimus ambo vias,
Luce sub ambigua dum signa impressa notasque
Fida pedum tellus humida rore tenet.
Et modo pergenius sinuosi ad fluminis oram,
Et modo qua tenus per via calle seges.
Inde sub vmbrosa quercu tiliave comanti,
Aut patulis fagi populeisve comis
Strati, alternatim iuuenum narrabimus ignes
Et quem servitio quæque puella premat.
Molliaque Ausonidum referemus carmina vatum,

Quæ

Quæ viuunt Roma deficiente sua.
Tum veteres nostris sic componemus amores,
Et noua nunc etiam Lesbia forsan erit;
Cui turbet pulchros extinctus passer ocellos,
Et qui ploret auem forte Catullus erit.
Seruitium cernens alius dominamque paratam,
In gelidis malet rupibus esse lapis.
Alter erit, dominæ reditus ad limina nunquam
Qui iuret, quoties venerit ira recens.
Et paret à turpi discedere læsus amore,
Periurus repetat limina nata tamen.
Rursum alius, quæ prima suis decepit amantem
Luminibus viuus mortuus huius erit.
Forte etiam fuerit geminos qui nutriat igneis,
Et secum dubitet hæc sit an illa prior.
Et tamen hoc malit medio quam membra cubili
Promere, sub mœsto pectore clausa iuuat.
Ponere & esse thori solus inertis onus.
Tunc etiam nostros referemus vterque calores;
Turpe seni Veneris sectari signa iocosæ,
At iuueni hac vacuum pectus habere pudor.
Vere suo ridet lasciuis floribus arbor,
Quæ modo maturo tempore poma feret.
At si candentem decusserit Auster honorem
Ante diem, & niueo sparserit imbre solum;
Tristis aget primam cunctis ingrata iuuentam,
Autumno fructum nec dabit illa suo.
Nos quoque nix atros vbi pinxerit alba capillos,
Duxerit & sulcos tempore laxa cutis;
Naturæ perscrutari secreta iuuabit,
Cœlesteisque pia scandere mente domos.
Interea nostri carpamus gaudia veris,
Tam cito quæ nobis, nec reditura, volant.

*Ioanni Stratio nouo amico. V.*

Si qua venit votis optata frequentibus hora,
Nimirum illa suo tempore grata venit
Priamides Helenen longo post tempore cernens
Quam flammam cupidis hauserat aurioulis,
Acrius exarsit quam si vidisset in Ida,
Tunc cum nudatas adstitit ante Deas.
Haud aliter præclara tuæ præconia famæ,
Iane nimis cupidum detinuere diu.
Arrisit donec fortuna, precesq; rogantis
Audiit atq; oculos pascere posse dedit.
Optatosq; audire sonos, & qualia verba
Arpinas Latio seuerat ante foro.
Tum vero parcæ laudes, & fama maligna
De te, req; ipsa gloria visa minor.
Fœlices dixi Belgas, vrbemq; beatam
Qua soluit primo sacra labella sono.
Et me fœlicem quem mox vt vidit, amicos
Inter dignatus connumerare suos.
Illa dies certe semper mihi festa manebit,
Fumabitq; meis annua muneribus.
Seu me iactabit ignotum nauibus æquor,
Seu feret humani nescia terra pedis.
Illa dedisse mihi te non contenta, datura
Quo tamen haud quicquam gratius, vlla dies.
Addidit & geminos concordia pectora fratres,
Ingenio fratri moribus ore pareis.
Et geminos itidem iuuenes de stirpe Tolona,
Musarum, Latiæ delitiasq; togæ.
Qui studioq; tui accensi, cupidiq; videndi
Quæ talem tulerit optima terra virum:
Aspera per niuibusq; alte candentia saxa
Syluasq;, & celeri flumina rapta vado,
Te per mille pericla secuti & mille labores
Hæserunt lateri fida caterua tuo.
Quid referam molli Stephanum doctissima versu
Ducentem in laudes carmina, Iane, tuas?
Quos omnes vidiq; simul, simul auspice Phœbo
Mutua in æternum dextra fidesq; data est.

Quid potui à Diuis hac fortunatius hora
Poscere, quid maius Iuppiter ipse dare?
Te fratres, comitesque tuos modo fœderis icti,
Et nostri memores nominis esse iuuet,
Ipse ego nec vasto discrimine totius orbis
impedior, quin vos pectore conspiciam.
Tempus edax, longique immensa volumina secli
Adiicient nostræ robur amicitiæ.
Denique quicquid ero, viuus siue ossea forma,
Semper ero vestri, si memor huius ero.

*Ad ciuitatem Brugam in discessu. VI.*

Vix oculis libata mihi cultissima Bruga
Siue vale, inuitus da veniam, abripior.
Nec penitus te nosse datum, tamen omnia de te
Quæ pridem audieram vera reperta mihi.
Quid si istic paucos potuissem viuere menseis,
Octauo nec te linquere Lucifero.
Clamassem ô parcæ laudes, & fama maligna,
Cuicunque haud visa es cognita Bruga parum es.
Nunc quoque idem vt dicam facitis, tuq; optime Barsi,
Et Laurine meæ Carole pars animæ
Qui lateri hærentes nostro, totamque per vrbem
Ductantes, fidi perpetuique duces.
Monstrastis queis Bruga alias supereminet vrbes,
Extructa artifici plurima templa manu.
Publicaque auratis ornata palatia signis.
Priuatas sumptu nec leuiore domos
Mille, opus immensum secto, de marmore pontes
Vnde vrbem hanc quidam nomen habere putant
Iugentemque molam extremis in mœnibus vrbis,
Quæ largas haurit atque refundit aquas.
Compacta artifici quas plurima fistula plumbo
Excipi: occultas & docet ire vias.
Vnde aqua perpetuum per cunctas didita vicos
Pullulat, æternis æmula fonticulis.
Quid memorem merces toto procul orbe petitas,
Ah Bruga his quanto iam modo maior eras.
Sed tamen inuita Nemesi mercator Iberus

Vrbem dilectam deserere haud potuit.
An quia formosas nutris tot sola puellas
Quot reliqua haud possit Belgica tota dare?
Munere quarum aliquot vestro vidi? optime Barsi,
Et Laurine meæ Carole pars animæ.
Hei mihi quos oculos vidi: quam flauior auro
Inniuea sparsus fronte capillus erat?
Qualia diuinæ audiui modulamina vocis,
Qualia dat sero in funere cànus olor?
Orabam, memini nuper tua mœnia cernens,
Ante oculis nunquam mœnia visa meis;
Coniugis vt desiderium non lene relictæ
Mollires placido Bruga mihi hospitio;
Sed magis auxerunt quas vidi mille puellæ,
Sospita vt vento surgere flamma solet.
Nam mihi nulla meos potuit præuertere sensus,
Quin oculis omneis aspicerem innocuis.
Sed memorem fecere tui, dulcissima coniux,
Hinc ima irrepsit notus in ossa calor.
Et creuit desiderium, curæq; renatæ
Quæ cruciant animum nocte dieque meum
Hei frustra, namque hinc diuersas tendimus oras,
Nec reditus nostri certa stat vlle dies.
O saltem peregre quod temporis esse necesse est
In gremio liceat viuere Bruga tuo
Dilectos inter socios: doctissime nec non
Laurini tecum Marce decus generis.
Cuius amicitiam nobis nitidissima Bruga
Hoc vel præcipue nomine chara dedit.
Hæc te eadem Valdaura dedit mihi cernere coram,
Et tecum sanctam pangere amicitiam.
Valdaura ô nostri proles certissima Phœbi,
Et medicis herbis Aoniaque lyra
Heîc etiam mihi parta tui iucunde Fageli
Notitia æterna non abolenda die.

Qui

Qui tibi me certantem arcu cum vincere posses,
Victus es haud ægre proditione tua.
Non te Florenti inuentum hic Grebouallæ tacebo,
Phœbi ac Musarum deliciat Aonidum.
Cuius amicitia fœlicem me mea vidit
Maclinia, abscessu nunc quoq; mœsta tuo.
Bruga altrix rapuit, doctorum Bruga virorum
Mater, & in gremio nutrit amœna suo.
Hei mihi dum loquor vrbs oculis erepta recessit,
Bruga vale, & vere dulce sodalitium.

*Epithalamium Viglii Zuichemi Amor loquitur. VII.*

Ite rosæ imbelles, myrtus materna facesse,
Non facit ad nostras ista corona comas.
Surgite victrices circum mea tempora lauri.
Huc ades ô longa parte triumphe mora.
En amat, inflexoq; recepit vincula collo
Viglius, & nostrum venit in arbitrium.
Nequicquam toties bello tentatus aperto,
Et toties nostris tutus ab insidiis.
Illum ego ad Eridanum Rhenumq; secutus & Istrum,
Nec potui iaculis nec violare face:
Quin semper comitata virum galeata *Virago*
Securum obiecto contegeret clypeo.
Inde face absumpta rediens, vacuaq; pharetra,
Iurgia flens quæ non matris acerba tuli?
Nunc tamen ille iacet, subitaq; oppressus inermis
Fraude iugum accepit; euge triumphe veni.
Lasciuos tunica velaram callidus artus,
Arcumq; atq; alas, telaque nota nimis.
Sic adii inuasi, vici, nec cognitus, ante
Quam lateri hæsisset missa sagitta, fui;
Quam deinde educta prima formosa iuuenta
In tenerum accepit virgo *Iacoba* iecur.

Nunc certum est belli fortunam vrgere secundi,
Et dulce haud vnquam deserere hospitium.
Nec iuuenum posthac cura est mihi, nec mihi Martis,
Heic requies nobis hæc mihi mater erit.
Euge triumphe, triumphe veni celer, euge triumphe,
Victo olim Phœbo, vel Ioue, qualis eras.
At vos accipite ô mea numina pectore toto,
Atq; in amore meæ vincite matris aueis.

## EPIGRAMMATVM LIBER.

### *Ad Gulielmum Diemenum.*

Vnde vocer Marius Romanæ nomine gentis,
Belgarum extremis barbarus ortus agris,
Quando scire cupis pro consuetudine nostra,
Magna sodalitii pars Diemene mei.
Nec gentile mihi est, nec sic dixere parentes,
Cum tenerum sacro rore caput madui,
Nomine de Diui nomen posuere Hadriani,
Quod sacra lux illi lux mihi prima fuit,
Hæc est Septembreis bis tertia quæ præit Idus,
Cum iam sub pedibus pinguia musta fluunt.
At cum lux eadem Maria quoq; virginis ortum
Signet & hinc late nomen in orbe ferat,
Adieci Marius, ne Diuo scilicet vni,
Quam Diuûm dominæ plus tribuisse ferar.

### *Ad Bacchum.*

Fulminis ætherii proles formosa, lupatis
Aspera qui geminæ tygridis ora domas,
Stridentes extingue alio cratere sagittas
Alitis, & pronam hoc flumine merge facem,
Si mihi, Diue, tuo hanc requiescere munere nocten
Detur, eris medico tu mihi fratre prior.

### *In Cymatopœum.*

Cymatopœe pari dum scribis carmina versu,

Et

Et tamen hos Elegos Cymatopœe votas:
Dignus es à mœsta qui deplorere Elegia
Aut veros Elegos Cymatopœe canas.

*In postumum.*

Forte foro lætis ibam comitatus amicis,
Cum risus inter tussis oborta mihi est,
Postumus accurrit nemo fora quo terit vno
Sæpius, & quid sit terque quaterque rogat,
Mene vocas, an me tecum vis sumere cœnam?
Inquit, quid facerem? non tacet ille, voco.

*In Lycinnam.*

Mirum quam bene cum suo marito
Nuptæ conueniat nouæ Lycinnæ,
Funem, dicere quod solemus, vnum
Certatim ambo trahunt, sed hinc & illinc.

*Epitaphium Ioannis Riccii.*

Riccius heic iaceo, spumans aper inguina rupit,
Qualis qui Herculeos auxit apertitulos.
Hac tamen ille manu, mortis solatia, fossus
Victoris fudit ante oculos animam,
Morte mea Ioue nate licet tibi cedere cogar,
Cæde apri certe cedis Adoni mihi.

*In Venerem Cnidiam è Græco.*

Nuda Venus nulli visa, aut si visa cuiquam est,
Huic visa est, nudam tam bene qui statuit.

*In eandem itidem è Græco.*

Dixit vt aspexit Cnidiam, cum Pallade Iuno,
Iniuste iniustum conquerimur Paridem.

*Ænigma explicatum.*

Heic soror & frater, nata & pater, & vir, & vxor,

Et [illegible]en heic non sex, sed duo contegimur:
Substrauit nato ignaro se mater, eique
Quam [illegible]lit huic iunxit impia coniugio.

*In Lucretiam Romanam.*

Cum vim Tarquini & pugnantem haud viribus æquis
Esset corruptam fassa pudicitiam:
Ad Collatinum Lucretia versa, retecto
Quod tacita ferrum veste tegebat, ait:
De raptore tibi incumbit vindicta, mihique
De me, atque hos inter concidit icta sonos.
Non habuit satis, esse sibi bene conscia, nî sic
Esse, cruore suo testificata foret.

*In imaginem Christi crucifixi.*

Cernite mortales propria qui crimina morte
Vestra luit, meritaque malos à morte redemit,
Ipse insons sacros veluti quondam hostia cultros
Placatura aras insonti sanguine tinxit,
Et nullos placido balatus edidit ore.
Cernite, & ô lacrymis saltem ne parcite gratis.

*Ad Calidonium Vicentinum.*

Orphea Threicium cithara donauit Apollo,
Victori cecinit qua prius ipse Ioui,
Teq; idem Æsculapi succis, atq; arte medendi
Imbuit, & vitæ ius dedit atque necis.
Creditus agnouisse suos hoc munere natos,
Testatusq; ambos sanguinis esse sui.
At postquam hic cœlo Deus est ereptusq; receptus,
Illum fœmineæ diripuere manus.
Te extremum genuit Calidoni, & munera lætus
Quæ fuerant illis singula, iuncta dedit,
Partitumque illis in te geminauit amorem,
Nec iam vltra tibi quod deneget ipse tenet,
Alipedum præter solum moderamen equorum,

Sic Clymene natum sit periisse satis.
Ille sui generis pignus cupiebat, at ipse
Certa tui generis pignora bina tenes.

*Epitaphium Linæ anus.*

Lina suauis anus, pueris chara atque puellis,
Quos viuens gratis iuuerat officiis.
Heic iacet extinctam pueri mœstæque puellæ
Deplorant lacrymis insatiabilibus
Namque vbi nunc dulces exercebuntur amores?
Securum timidis quis dabit hospitium?
Quo non fama nocens penetrans auscultet amantes,
Vnde abeat patriam credita virgo domum,
Composito bene dissimulans sua gaudia vultu,
Nocte domi virgo, luce foris mulier.
At longum placido secura fruatur amore,
Nil famæ metuens inuidiæque minas,
Necranda palus, Stygiæque æquanda paludi.
E qua crudelem combibit illa necem.
Alcia quid turpem limum post musta propinas?
Nam satura est Baccho, non habet vnda locum.
Vos qui lachrymis tumulum, pia turba, rigatis,
Annosi potius fundite dona meri.
Tumulo plantate rosas. namq; hæc licet ipsa
Non rosa sed potius spina rubusque fuit:
Candidulos Veneris flores tamen vsque ferebat
Fertilis in vestras quam bene delicias.

*Aliud eiusdem.*

Lina anus heic iaceo, mutetur proxima primæ
Littera in e; fiet vita peracta palam.

*In Nanum è Græco Ammiani.*

Quum mus alto mersum sub sole sopore
Deperit, & paruo traxit in antra pede,

Ille licet paruus murem dum strangulat, en heic
Alcides alium Iuppiter inquit, habes.

*In Bibliothecam Harianam.*

Hoc Pallasque & iusta Themis, Phœbusq; Deæque,
Carmina quæ bifido colle nouena canunt,
Hoc posuit sedes Sapientia dia sacello,
Quisquis es, ignoris quærere parce viis.
Præsentes Harius Diuos, quorum ipse sacerdos,
Tantum hunc hospes adi, conciliare potest.

*In Marcum pigrum è Græco Lucilii*

Cur prohibes somno nutantes Marcus ocellos?
Ne rursum longas somniet ire vias.

*In imaginem Herculis à Cupidine deuicti*

Aspice peccator mundi, domitorq; ferarum,
Vt premit inuito poplite victus humum;
Et frustra tollens victricis pondera clauæ
Nititur; at humeris victor inhæret amor.
Ferre negant illi pueri leue corpus amoris,
Celsa quibus nullum regia pondus erat.

*In Postumum.*

Falleris, & frustra dominum me Postume clamas,
Non redit hinc domini syllaba prima tibi.

*Epitaphium Hieronymi Moresini*

Heic Moresinus habet defleta Hieronymus ossa,
Ah nimium parca contumulata die.
Qui insubrum longe populis patiaque relicta,
Sectatus sanctæ huc dogmata lusitiæ.
Vectus equo, incautus faliaci mersus in vnda est,
Quisquis es ignotas aufuge doctus aquas.

Sirena

*Strena annuli in forma serpentis, ad puellam.*

Aspice vt in girum fudit sese aureus anguis,
Vulnifico caudam mordicus ore tenens.
Annulus hic anni est in se redeuntis imago,
At tibi virgo annus non rediturus abit.
Vtere vere tuo, nam si semel horrida bruma
Venerit, haud illam ver iterum excipiet.

*In Laidem anum.*

Lais anus speculo se contemplata nitenti
Vt solitum vidit deperiisse decus.
Labraque nunc pallere, olim inuidiosa corallis,
Et versa in canas aurea fila niues.
Et, qui certabant ebori, rubigine dentes,
Squallere & ruga tempora laxa rudi.
Luminaq; illustri tantum non æmula Phœbo,
Nunc sub muscoso clausa latere specu;
Sed iuuenilem animum, stimulos sub pectore eosdem,
Et noto sensit feruere corda Deo.
Sic secum facie quanto viuacior, ô mens,
Cur dudum hæc anus est, tuq; puella manes.

*In Veneris ac Palladis statuas, è Græco.*

Aspice diuinum Paphiæ decus, illico dices
Laudo Priamidæ decus iudicium Paridis.
Pallada deinde vide, clamabis nil Pari miror,
Pallada si poteras spernere pastor eras.

*In Carmen ineptum Bubali Morbilogum.*

Phœbe pater, cœlo vates si respicis alto,
Descendens tecum pharmaca cuncta feras,
Bubalus ægrotat fer opem hoc te Diue precatur
Suauidica in terris carmina quisquis amat.
Illius en omnes morbo tabescimus ægri,
Tantum indoctæ vim carmina virus habent.

*Epitaphium Fauſtini.*

Fauſtinus iacet hic properata morte ſepultus,
Hoc illi ficus multa vorata dedit.
Aut, alii vt perhibent, immenſus Cypridis vſus;
Vtcunque eſt, dulci ceſſit ab orbe via.
Diſcite ab hoc menſuram alii ſeruare, modumque:
Dulcia nam nimius vſus amara facit.

*Epitaphium Galli.*

Hic iaceo patria Gallus. ſed re quoq; Gallus,
Nam dum me demens præſecui, perii.
Ignotus tituli iacuiſſem, & nominis expers;
Ni facerent rabies & miſeranda manus.

*Aliud eiuſdem.*

Qui iacet heic proprio iacet enſe, manuq; viator,
Dum ſibi, queis vir erat membra furore putat.
Curari poterat, niſi viſus inutilis eſſet,
Fœmineo ægrorum cui data cura gregi.

*In Annam Brugenſem.*

Anna viros omnes primæuo in flore puella
Prouocat, & celeri vincit vbiq; pila,
Anna viros, omneſq; virum veſtita puellas,
Anna deos vrit, vrit & Anna deas.
Anna homines, diuoſq;, atq; ipſum ſpernit Amorem,
Rem non credibilem credito poſteritas.

*In buculam Myronis.*

Me cernens vitulus, taurus, leo, paſtor, arator,
Sugit, init, mordet, ſtimulo ciet, aptat aratro.

*In eandem è graco Anacreontis.*

Paſtor age armentum hinc, vaccam ne forte Myronis

Pro

Pro viua ducas cum grege nocte domum.

*E græco Eueni.*

Ipse Myron etiam dicet non sculpta iuuenca
Hæc vnquam, sculpta est huius imago mihi.

*E græco Leonidæ.*

Non ego sculpta Myronii ita sum, mentitur, abegit
Pascentem adstrinxit marmoreaq; basi.

*E græco Antipatri Sidonii.*

Ni mea crura Myron petram vinxisset ad istam,
Pascerer in reliquo buccula viua grege.

*E græco Marci Argentarii.*

Pastorem si forte meum conspexeris hospes,
Dic me à sculptore heic vincta Myrone pati.

E *græco Demetrii.*

Me videat vitulus, mugitum tollet, inibit
Taurus, & ipse suo cum grege pastor aget.

*In picturam Ioannis Schorelli.*

Magnus Athos quam docte hominis formatus in ora est
Vtq; vrbem hæc pateram sustinet illa manus.
Flumina qua recipit, vastumq; effundit in æquor
Quæ toto circum plurima monte fluunt.
Dimocrates olim inuenit, nunc dextra Schorelli
Pinxit, Alexandrum vicit vterque animis.

*Conotaphium Bernardi Buchonis.*

Bernardus Bucho Frisiæ tellluris alumnus,
Æternus patriæ splendor honosque suæ.
Cum procul hinc Batauis cœlum petiisset aboris,
Qua viridem ad lucum nobilis Haga iacet,

Ipse vbi sacrati fuerat pars vna Senatus,
Rexerat & nutu sancta sacella suo:
Ingemuit patria & quanquam ô non triste sepulchrum,
Et dilecta inquit mebia tenere licet;
Dum mea quod vixit sit gloria, non ego mortis
Inuidiam inuideo terra Bataua tibi.
At tristis desiderii monimenta propinqui
Solamenq; piæ perpetuum patriæ,
Agnatos cineres hoc inter inane sepulchrum
Constituere, piis irrigui lachrymis.

*In puellam lyram pulsantem.*

Plectra lyræ digiti, plectrum est tibi lumen amoris,
Chordas lux digitis; lumine corda quatis.
Atque vti seu rides, seu chordam tangis acutam,
Lætitiæ circum deliciæq; sonant,
Sic quoq; seu densam tangis, seu cernis amarum,
Mœsta silentia mox & gemitus subeunt.

*In Demophilum è græco.*

Bubo homini ferale canit. cantante sed ipse
Demophilo celso è culmine bubo cadit.

*Epitaphium Rainaldi tabellarii Iperensis.*

Hic situs est vbi cæsus erat, Rainaldus ad vrbes
Gallorum à Flandris scriptaq; & æra gerens.
Illi causa fuit aliena pecunia mortis,
Quam nisi post animam ponere non voluit.
At tu hospes patrio sic componare sepulchro,
Ne premat ossa grauis terra, precare Deum.

*In capellam lupum lactantem è Græco.*

Fœta capella lupum propriis infausta papillis
Iussu pastoris lacte coacta mei.
Ille auctus mox lacte meo ferus irruet in me.

Officia

Officia ingenium vertere nulla queunt.

*In Caroli V. victoriam Africanam.*

Qui Lybiam sæui asseruit prædonis ab astu,
Hesperiam trepido soluit vtramq; metu;
Carolus hic ille est mundi pacator, oliuam
Iustius haud vlli Pax dare dia potes.

*In eandem picturam.*

Captam arcem, fusas acies, cumq; vrbe recepta
Victoris vultus vna tabella refert.
Insunt huic maiora tamen, quæ cernere non est,
Libertas Libiæ pax geminæ Hesperiæ.

*Epitaphium à semetipso occisi.*

Quem toties hostes stricta inter tela ruentem
Sternere tam pulchra non potuere nece.
Hic iaceo, propriaq; manu confossus & ense.
Debueram hac primum cæde fuisse nocens.
Non dextra dilecta iaceres vxor eadem,
Sparsa nec innocuo sanguine mensa foret.
Tunc meme occidi, nunc quo te vulnere sector
Incepisse iterum viuere mî videor.
Ah crudelis amor, qui vanam ob suspicionem
Bis mi accersita morte perire facis?
Quis sim nemo roget, clarissima nomina belli
Artibus & forti gloria parta manu
Non mihi sunt tanti, quin malim ignota latere
Quam resparsa legi tam misero scelere.

*Ad Stellam è græco Platonis.*

Nunc cœlum ô fierem, stellas cum Stella tueris,
Vt te tam multis cernere possim oculis.

*In Menestratum è græco Leonida.*

Finxti cum Phaetonte Menestrate Deucalione.

Et quo sit precio dignus vterque rogas?
Dicam equidem, & proprio precio dignabor vtrumque,
Flammis est Phaeton dignus, at alter aquis.

*In Nicyllam è graeco Lucilli.*

Sunt qui tingere te dicant Nicylla capillos,
Quos atros memini te retulisse foro.

*Ad puellam è graeco Platonis.*

Malo te, mea vita peto. cape, si quid amas me,
Et socium thalami me cape virginei,
Siue, quod auersor, dubitas incerta, putasque,
Hoc quoque, marcescat quam cito forma, puta.

*De amoris perseuerantia ex Petrarcha.*

Vulnera non coeunt arcu neruoque remisso,
Sic flammæ forma deficiente manent.

*In Vulpium.*

Qui nihil ignoras, qui tam bona carmina condis,
Vt docti iurent sæpius esse sua.
Qui Rhetor bonus es, iuris legumque peritus,
Et causas cunctis doctius vnus agis.
Fœmineasque etiam mentem demittis ad artes,
Vt iam certet acu nulla puella tibi.
Qui tam gratus ob hæc sacræ magnatibus aulæ es,
Pars etiam quorum sanguine iuncta tibi est:
Ardelio quid sit nescis & scire laboras?
Tete ipsum Vulpi noscere disce, scies.

*Epitaphium Nicolai Euerardi patris.*

Nicolee stumulo hoc Euerardus condidit, hospes,
Mortales lutei corporis exuuias.
Ipse domos patrias super aurea sidera cessit,
Europæ pulsat vltima fata decens.

Quantum

*Quantum discendum, quomodo viuendum.*

Disce velut seri victurus Nestoris annos,
Viue velut tibi sit vltima quæque dies.

*Ad Melitten è græco Rufini.*

Sic fert luno oculos *Melite*, manus ista *Mineruæ* est,
Vbera Cypris habet talia, crura Thetis.
Cernere felices facit, ast audire beatos
Suauia semideos, vlteriora deos.

*Amans cum Amore pugnans.*

Armaui pectus ratione aduersus Amorem
Nec metuo, solum solus vt exuperet.
Stabo Deum contra mortalis, at auxilio si
Iuuerit hunc Bacchus, quî potero? duo sunt.

*Ad puellam è græco Meleagri.*

Si formæ metuis senium, impartire vigentem,
Si non, quis timor est id dare quod remanet?

*In Venerillam.*

Stabat in opposita longe Venerilla fenestra
Pectens formosi diuitias capitis.
Vt vidi, obrigui. sensit sibi conscia formæ,
Crystallum celeri corripiensq; manu,
Excepto grauidum Phœbo mea vertit in ora,
Abstulit & reliquum quod mihi mentis erat.
Quod nisi diuinis simul arrisisset ocellis,
Iam niger à gemino fulmine puluis eram.
Nil opus est speculo, vitam Venerilla necemq;
Et blandum solem, & fulgura fers oculis.

*Epitaphium Desiderii Erasmi.*

Hic Desiderius requiescit Erasmus, amarum

Qui

Qui desiderium liquit in orbe sui.
Mens habitat cœlo, nomen vix clauditur orbe,
Scripta viri, & mundum, conteret vna dies.

*De libellis suis à plagiario reuindicatis.*

Musæ delitiæ meæ iuuentæ,
Quas propter mihi dulcis ipsa vita est:
Si me vnum cupitis beatiorum
Musæ reddere, & effugare mentis
Ingratæ vitium à meis libellis,
Arnoldi officium pium Cobeli
Quo me restituit mihi patentem
Multis dicite millibus per orbem,
Et longe quoq; seculis futuris
Notescat facite, vt magis magisq;
Ereptos mihi qui meos libellos
Sceleste à plagiario, fideli
Remisit studio reuindicatos,
Misello velut vnicam parenti
Quam leno malus abstulit puellam,
Et longe parat ire prostitutum
Si quis restituat reuindicatam.
Namq; filia blanda quod parenti,
Hoc & plus mihi sunt mei libelli,
Quos vos purpureis Deæ labellis
Dictastis mihi, tuq; Amor Venusq;.
At vos dulciculi mei libelli
Qui nam, dicite quæso, seruitutem
Prædonis plagiarii tulistis?
Quid vobis animi fuisse credam,
Cum vos abdidit in suam cauernam,
Inter putidulos suos libellos?
At quam tunc animi nihil fuisset
Cum sub nomine furis ire vænum
Effetis miserabiles coacti?

An non dulce magis mori fuisset
Aeternumue præmi nigris tenebris?
At vos nunc opera mei sodalis
Iniustam miseramq; seruitutem
Erupistis, & ad patrem redistis
Qui ni fallitur impotente amore,
Forsan secla futurá vos videbunt,
Et doctorum hominum manus teretis,
Quarum tunc aliquis fidele cœlo
Tollens officium boni sodalis,
Execrans plagiarium sodalem.
Deo haud irrita vota nuncupabit,
Huic vt terra grauis, leuis sit illi,
Nomen illius vt recente fama
Multa in secula viuidum feratur:
Hic suo neque seculo, suisq;
Notus ciuibus haud sit & propinquis,
Verum nocte nigerrima prematur.

*Ad Candidam.*

O vtinam vel me tantum mea Candida amares,
Vel tantum odisses, quantum ego te pereo.
Nam spe subducta forte his subsideret ignis.
Aut cita mors curis soluceret hanc animam.
At si mutuus esset amor, iam nectare vescor,
Dum, quæ ea sit tantum vita futura, puto.

*In Andromachen, filium in patrio tumulo abscondentem.*

Astyanacta suum lachrymis dum mater obortis
Hectoreo tumulo dissimularet, ait:
Heic si fata iuuant miseros sperare salutem
Nate potes, patrio conditus in gremio.
Siue negant eadem vitam, commune sepulchrum
Magnanimo saltem cum patre iunctus habes.

*In imaginem Vulcani, sagittas Amori fabricantis.*

Quid pater ô Vulcane paras, quid spicula nate
Materiam tanti cudis inepte mali?
Forsitan ista tuo figet sub pectore tela
Perfidus & donis te premet ipse tuis.
Nec, quia consuesti Siculos versare caminos,
Te pueri speres ignibus esse parem.
Aut matrem Mattemq; petet, fabricandaq; vincla
Rursus erunt manibus queis modo tela paras.

*In Phaetontis casum.*

Ausus in æternos iuuenis conscendere currus,
Igneaque audaci sumere lora manu.
Oblitus pariterque sui, metæq; paternæ,
Quos mundo sparsit ignibus ipse perit.

*In Icari casum.*

Dum volucres veras falsis vult vincere pennis
Icarus, eripuit nomina prisca mari.

*De Nicolao Buslydio.*

Quinq; potens æquare vna testudine voces
Nec nato inferior Calliopea tuo;
Buslydius sueta hæc diuersa carmina voce
Ante cani aptauit multisonis fidibus
Quam bene sex illi digitos natura dedisset,
Sex vocum poterat exhibuisse vicem.

*In Icarum cereum in balneis.*

Icare cera prius te perdidit, at modo rursum
Artifici cera est reddita vita tibi.
Ne te sublimi posthac, ne tolle volatu,
Icaria hæc etiam balnea ne facias.

In

*In Catharinam quandam Ænigma.*

Patris ego hic amita, & matris Catharina proneptis
Dormio, nunc quo sim collige nata thoro.

*In Bubalum.*

Si quisquam merito magnis innotuit ausis
Bubale, te nunquam nesciet vlla dies.
Cuius lima tubam magni tentare Maronis
Sustinet, intactas & Ciceronis opes.
Parua iuuant humiles animos, tibi summa petuntur;
Nec te de nihilo nomen habere iuuat.
Si Stygis e mensa super est mens vlla palude,
Quos risus sacris manibus esse putas?
Non illi certe quam sic sua scripta notasse,
In laudes mallent te vigilasse suas.

*In eundem.*

Balistam vt lupidum legit sub monte grauatum,
Bubulus, ex imo pectoris ingemuit,
Et vati indignans pariter, miseransq; iacentem
Diruit audaci non bene saxa manu.
Et tumulum celso fecit de monte, latronis
Vt sic Balistæ mollius ossa cubent.
Balistæne fauore isthæc, odioue Maronis
A te committi, stultiliaue putem?
An quæ latroni demis, tibi saxa reponis?
Digna æque tumulo saxa futura tuo.

*In Nanum.*

Formosum cui mancipium bene vendere cura est,
Deformes inter collocat id pueros.
Nam magis inter se collata aduersa relucent,
Fulgidior veluti Cynthia nocte micat.
At contra Nanus, sua quo bene carmina vendat
Iunxit putidulis doctæ aliena suis.

Vendibiles tamen hac fecit ratione libellos.
Quî potis? autorum nomina subticuit.

*In mortem Vrsini Velij.*

Coniugis impatiens morum se iecit in Istrum;
Et mortem cupido Velius ore bibit.
Siccine semper eris sacris infesta poëtis
Fœmina, & Orphæa non satiata nece es?
Nec sat erat sceleris vestri quod conscius Hebrus
Erubuit lachrymis intumuitq; suis?
Nî nunc Vrsini infames nece volueret vndas
Opprobrium vestri Danubius generis?

*Ad ciuitatem Brugam.*

Hactenus ô non visa mihi cultissima Bruga:
Salue, atq; hospitio suscipe me placido.
Et desiderium leni mihi triste relictæ
Coniugis, & longæ tædia lenta viæ.
Gratia carmen erit, quo te, modo Cynthius adsit,
Sublimem æterna in secula laude feram.

*Epitaphium Io. Secundi fratris.*

Hospes, ne teneri sistas super ossa poetæ;
Hic sacer est Musis & tibi Phœbe locus.
Ioannis sopita iacent vbi membra Secundi,
Quo iuuenis toto haud doctior orbe fuit.
Optima seu facili deducere carmina versu,
Siue hominum vultus sculpere, siue deûm:
Testantur monimenta atq; hæc atq; illa per orbem
Plurima, quæ morti cedere viua negant.

*In eius imaginem ab Schorello depictam.*

Talis Ioannes oculis eram & ore Secundus
Festinans quintam claudere Olympiadem.
Præuenit cita mors; at docti dextra Schorelli
Quam dederat, vitam lædere non potuit.

In eam

*In eandem.*

Quisquis Ioannis vidisti scripta Secundi,
Aut cœlo ductas illius effigies
Heic ipsum qualis viuus fuit, aspice & ossa,
Et venerare sacrum quod tegit ossa solum.

*In libellum inepti poëtæ.*

Damnatum quisquis miraris θῆτα subinde
Pictum huius libri in margine conspiciens;
Meq; ideo damnas qui tam pauxilla notarim,
Cum non sit toto pagina sana libro:
Parce precor, contra leges vbi carminis errat;
Hæc tantum, fixum in margine θῆτα, notat.
Cætera desperans angusto posse notari
Margine quæ cùm tot sint, numerare piget.
Vnum ingens primo præfixi θῆτα libello,
Id vidisse tibi debuit esse satis.

*Ad Ioannem Betsium, cum carmen à se conscriptum ostendisset.*

Sic sic macte animis Betsi, & virtute paterna
Aoniæ rupis culmina celsa pete.
Hæc superata sitim vitreo tibi fonte leuabit,
Porriget heic laurum Calliopea tibi
Vnde tibi vitæ surgat decus, vnde perenne
Nomen, quod mortis non metuat tenebras.

*In Salmonium Macrinum, qui in Carolum Imp. acerbissimè & falsò scripsit.*

Fulmine Salmoneus ficto mortalia corda
Terruit & meruit fulmina vera Iouis.
At te quid meritum dicam? qui spargis in ipsum
Salmôni ah dememens fulmina falsa Iouem?
Fulmine, quod speras non te dignabitur ille,
Sed permeiendum prostituet Satyris.

*In eundem.*

Quid diuis rabido allatrat Salmonius ore?
Quid iacit in noſtrum crimina ficta ouem?
Autoremne ſuæ ſic ire propaginis vltum
Se putat, immeritum quem cecidiſſe gemit?
Fallere Salmoni, non eſt hic Iuppiter ille
Cuius adhuc tuus à fulmine fumat auus.
Et tamen hic quoq; fulmen habet, quod ſi ſemel in te
Expediat, non te quiſquam hominum eripiet.

*Epitaphium Rumoldi Stenemolæ.*

Rumoldus gentile cui mola ſaxea nomen
Fecerat, heu iuſtos heîc iacet ante dies.
Nil Latiæ, nil Cecropiæ vis mellea linguæ,
Nil Phœboac Muſis profuit eſſe ſacrum.
Nil, Bataui meruit quod ab actis eſſe ſenatus,
Cunctorum iuuit nil amor atq; fauor.
Non lachrymæ vxoris ſuperos flexere, nec orba,
Non capiens luctus ipſa ſuos, ſoboles.
Maclimiam, qua natus erat, moribundus in vrbem
Venit, & exuuias reddidit vnde habuit.

*In imaginem Cupidinis circa focum locatam, è Græco.*

Tædiferum quiſquis tam docte ſculpſit Amorem,
Igneáque in dextra ſpicula ferre dedit;
Illum ego fumoſo puerum haud ſine mente camino
Crediderim, & furuo coſtituiſſe foco.
Sed quô ſopitas recreans mota face flammas
Peruigili faciat igne nitere focum.

*In Picturam Herculu dormientis, à pygmæis oppugnati.*

Euigila Ioue nate, & quot te millia circum
Obſedere vide; nate Ioue euigila.
At vos, qui ſomno proſtratum ſcanditis hoſtem,

Nos

Non secus ac celso mœnia post à iugo,
Dum liceet effugite, & sit vobis Hercule viso,
Sopito quanquam gloria magna satis
Si semel inuicto somnium de corde fugarit,
Ridebit vanas protinus insidias.
Et rotas fulua nectens iu pelle phalanges,
Ridiculum è clauæ robore tollet onus.

*In mortem passeris.*

Passer mellee, dilicate passer,
Post me primus amor meæ puellæ,
Lusus deliciæ, vtriusque nostrum,
Sic nõs deseris? ah misselle, quæ te
Quæ tam dira tenet necis cupido?
Vmbráne Elysiæ beata syluæ
Diuersum auocat eripitque nobis
Amor passeris an Catulliani?
Et nil te gemitus, nihil querelæ
Nil monent dominæ per ora fletus
Qui fontis saliunt perennis instar?
Passer mellee, delicate passer
Testis vnice lusuum meorum,
Meorum quoq; particeps amorum.
Nanque te quoties sinu beato
Quæ mî charior est meis ocellis
Inter candidulas suas papillas
Me (mirum) nihil inuidente fouit;
Cum tu de rosea tua latebra
Rostrum leniter exerens supinum,
Audax insuper oſculum petebas,
At quale improba conserit columba,
Linguam atque ignea vellicans labella,
Succum nectareæ hauriens saliuæ.
Quid dicam. quoties rubente mane
Somno pressus vterque cum iaceret,

Nos circumuolitans modo huc, modo illuc.
Et circumsilienſque, pipilanſque,
Morſitans quoque, denique excitaris,
Nobiſcum vt calido thoro receptus
Poſſes frigidulum fouere corpus?
Paſſer mellee, delicate paſſer.
Hero da veniam tuo fatenti
Pluma ſæpe ouem tegi ſub iſta
Aut diuorum aliquem, miſer timebam.
At quantum miſer, ah miſelle quantum
Iam nunc paſſere diſcrepas ab illo;
En labant oculi, tremor tenellos
Artus concutit horridus, pedeſque
Detrectant leue ſuſtinere corpus.
Paſſer mellee, delicate paſſer
Sic nos deſeris? ah miſelle paſſer
Luſus perſephones future paſſer,
Timor paſſeris & Catulliani:
Nam mellitior es venuſtiorque.
At nos, quando aliud nihil relictum eſt,
Pro ſolatiolo doloris, vxor,
Condamus teneros breui ſepulchro
Artus paſſeris. en ſub hac ſolebat.
Ille ludere citrio virenti
Hæc illum tegat atque creſcat ex hoc.
Verſu fictilis hoc notetur vrna:
*Taſſer* paſſere mollior Catulli,
Et venuſtior elegantiorque,
Repoſtus citrio ſub hac quieſcit.
Lugete ô volueres, pioſque manes
Salutate ſubinde cantilenis
Et mortem volucres timete Amores.

*In Poſtumum*

Poſtume quid credam cur nunc ſis glabrior ouo,
Qui fueras cultæ gloria prima comæ?

Non

Non Canis hoc suasit, qui nunquam mitius arsit,
Nec votum hoc, qui te nouerit, esse putet,
Nec morbo fluxisse comas, nitidæ cutis ardor,
Et gemini clamat sylua supercilij.
Nec morem hunc aulæ dicas; non raditur illa,
Tondetur, quod nec tute probare soles.
Sed cum Louanio minitantes eminus hostes
Audires, misero corda pauore tremens,
Non audens armis patriam defendere sumptis,
Et spem vitæ hostis in pietate locans;
Mentitus monachum vestitu & vertice raso es,
Nunc raso id toto dissimulas capite.

*Ad Victoriam.*

Diua fauc longum capiti victoria sacro
Cæsaris, vtque facis publica vota iuua.

*In picturam Mutij Scæuolæ.*

Muti Roma suis nequijt quem pellere muris,
Ingentes animi perdomuere tui.

*Temperantia Scipionis Africani.*

Formosam iuuenis victor cum dote puellam
Captam, hosti sponso Scipio restituit.

*Pietas filiæ erga patrem.*

Captiuum, turpiq; fame tabescere iussum
Fida pio lactat vbere nata patrem.

*In imaginem Petri Bloccij soceri.*

Ter quinti prope messis erat mihi tertia lustri,
Talis eram Petrus Bloccius, os, habitum,
Depinxit dextra celeler. & bonus arte Schorellus
Allectus rugis & viridi senio.

*Pyladis & Orestis amicitia.*

Insons damnatum Pylades mentitur Orestem,
Ille negat; cupit hic, & cupit ille mori.

*In furem Iberum,*

Machina distinctas spatijs æqualibus horas
Indice, & arguto docta notare sono;
Parua, sed hoc ipso magno gratissima Regi,
Nobile in aurata pyxide stabat opus:
Viderat hanc, vsus ignarus & artis Iberus,
Sublatam tacito condideratque sinu.
Iamque agilis, furtisque assueta fefellerat omnes
Dextera, iam spe fur diuite plenus abit;
Cum subito notis resonat timitibus aula,
Et furem produnt æra diserta suum.
Quid mirum Cræsi gnato si turpia mutæ
Abrupit linguæ vincula patris amor?
Cum vocem extulerit. Cæsar Fernande, repente
Res desiderio non animata tui?

*Ad Iulianum Aurelium Lessingæum.*

Aureli quæ strena tuo mihi tradita iussu est,
Gratior illa mihi quàm prius vlla fuit.
Quid dixi? strenis adeo simul omnibus vna.
Quas toties Ianus mî dedit atque dabit.
Nec mirum sacris cedunt si dona profana,
Cedunt æternis si peritura cito.
Cætera vel quiuis vili mercabitur ære;
Ingenij è cœlo sunt monimenta tui.
Iane pater, talem ô prosper mihi totus amicum
Conserua, & longum faustus vtriq; redi.

*In Carolum V. Imp. Numerale.*

Ignouit miseris quos vi superauerat hostes
Carolus, hæc laus est Cæsaris, illa Dei.

*Ad Io. Langium.*

Vidi sublimes Langi dulcissime versus
Egregij iuuenis, vestrum qui nomen in astra,

Optima

Optima si iustam concedant numina vitam,
Tollet, & antiquis par vatibus æthera scandet.
Tu tantum cœpto enitatur calle laboremque
Vrgeat hortare, & pulchros ne deserat ausus.
Nos hederam interea, & victricis semina lauri
Irriguis serimus, quod solum possumus, hortis,
Vnde illi meritam superata rupe coronam
Plectere, & æternum possim exornare poëtam.

*In dictata Alciati, authoris manu excepta.*

Alta coruscantes voluentia flumina gemmas
Cernite, quæ Alciati sacris manantia labris
Excepit Marius, niueisque vndantia ripis
Inclusit, seruatque suis communia amicis.

*Quid sit hominis vita.*

Vita quid est? Iter ad mortem quod carpimus omnes,
Quid mors? districti ianua iudicij,
Quis iudex? Deus omnipotens, qui præmia reddet
Et pœnas factis digna cuique suis.
Ergo, ad iudicium hoc dum duceris, intereundum
Quid facias, dicas, vel meditere, vide.
Sollicitus ne tanti irrîtes Iudicis iram,
Intima qui cordis, non modo facta, videt.

## EPISTOLARVM LIB. VNVS.

*Angelo Andreæ Resendio Lusitano.*

Angele Pierijs gratissima cura puellis,
Nobilior per quem iam fluet vnda Tagi?
Diuitis vnda Tagi, sed te modo maior alumno,
Auriferis olim quàm celebratur aquis.
Accepi missam ignoto immeritoque salutem
Officij saltem hoc Morus inepta dedit.
Illa meas de se iam spes superauit, Amicum

Quæ dedit, æternum carmina cuius opus.
Felices Belgæ, patria quos sede relicta
Exornaturus die poëta venis.
Qualis Romanis vates Pelignus ab oris
Aduenies Geticos nobilitauit agros.
Nondum effœta suis tellus virtutibus olim
Qnæ Senecas, quæ te Marce iocose dedit.
Et te Quintiliane Arpinis æmule chartis,
Quique tonat grandi ciuica bella tuba;
Innumerosq; alios, & nunc te clare Resendi,
Quem veteres inter postera secla legent.
Salue magne Poëta noui securus amici
Quem fidibus sacræ iunxit Apollo lyræ.
Et nodum inijciens, durent hæc vincla, dixit,
Thaumantis claudat dum mihi nata latus.

*M. Anto Caimo, & Hier. Mentio Mediolanen. sib.*

Nota meæ vobis etiam nunc littera dextræ
An mecum excessit sensus amorque mei?
Dux studij Caïme comesq; Hieronyme nostri,
Nunc dolor, ante mei gaudia bina animi.
Quos propter cessi externa tam mœstus ab vrbe
Vt neq; iam tanti patria terræ foret:
Quamuis ad fratresq; meos charasq; sorores
Et seræ amplexum matris iturus eram.
Forsitan & veteres hic inuenturus amores,
Non etenim vobis credor amoris egens.
Ecquid in externis agitis feliciter oris,
Ecquid & à patrijs læta feruntur agris.
Dij vobis meliora ferant quam audire coacti
Frater ego q; ita nuper in vrbe sumus.
Dij vobis meliorem annum sine pestilitate
Dent, neq; desetta turpiter vrbe fugam.
Ne tamen immutent istos tam prospera mores,
Aut nouus in tanta pace repertus amor.

Me nulla

Me nulla immensi facient discrimina mundi
Immemorem vestri viuere, nulla mori.
Non vos, quod magnæ delet molimina famæ,
Erodet nostro pectore tempus edax.
Non quicquid veniet læuum lætumue, nec ipsa
Mors, nisi post mortem mens quoq; nulla manet.

*10 Secundo f. atri, De crepidis ferreis quibus glacies perurritur.*

Nunquid vbi aspecta est dubium te littera fecit.
Picta manu trepidante, & curuo limite scandens?
An vel sic quoque nota tui tibi dextera fratris,
Vnanimi fratris, sine te qui viuere posset,
Ni semper primis tecum vixisset ab annis.
Si qua tamen dubio fallet te littera ductu
Non ea signa putæ finiti morte doloris;
Frigoris esse puta. cursum hic quo flumina sistunt,
Et liquor in calamo dum scribimus ista gelatur,
Nedum perdurent digiti officiumque facessant.
Nota tibi refero. nisi nunc præsentia mentem
Obducunt memorem. & patriam de corde reuellent.
Me tamen interea nec acuti spiritus Euri
Includat tecto aut Boreæ penetrabile frigus.
Cogat ad extructas lentum torpescere flammas;
Non vrbs contineat; libet ire, & quærere circum
Et baculo tentare, aut saxo cominus acto
Frigore concretos amneis. & ponere gressus
Crystallo super instabileis. tum si qua ferendo
Vnda homini durata satis nec grandine scabra
Nec niuibus corrupta. nitet tranquillus vti fons,
Aut veluti speculum formosæ lêue puellæ
Quod pendens apte ad lucem, thalamique fenestram
Arguit incomptos & ponit lege capillos.
Expedio crepidas ligno ferroque rigentes
Ancipiti ferro, quo durum inscribimus æquor,

Subiicio

Subiicioque pedi, & circum conſtricta ſupraque
Vincta ligo, ne planta aliquo, laxata vacillet,
Neu qua deflectant crepidæ talumque relinquant.
Inde, velut tenſum quis inambulat arte rudentem,
Cui premitur prona ſubiecta nouacula planta;
Sic greſſus tenui nixos mucrone mouemus,
Diuerſoſq; pedes nunc hunc, nunc tendimus illum
Inlatus, & trahimus longo veſtigia ductu,
Alternaſque notas alterno pingimus enſe.
Poſt, vbi collectæ vires, immota tenentes
Crura pedeſq; ambos, per longum labimur æquor,
Quam non præcipites biiugo certamine currus.
Qualis ab excelſa teſtudine Chaonis ales
Rura petens, plauditque alis, & verberat auras,
Dein liquidum tacitis perlabitur aera pennis.
Quinetiam ſeu ſtare libet, greſſumue referre
Vnde abitum, talos facili ſimul arte locamus,
Diuerſoſque pedum digitos, verſique repente,
Cum ſtrepitu, latum per marmora ducimus orbem.
Immenſo velut in pelago deprenſa carina
Vertitur ad claui nixum; tum limite longo
Circulus apparet circumſpumantibus vndis.
Nec ſolis ars nota viris; ars nota puellis
Hæc etiam iunctique volant per marmora amantes,
Aut ſi quæ teneros ignorant ducere greſſus
Inſiſtunt latis ſoleis, binoſq; prementes
Sub pede mucrones, iuuenis curentis in vlnis
Immotæ ſtantes vertuntur, & æquora tranant.
Ipſe Amor in medio fertur tædamque coruſcat,
Quaque volat menteſq; hominum colliquat, & æquor.
Sæpe aliquis iuuenum glacie (quis credat?) in ipſa
Inuentos, abiens ſecum tulit inſcius igneis,
Quos non bruma rigens niuibus ſopire geluque
Poſſit, nec vaſtis extinguere Tethys in vndis.
Sunt etiam Nymphas qui ſe vidiſſe per vmbram

Ad

Ad Lunæ radios certanteis flumine clauſo
Sic memorent, curſu placidos imitante natatus,
Haſque olim Batauis artem monſtraſſe colonis.
Vnde etiam Crepidis nomen regionis adhæſit,
Raraque iam Batauos ignorat terra cothurnos,
Quos plana exercet per aquoſas Flandria valleis,
Et fœcunda Brabantiacæ per flumina gentes,
Cimbriq;, Morinique, & gens infrena Sicambri,
Et quoſcunq; præmunt glacialis ſidera plauſtri.
Forte puer patrio & quondam ſic luſit in Hebre,
Cuius ſuauidico celebrauit carmine fatum
Ingenio duriſque potens Germanicus armis.
Nam quis tam rapidum credat decurrere flumen
Illapſum, vt tantis impingat viribus vllum
In glaciem aduerſam caput vt ceruice reuellat;
Ipſe niſi ingenti impulſus ſeſe obiiciat vi.
Illum igitur quoque ſic vt nos luſiſſe putarim,
Et ſummis rapide connixum viribus iſſe
Præuertentem emiſſam arcu per inane ſagittam.
Cum ſubito glacie rupta ſubſidit, & actus
Impete in oppoſitam nudato gutture teſtam
Diuiditur; partes fluuius celer abſtulit imas,
Prolapſumque caput glabro ſuper æquore longe
Purpureum calido duxit de ſanguine ſulcum.
Infœlix puer, & nimium temerarie, quænam
Te feſtinantem tenuit tam dira cupido,
Vt fluuio non ſat durato inſiſtere velles;
Neu potius malles non alta ludere foſſa,
Aut prato, exigua flumen quod texerat vnda
Exundans, facilique gelu durauerat aura?
Tu dabis exemplum nobis, audacia quanti
Conſtet, & vt maneat timidos longæua ſenectus.
Sed quo diuerſum pueri miſerabile fatum
Me rapuit, Germane, diemque educere fecit?
Ergo vbi nox grato iuſſit deſiſtere ludo,

Sole

Sole cadente domum calidi, brumæque malignæ
Ignari petimus. tum vero tendere gressus
Nequicquam lentos, & proreptare videmur,
Qualiter in somnis vani molimina cursus
Nitentem frustra exercent, genibusque labantem;
Quærentemque suo notas in corpore vires.
Hoc ego te lusus patrios, germane, videre
Paulisper volui. & patriæ meminisse per illos
Ignotos istic lusus, vbi frigida nunquam
Stringit hyems vndas, vbi semper Citrius auro
Stat grauis, Herculea quondam sata semina dextra,
Hesperidum è syluis occiso rapta dracone.

*Florentio Grebouallo, nouo amico.*

Florenti, cuius mihi fama & nomen amari
Cœperunt dudum facies nunc denique visa
Aggessit curas, calidumque intendit amorem;
At comis, doctoque fluens purissimus ore
Sermo. pudorque decens, facilisque per omnia candor;
Et probitas animusque boni & sectator honesti
Me rapuere mihi; iam primum accisa maligne
Sensi audisse prius de te præconia famæ.
Sicine docto Vigli fictu me Carole Tysnac
Decipere optastis, tantaque auertere præda?
Dum mihi sic ambo iuuenem laudastis amicum,
Vt laudanda nimis multa & maiora supersint,
Præsentemque mihi plus vna prōbauerit hora?
An metuistis enim ne si mihi nota fuissent
Quæ vestros rapuere animos, irrepere & ipse
Tantarem medius, sociaq; in parte receptus
Vobiscum pariter amorem, proque triente
Curam in me vestri sensim quoque deriuarem?
At frustra certe atque ab re metuistis amici.
Omnis amor siquidem flamma est si viribus vlla
Est adluendi fides, at flamma viuida virtus

Accensa.

Accensa de sese aliâ nil segnius ardet.
Nescit sanctus amor scindi, verum vnus & idem
Complures solida gaudet virtute beare
Ipse autem tanti neque sum, nec me reor esse,
Vt veteres ego Florenti nouus inter amicos
Et tales cupiam scribi, verum vltimus esse
Nunc tibi amicorum, atque ima pendere papyro
Optarim, regumque putem potiora triumphis.

*Ad Caspar um Schetum.*

Schete meos serie licet vltimus inter amicos
Cum primis dilecte tamen, seu candida virtus
Qua luces facit hoc facilis seu gratia morum,
Seu nos Musarum sociant communia sacra,
Siue, quod ipse reor, genios donauit vtrisque
Quam potuit Natura pares atque æthere in ipso,
Vnde meant animæ mortalia corpora sumant,
Adstrinxit similes occulto fœdere mentes.
Ecquid te nostri consumit mutua cura?
Ecquid scripta tibi veniunt hæc grata legenti?
Mi certe fortunæ inter mil munera magna
Gratius esse queat præsertim cernere postquam
Non datur, & dulces coram variare loquelas,
Quam si picta tua veniat mihi littera dextra.
Inuida quid Fortuna duos disiungis amantes?
Quantum erat vt sineres iungi nos ædibus iisdem,
Aut hoc si nimium est claudi nos mœnibus iisdem?
Tunc non vlla dies sine te mihi Caspar abiret,
Tunc resideis tecum reuocarem ad carmina Musas,
Quæ nunc me fugiunt auersanturque vocantem.
At certe memini cum mecum frater vterque
Heic ageret, Phœbumque patrem totumque sororum
Ad nos sponte chorum deserto Helicone venire,
Et canere ad citharam, & facileis ductare choreas?
Credo equidem socios suetæ coniungere cantus

Effu-

Effugiunt solos; quid enim sine teste suaue est?
Te te autem ante alios testem sociumq; perennem
Optarim, te authore meos compungere versus,
Ni placeant te authore alios vulgare per orbem,
Iudicioq; tuo nostræ primordia famæ
Quærere, vel tacitis nosmet damnare tenebris.
Non eget te lusus nostros neq; seria nostra
Celarim, non quos celari iussit amores
Ipsa Venus, Veneriſque puer; nam sæpe sodali
Quo pereas in amore, aut mœsto pectore clausum
Quid voluas aperire iuuat, lenitque dolorem,
Contra, vt tectius omne malum sic durius angit.
Ignis non aliter Sicula conclusus in Æthna
Sæuit, perque sinus curuos cauaque antra remugit
Feruidus, inde leui emissus per inane volatu
Tollitur, & tepidæ pars fit spirabilis auræ.
Sed quid vota autem dispargimus irrita ventis?
Visum aliter superis, neque tam fœlicia Parcæ
Fata mihi nêrunt, vt nos vrbs vna teneret.
At breue seiungit spacium, quod sæpe licebit
Carpere equo celeri, curru placidaue carina.
Interea nostras implebit epistola partes,
Alterniſq; viis mandata alterna faceſſet.

*Ad eundem.*

Quam gratum teneræ munus rosa verna puellæ
Præcipue chari lecta manu pueri;
Tam gratæ nobis dulces ante omnia Musæ,
Præcipue à charo lumine si qua venit.
Vt modo quæ mandatæ mihi tua Schete ferebat,
Schete animi requies dimidiumque mei.
Illa nigra potuit tristi de pectore nube
Discussa, lucem reddere meque mihi,
Et pene immemorem tanti facere vna doloris.
A chari fratris qui mihi morte manet,

Æternum

Æternumque (fides & amor voluêre) manebit,
Spiritus hos artus donec & aura reget.
Vsque adeo insedit que animæ; subiitq, medullas
Ah dolor, ah grauior mors mihi morte mea.
Lædeos inter qualis concordia fratres,
Quanta fides ollis mutua, quantus amor;
Talis mî tecum nuper concordia frater,
Tantæ fides nobis mutua, tantus amor.
Postque tuos obitus amor idem, eademq; manebit
Postque tuos obitus intemerata fides.
Quam mihi si liceat translata morte probare,
Non cupiam alternas ire redire vias.
Sed quo transuorsum pietas sæuique dolores
Ducitis? hæc Scheto littera scripta fuit.
Indignum lætam frontem illius atque serena
Externi luctus lumina nube tegi
Quin agimus missso potius pro munere grateis,
Optato tantum munere, tamque diu?
Audieram nomen (quis enim non audiit illud?)
Et fuerant Vidæ carmina lecta mihi;
Et quibus ille rudem ad Musas deducit alumnum,
Demonstrans notam saxa per alta viam,
Et quibus aduersos in ludicra prælia ducit
Milite magnanimos cum bicolore duces:
Legimus & quis sit bombyci cultus habendo,
Doctum & Virginibus gratum opus Ausoniis;
Et funus Dauali, & pastorum legimus igneis,
Pluraq; diuino carmina digna viro.
Interea nostras rumor peruenit ad aures
Fœlicem taliam cernere maius opus,
Christiada omnipotentis quod de nomine Christi
Dixit & æternam texuit historiam.
Haud aliter quondam post pascua rura, gregesque
Virgilius Phrygij venit ad arma ducis.
Ex illo, desiderio studioque videndi

Tantum opus, exarsit mens animusque mihi;
Non secus ac inuenis formosæ virginis ora
Artifici vidit cum simulata manu,
Cum qua spes illi tæda est oblata iugalis
Ardet spesque animo non capit ipse suas.
Et meliora animo naturæ muneræ voluit,
Quam liquidus docta quod dedit arte color.
Illum ad speratos si quis deducat amores,
Oraque det dominæ cernere viua suæ;
Et dulceis risus, & blanda mobilitate
Lumina. Apellea non imitanda manu.
Tum coram suaueis haurire & reddere voces,
Non illi vitam debeat atque animam?
At non grata minus nobis tua munera Caspar,
Christias Iliaca non minor historia.
Illam auidis iamdudum oculis atque auribus hausi,
Illa tui æternum pignus amoris erit.
Donari atque vtinam simili mihi munere posses,
Non sinerem hoc tabulis nomen inesse tuis.
Interea sparsas lugubri mœsta cupressa
Ad te nostra venit Musæ reuincta comas;
Vt modo fraternæ defleuit funera mortis;
Heu mihi quam mallem mittere læta magis.
Non sinit at nostri series tristissima fati,
Quæ secum Musas ingeniumque rapit.
Vt quondam celsa fontem sub rupe fluentem
Lenimen longæ difficilisque viæ,
Si circumpositis corrumpat dira venenis
Inuidia exigua qua salit humor aquæ;
Distillat virus, labentesque inficit vndas,
Et late tristem spargit amaritiem.
Te leuius tua fata vrgent, ducuntque sequentem,
Et cura à Musis distinet vtilior.
Nec tamen assidue merces Ioue natus amico
Lucrosas curat numine Mercurius;

Sæpe

Sæpe lyram digitis sua prima inuenta retractat,
Et medius Nymphis assidet Aoniis.
Sæpe ferens patris orator mandata per auras
Alatis liquidum carpit iter pedibus.
Prosperet ille tuas pacata per æquora merces,
Otiaque alterna det tibi blanda mora.
Vt mea sæpæ tuæ veniant ad limina Musæ,
Solamen nostri delitiæque animi.

*Ad Vilelmum Hanetonium.*

Ecquid vbi aspecta est ignotæ littera dextrę
Dum cuius possit esse Vilelme putas;
Ipse inter reliquos occurri forsan amicos,
An memorem nouitas non sinit esse mei?
Illa eadem sensu te titillasse recenti
Debuit, atque aliis præripuisse locum.
Nam vixdum pleno nunc Cynthia fulgurat orbe,
Quæ nos conspexit iungere prima manus;
Occurri certe, nisi me nunc omnia fallunt;
Quæque prius de te nuncia fama tulit
Et quæ tunc præsens oculis atque auribus hausi,
Quæ me nulla quidem fallere posse putem;
Candida mens, come ingenium, mellitaque verba,
Et pactum sanctæ fœdus amicitiæ.
Clausa tamen seu te monefecit epistola nostri,
Seu primum es viso nomine commonitus;
Me raro interea noctis, nulloque diei
Momento immemorem crede fuisse tui.
Huius erunt testes Villanius & Sucquetus,
Charus vterque tibi charus vterque mihi.
Illius, at quæ nunc adfert tibi Musa salutem
Sola mei thalami conscia, testis erit.
Quæ tibi nunc nostra gratatum nomine pergit,
Quod fati exieris sæua peracta tui.
Hei mihi, quæ taleis narrabat epistola casus,

Quam mihi sollicitis auribus hausta fuit:
Hic animus tecum rapida fluitabat in vnda.
Et timuit tecum fata suprema pati.
Anxius à cauda tecum pendebat equina,
Enauit tecum, & redditus ipse sibi est.
Quod nisi, quam nobis legeret Villanius ista,
Saluum dixisset te prius occideram.
Gratia sit nymphis vitreis quæ sedibus omnes
Emersæ, lapso supposuere manus.
Gratia equi dominis, quiq; est modo, quique fuerunt,
Non quod nutrierunt tanta pericla tibi,
Sed quod quæ talem mihi post seruaret amicum
Optima non ferro cauda resecta fuit.
Gratia sed Diuûm inprimis hominumque parenti,
Cui parent tellus, sidera, flamma, fretum.
Hic te seruare incolumen maioribus actis,
Et patriæ voluit & superesse mihi.
Cautior at posthac fugias quæcunque pericla,
Et saluum voluit quem Deus, esse velis.

*Satyra vna.*

Qui fieri credam cadat vt cum messis vbiq;
Magna poëtarum qui fanda nefandaq; vulgant,
Nemo tamen satyra in mores inquirat, & acta,
Nilne adeo carptu dignum est: aut denique risu?
Cum viuat, scribat, vulgetque & plura minatus
Edere, vicinas terrore impleuerit vrbes
Eubalus, antiquis metuentes manibus vrbeis
Auriculisque suis, alio ne protinus ore
Inuitum audirent, & non sua verba loquentem
Eloquij autorem Marcum, normamque Latini,
Barbaraque incompto ducentem carmina versu
Virgilium, infandis demum post multa lituris
Secula deformeis ambos dextraque petitos
Sacrilega; & nemo, ô mores, ô sæcula, clamat?

Intere a

Interea scelerata animis audacia crescit,
Et monstro placet ille suo sibi quantum alieno
Sed meliore suis, recitato carmine turget
Vulpius, alterius mutato nomine laudes
Sollicitus circumiactato lumine captans
Horum vtrum sani minus insanire putemus?
Simia pacta suis à venatore leone
Securam catulis vitam, quo noscceret illos,
Nulla, inquit, sylua soboles formosior omni est.
Ille autem esuriens primos vt forsan in illos
Inciderat, pacti memor hæsit. parcere vultus
Coniectura iubet, similis per cuncta parenti,
Matris verba vetant agnoscere, pactaque soluunt
Commune est vitium vt placeat sua sponsa cuique.
Illa igitur cuicunque nigranti fœda colore
Contigerit, merito illi candida nulla placebit.
At caret hoc vitio communi Vulpius vnus
Qui meliora suis aliena agnoscit ab illis
Quam propriis, laudes malens plausumq: mereri.
Vt Getuli asinus contectus pelle leonis
Quadrupedes inter primos captabat honores,
Et latuit nisi quas extantes turpiter aures
Prodiderant dominum risum pro laude ferentem.
Fœlices quorum Nemesis mendacia velat;
At contra miseri diua qui vindici ludunt,
Nuper vt ignotos curru cum Vulpius idem
Vectores inter magnam vehereturad vrbem,
Quam cunctis notam populis habitabilis orbis
Externa ditat Scaldis parce accola merce,
Vt tota iam pene via sua facta. suamque
Heroum eductam narrarat sanguine stirpem,
Se vatem & sacri consultum Iuris opemque
Afflictis bene ferre reis, se nosse quid astra,
Quid Phœbus, variaq; minetur imagine Luna,
Metiri mundum posse, & suspendere charta,

Pluraque quæ dicturus erat, nisi tam cito ad vrbem
Ventum esset streperetque rota pulsata volanti
Strata silex, finem imponens, verbisque viæque
Heîc quidam, siue admirans, seu (credere vt est par)
Irridens, quæso nobis dic optime vates
Inquit, in hospitium quodnam, te nocte receptes?
Nanque satur nondum doctis sermonibus ibo
Quo me cunque trahes, contra cui talibus ille;
Haud equidem, patria quanquam diuersus ab ora
Vsque adeo hîc ignotus ago, vt conducta subire
Hospitia, ignoto aut cogar succedere tecto.
Est mihi, sitque precor per totam plurimus vrbem
Hospes primorumque addit multa ordine longo
Nomina fallentur causa tamen vnius omneis,
Quærendus licet ille mihi sit flumine menso.
Cogit enim promissa fides, & dextra iuncta
Vrbis in aspectu ripæ vlterioris in ora,
Arx antiqua iacet (nomen simul edidit arcis)
Hæc dabit hospitium nusquam neque lautius vnquam
Tractari memini, nec fallere suauius horas:
Ille autem toto fugit de pectore sanguis,
Audiuit propriæ nomen cum scilicet arcis;
Intuitusque virum, secum non pauca volutat.
Ante oculos coniux forma atque ætate virenti
Sola relicta domi volat, atque incognitus hospes,
Ipse etiam insignis forma viridique iuuenta.
Impatiens tandem; venies gratissimus à me
Si mandata feres, nam sic præcepimus, inquit.
Vulpius hæc contra nondum ruber ora pudore:
Nimirum heîc notus gratusque haud me minus ipso es
Qui sic præcipias, notus sic rettulit ille,
Vt nemo melius, bis septima iam redit æstas:
Cum me custodem agnouit, noscatque præcamur,
Arx hæc quam petere hospitij te lege ferebas,
Nec tamen heîc vnquam memini te cernere, nec tu

Nosse

Nosse videre virum emenso quem flumine visis.
Tum primum dubia viderunt mente pauentem
Vectores, pulsum reuocare per ora pudorem
Mox tamen haud motus, vel tu (quod non reor) inquit
Falleris, aut arcis certe me nomina fallunt,
Atque aliqua est vicina tuæ quo tendimus arci,
(Nec vicina tamen stabat ter millibus vlla)
Cum dictoque abiit, pariter fugiente pudore.

*In obitum Ioannis Secundi fratris.*

Quis luctus lachrymæve, aut quæ lamenta dolori
Sufficiant nostro: nunc claro pectora planctu
Irrequieta sonent. nunc fœmineo singultu
Vrbem orbemque implere iuuat, si forte leuetur
Immensus dolor, & mens debacchata resideat.
O maria, ô terra, ô quod circuit omnia cœlum
O crudele nefas, ô sæui iniuria fati,
Naturæque vices inuersæ, ô plurima Diuûm
Inuidia, ô quondam mea maxima gaudia frater,
Nunc dolor, afflictoque niger sub pectore luctus.
Quam mallem has lachrymas hos te charissime questus
Impendisse meis meliori carmine fatis.
Hæccine quæ nuper de te sperare iubebas?
Hisne celer reditus tua quem mihi littera pacta est
Idibus his ad me Bruxellæ mœnia linquens
Quam dederas? nondum ecce nouæ venere Calendæ,
Aduentumque tui subito mihi fama ministri
Nuntiat; extemplo circum præcordia sanguis
Horruit, & manifesta mali præsagia tanti
Mens perculsa dedit. Sic ad præsepia nota
Turbatus sonipes, domino sessore relicto
Accurrit, casuque domum conturbat acerbo,
Illum autem in syluis immitis turba latronum
Infelicem aura spoliatum animaque reliquit,
Incautumve palus ignoto vortice sorpsit.

Flent vxor, natique, incertaque funera lugent,
Felices illi præ me, cui certa malorum
Stat ratio, veraxque nimis cui nuntius aures
Læsit, & æterno damnauit lumina fletu.
Ergo procul dulci patria & natalibus aruis
Sic germane iaces? at diui vicus Amandi
Extremos hausit gemitus morientis, & ora
Hyblæo nuper clausit manantia melle?
Et terra texit. quarta quem viderat ante
Viuentem validumque die, nec viderat ante
Quam fato cum nunc illuc vrgente venires?
Quid nunc Hesperiam obstanteis fugisse per Alpes
Profuit, & patriam terraque marique petisse?
Vt nostras interque manus atque oscula nota
Longinqui ferres leuius fastidia morbi,
Aut melius certe ac patientius expirares?
Inuidit fortuna necis solatia, & ægro
Desperatam animam charos vix inter amicos
Ducenti placidam mortem indignatæ negauit,
Vt prope sanatum subitò crudelius inter
Ignotasque manus extingueret, extinctumque
Externa tegeret tellure, nec optima mater
Circumfusa sui corpus mœstissima nati
Oscula non iteranda daret. gemitusque supremos
Ore suo legeretque animam morientis ab ore,
Obtegeretque extrema oculos in morte natanteis,
Ne soror abscissos aut hæc aut illa capillos
Cumque thymo molli. cum purpureis hyacinthis,
Rore maris violisque & odoræ germine myrthi
Munera summa tuo iniiceret deuota sepulchro.
Ne fratres mœsti, atque horum mœstissimus ipse,
Vltima pallidulis mandata excerpere labris
Supremumque vale coniunctis dicere dextris
Possemus; mutam neu defleremus ad vrnam
Compositum, & magna maneis ter voce vocantes

Docto-

Doctorum lachrymis circum ſtillante corona,
Et noſtras ſingultu interrumpente querelas,
Iremus præclara tuæ per facta iuuentæ;
Dulcibus vt Mutis tenero deuinctus ab æuo
Cum bis quintus adhuc paruo decurreret annus,
Iam tunc imperio cantabas docta magiſtri
Carmina, ſic illi tamen haud vulganda per orbem.
Tunc ſpes nata tuis amplæ certiſſima frugis
Non aliter quam cum tenera denſiſſima in herba
Stat ſeges, & tectam viridi velamine terram
Eripit ex oculis. læti per rura coloni
Dona ferunt diuis. & ſpe paſcuntur opima,
Horreaque extendunt venturæ ampliſſima meſſi.
Atque vtinam non horum aliquis ſua dona repoſcat
Ingratos diuos, miſta ſi grandine turbo,
Aut niger albenteis contriuerit imber ariſtas,
Et latè diteis opibus ſpoliauerit agros.
Relliquias tempeſtatis, raroſque maniplos
Cum lachrymis gens mœſta legat, lectoſque vacantis
Exigua late tecti ſub parte reponat
Sic obtrita tui nobis ſpes maxima, frater,
Ingenii, ſic pauca pia nunc fraginina dextra
Colligimus, ſeclis tamen haud ſpernenda futuris.
Ni me fallit amor, niſi nil præſagia vatum,
Nil fidei ſacer ardor habet, tua Iulia viuet
Æternum, viuent formoſa blanda Neæræ
Baſia, diuerſique alii quos ludis amores,
Dilecti viuent ſolatia blanda ſodaleis
Viue tuis celebrati Elegis, ſeu littera notos
Quos tua per geminos faciet diſtincta libellos.
Odæ Pyndaricæ viuent imitamina chordæ,
Et ſalibus conſperſa ſuis Epigrammata parua,
Quin ſua defuncti per te poſt funera viuent,
Queis tumulos pius, & tumulis pia verba dediſti,
Quæ legat & ſanctos maneis ventura ſaluret

Posteritas, similique optet notescere vate.
Orphea perpetuum Lycidas patrem Orphea vatum
Coniuge mœrentem rapta canet, aurea semper
Aurato celsa in solio Regina sedebit
Sola potens rerum domitrixque Pecunia fati,
Æternum syluæque tuæ, & tua fama virebunt.
Nulla dies vnquam tales, plaga nulla, labores
Nescier artificesque manus, & cæla Poëtæ,
Julia quæis viuo formosa in marmore spirat;
Et formosa Neæra atque altera tertius ignis,
Et chari fratrum vultus, charique parentis
Oraque amicorum varia, & tua maxime Cæsar
Nunquam sculpta alia melius simulatave dextra.
Quid memorem, argilla solitus quos ducere ab vda
Viuentes hominum vultus, vultusque Deorum?
Quæ cuncta aspiciens, & nomina nota Secundi
Posteritas studiosa legens, mirabitur olim
Phidiacasque manus, facundique ora Properti,
Et tantam prima spem præsecuisse iuuenta,
Claudenti primum nonæ trieteridis annum.
Quid referam, merita iuuenilia tempora lauru
Vrbe tua Biturix dextra præcincta verenda
Alciati magni, sanctarum insignia legum?
Quæ nunc quid prosunt? quid tot volitasse per vrbes?
Quid pietas tibi mitis heri? quo celsa Toleti
Præsule Diis grato fumant altaria thure,
Quem dominum dudum suspirat maxima Roma?
Ille tibi, arcanasque notas, arcanaque scripta
Credidit atque tua gauisus scribere dextra est
Magnanimos Latii ad Proceres, dominæque potentem
Paulum vrbis dominum. Quin & te Cæsaris arma
Instructamque sequi iussit per cœrula classem
Cum Mytilenæo, Libycas qui insederat oras.
Prædoni nuper bellum exitiumque pararet,
Fœnorumque inauita reponere regna Tyrannum

Expul-

Expulsum vltro iret mundi pacator, vt esset
Victuro præsens qui posset carmine bella
Tantaque magnanimi describere Cæsaris acta.
Deinde vti victorem terraque marique secutus
Flauentem ad Tybrim, magnæque palatia Romæ
Pontifici summo summos orator honores
Nomine gratareris heri, triplicemque coronam?
Obstitit atra lues & diri iniuria morbi
E mediaque via vestigia vertere retro
Compulit & patrias inuitum quærere sedes
Heic illic subsistentem, inualidumque potenti
Cedentem morbo. tandem tenuissima venit
Ad nos vmbra tui; sic te charissime rerum
Aspicimus dixi, lachrymis amplexus obortis,
Lætitiamque inter dubius mœstumque dolorem,
Et dudum ipse meæ damnans præsagia mentis
Hei mihi non frustra. quid enim patrii aëris haustu
Profuit excussisse refecto è corpore morbum?
Relliquiæ pulsi subito si funere morbi
Sternere debebant firmatam penè salutem?
Quid precibus nostris fractæque ætate parentis
Concessisse iuuat patriis ne rursus ab oris
Cedens, morbiferis ambustum solibus orbem
Taueræque tui peteres cupidissimus aulam,
ed patrios intra fineis cum præsule sancto
raiecti cui cessit apex & maxima templa
onditione ageres simili sed non diuturna.
am summos paulo ante dies ad Cæsaris aulam
Qui tunc pacata Tyriæ arthaginis ora
strabat Latias populis gratantibus vrbes)
ccersitum vltro Pernoti littera venit.
ernoti. sine quo magnos nil Marte togave
sar agit dudum. Hesperia cui notus in ora es
genio quantum, dextra, linguaque valeres)
saris vt signata manu quacunque Latino

Litte-

Littera ferretur latum sermone per orbem
Ingenii illa tui dextræque opus esset, & oris.
Fata retraxerunt iter importuna parantem,
Inque alias egêre vias, nemo vnde reuerti
Ingressus potuit semel, infandoque sopore
Heu dulceis oculos & doctæ murmura linguæ
Damnarunt doctasque manus. crudelia fata,
O crudelia fata, & vos (si dicere fas est)
Crudeles diui. qui fatis cuncta licere
Concessumque homini naturæ legibus æuum
Florenti sinitis præcidere sæpe iuuenta
Æternum ô mihi frater aue; te plorat ademptum
Vna omnis turbata cohors studiosa, virique
Artifices plorat senio confectaque luctu
Mater, & in miseram partem germana doloris
Terna venit, ternique, tibi fidissima quondam
Pectora. postque obitum fidissima pectora fratres.
E quibus hic, primis tecum qui vixit ab annis,
Et penè æquæuam tam longum tramite vitam,
Quæ supereſt in vita. fides pietasque sinetis.
Produxit simili. vitæ nunc parte carebit
Dimidia meliore suæ. dum viuere partem,
Quæ supereſt in vita, fides pietasque sinetis.

---

## CORNELII MARTINII ANTVERPII.

*In Doctoratum Ioan. Mylii.*

IAm stragem acerbam dat populis, Dea,
Vicosque magnos sternit & oppida
Immanis inferûm satelles
Illa Hecates famula vna pestis.

Porthmeul-

Porthmeusque cymbæ pertimuit suæ,
Vmbrisque tot iam se esse parem negat.
Vicarios Plutona poscunt
Æacus & Rhadamanthus atrox
Minosque, semisses sibi Manium
Ni iniudicata lite relinquier
Malit, vel illibata Auerni
Iura leues temerare ventos.
O quæ beatas incolis insulas,
Regina vitæ, gemmea vanitas
Seu te pater primus creauit
Coniugio generosa primo,
Cum magnus æther coniugis in sinum
Lætæ maritus fluxit. & illici
Consertus intimas pererrare
Omnis iit penitus cauernas:
Mundus creandi disceret vt vias,
Pulchros stupescens vndique progredi
Fœtus, nouellulasque vitas
Lacte mero aut saliente riuo
Percellere vnà te duce; seu tibi
Genus parentum est altius. & Chaos
Te nouit antiquum, priusquam
Semina terræ, animæ marisque
Et lucidi ignis pax melior tamen
Discors, ligasset. dissociabili
Coniunctione & vsque amicas
Esse inimicitias iuberet.
Quacunque nata es tandem ab origine
Præsens salutem sistere supplici,
Ades benigniore vultu,
Nec patere vt tua diua regna
Excetra vastet exitiabilis,
Tuamque messem demetat Eumenis:
Caris vt incidens aristis

Flamma

Flamma ruit furibunda. præceps
Quam trudit Eurus. pabula ſuggerens
Quacunque campi ſe ſpatia explicant,
Et culta honoribus ſuperba
Igne nouo peritura monſtrant.
Audimur? an me fallit amabilis
Spes, heu timori obnoxia ſpes nimis!
Audimur. appropinquat euoë
Certa ſalus, comiteſque ducit
Quotquot beatis repperit inſulis;
Vitam ſerenam, lætitiam integram,
Ludoſque molles, & remiſſum
Curâ animum penitus ſolutâ.
Quin Æſculapi bis duo lumina
Accingit, hoſtem quæ ſibi poſtulant
Eccilla iamdudum coronam
Dum capiunt meritis paratam.
Quos inter vnum te tueor libens
Myli, patrimæ cura viraginis
O corculum Phœbi, ſororum
Flos Aganippidum, & Hippocrenes.
Bonum hercle factum: ſic decuit diu
Cui tota mens ſe immerſerat intima
Doctrinæ abyſſo, vile quæ nil
Nil humile vnquam agitârat olim.
Sed quam iuuarat, quo melius nihil
Natura finxit, tanti operis parens
Cœlum intueri, & vſque ſolis
Magno animo penetrare currum.
Quam deinde ſacro clauſa ſilentio
Arcana veſtæ irrumpere. & abditis
Ortuſque deceſſuſque rerum
Perpetuo inuigilare cauſis.
Quæ vis ſit herbis, quæ lapidum indoles
Scrutari, & almo quicquid habet ſinu

Quod

Quod prodiga benignitate
Magna parens tibi terra sponte
Ostendit omne, vt diuitiis potens
Illisque pollens viribus acriter
Insurgeres contagiorum
Contra acies nimium valentes.
Has quando tali disiicis impetu,
Vtte stupescat sacra Hygieia,
Quid amplius vel gratulemur
Soliciti aut tibi comprecemur?
Nomen superbum; purpura, sericum
Aurumve non me commouent, tua
Virtus Myli & doctrina sollers
Me mihi surripuere pridem.

---

## LVDOVICI MAZVRII
## NERVI.

*Ad Carolum Lotharingium Cardin.*

CArole, qui serie longa nomenque genusque
Regum alto clarus de sanguine ducis auorum.
Sextus ab indigno profugum (sic fata ferebant)
Me passim exilio, commoti ob Numinis iram,
Annus agit. neque præsentem aut optata leuauit
Lux animum, aut membris nox attulit vlla quietem.
Longa sed immeritum non æqui iniuria casus
Terraque, incertoque mari, cœlique ruinis
Vsque sequens premit: & toto vix orbe relictam
Erranti latè tribuit sors inuida sedem:
Qua comes, & tanti sola heu mihi Musa laboris
Conscia, sistat humo gressum: ac miserantibus agris
Mœsta canat facili conceptum voce dolorem:

Ni tua

Ni tua me, qua fessa vagus vestigia fixi,
Austrasia, & lucus frondens, & pinguia culta
Detineant amnisque sacer, collesque supini:
Ereptumque atro pacati turbine seruent.
At tiepido cœci terrent horrore tumultus
Vndique: & armato stipatus milite Mauors
Cæde madet: furit ense ferox: ac triste minatur
Exitium summis euertens funditus arces.
Sic grauis immensum multis Latona per orbem
Acta malis, vtero gestans duo numina, duros
Pertulit (infandum) casus: omnisque negauit
Terra locum, Dea defectos vbi poneret artus:
Forte natans alto donec leuis æquore Delos
Errantem accepit. correpta doloribus illa,
Dum parit inuita prolem Iunone gemellam,
Neptunum & ventos audit transuersa frementes.
Insula prærupto circum vaga gurgite fertur.
Haud secus innumeris agitatum erroribus vrget,
Et quatit ingeminans stridentibus acta procellis
Tempestas: ac latè ingens circum ingruit horror.
Quas non interea clades, quos vndique luctus,
Terroresque nouos quæ non ego funera vidi?
Nam primum vt Regem, cœlo quem summa locarent
Inuidere Deum desertis numina terris
Franciscum tanto stupuit perterrita casu
Gallia: & attonitæ cum vatibus ardua sanctis
Saxa per, Aonides passis errasse feruntur
Crinibus, ignotosque fugam tenuisse per agros.
Quarum sacra ferens, animo mihi conscius æqui,
At vigili inuidia, & fatis agitatus iniquis,
Ipse lares primum patrios & Gallica liqui
Arua procul dulcem Austrasiam, sedesque negatas.
Hinc Vogesi rupes, & quà se vallibus imis
Gens ad nubiferas Heluetia porrigit Alpes,
Et Ligurum cursu populos, & Hetrusca peragrans

Litto-

Littora, Trinacriamque, & Parthenopeïa regna,
Ausonij flauum consedi ad Tybridis amnem.
Hic mihi dum grauibus miscentur sola querelis
Antra, nemus, colles & musco stagna virenti
Obsita cumque feris saltus atque inuia lustra,
Bis septem exactis alter iam mensibus annus
Incessit, nec dum optatæ spes vlla salutis.
Scilicet auxerunt altum geminata dolorem
Tempora, continuò magnum quibus Orphea cantu
Amissæ casum Eurydices, & sæua querentem
Fata Deum, gelidis olim audiuere sub antris
Aëriæ rupes & Strymonis vnda vadosi.
Ecce autem triplici fulgens incana corona
Tempora longæuus Diuum qui templa sacerdos
Incoluit, fato concedit Paulus, & omnes
Vndique purpureo velati corpus amictu
Conueniunt fratres: hinc sacra cœtus in æde
Funera diuino celebrat suprema parenti:
Inde sacerdotem, senior qui limina seruet
Celsa Deûm vates, incendatque ignibus aras,
Præficit assiduum templis, altisque locatum
Sedibus immenso chorus admiratur honore.
Quos inter medius proceres, & gloria sancti
Prima nites, & pars incedis magna senatus.
Ipse quoq. Austrasia patruus de stirpe Renati
Filiius, Assyrio splendet cui murice vestis,
Sese infert Janus medijs alteque decoram
Cæsariem, & lætos oculis ostentat honores.
Ianus qui quondam, incolumis dum vita manebat,
Per medias Gallorum vrbes, & Regia tecta,
Se tulit ingenti comitem spectabilis heros
Francisco, fixitque pari vestigia gressu.
Ille, vbi funeribus summa ad delubra peractis
Extinctæ siluere faces, & sancta Deorum
Sorte nouus ducta datus est ad limina custos,

Impiger ad patrios cursu remeare penates.
Contendens, alta secum me protinus vrbe
Cunctantem studet ad lætos abducere fines.
Exanimemque metu. neque adhuc ingentibus ausum
Principis illæsi non me submittere iussis,
Firmat, & insonti placandam numinis iram
Promittit, certamque benigno à Rege salutem.
Namque suis illum precibus, noua munera, pacem,
Quam supplex reduci parat exorare, daturum
Sperat. ita admonitu præsentem hortatur amico,
Quem prius & scriptis absentem lenibus heros
Optimus. & vero solatus amore fuisset:
Immenso hunc ardore ducem sequor, atq; niuosas
Frigora quas validis agitant aquilonibus Alpes
Emensi, patriæ ventum est vt gentis ad oras,
Qua longè placidus cursu freta lata petenti
Se Rhodano confundit Arar, vestigia læti
Ponimus: hic grauior confestim nuntius aures
Vulnerat, indigno referens vt funere, Iani
Claudius occiderit frater fortissimus olim
Herôum: cui te genitrix Antonia Regum
Sanguis, & antiqua ductas à stirpe sorores,
Totq; tuos enixa tulit, sua pignora, fratres.
Quorum quid memorem laudes, & fortia facta?
Instructæ horrescunt acies duo fulmina belli
Franciscos: hunc terrestri fera marte gerentem
Prælia, seu dux acer equis in. sæua furentum
Arma ruit, pedes aduersum seu fertur in hostem.
Æratas illum rigida in certamina classes
Per medium, remis stridentibus, æquor agentem,
Præclarum aduerso fulget cui pectore belli
Insigne, egregioque nitet decus ore paternum:
Sublimem pietas Ludouicum insignis ad astra
Tollit, qui pura Diuum prece numina placat,
Et supplex meritos aris incendit honores.

Magna-

Magnanimi nomen referens animoſq; parentis
Claudius. hic vbi cum duris horrenda Sueuis
Feruidus audaci committit prælia dextra,
Cæde furens, equitum medio dux agmine fertur.
Obuius ac ſternit denſos acerrimus hoſtes.
Ecce autem à ſummo deuexi vertice montis,
Quà nemus inſidias vmbra occultabat opaca,
Seſe armata procul gens impete barbara vaſto
Præcipitat: totos & equis & milite campos
Complentes latè, veluti quum ſpumeus omnem
Sternit agrum, & rapidò defertur flumine torrens,
Nix vbi ſe, quàm multa iugum tegit omne, reſoluit
Victa Noto, ſonitumque ciet per ſaxa frementem.
Heu inuicta doli premitur molimine virtus.
Gallica per dumos acies, perq; arua ruentum
Ingenti numero, & circum obruta funditur armis.
Ipſe ſuper comitum, non æquo Marte, cruentam
Proiectus ſtragem, ſæuo dux vulnere corpus
Saucius, ora lacer, fœdatus ſanguine crinem,
Vi procul (horrendum) rapitur, captiuus & hoſtii
Dat ſpolia ac Scythiæ immanes auferitur ad oras.
O inuiſa ducum clades, ô dira madentem
Mors adeo maculans generoſo ſanguine terram.
Sic Fabij quondam Cremeræ diffuſa rapacis
Ad vada pugnantes, multiſq; in millibus acri
Duruni inuadentes belli certamine Martem,
Tyrrhena cecidere manu, ſed fama per æuum
Durat, & inuita ſtat gloria morte ſuperſtes.
Nec minus & qui ipſa de ſtirpe Renatus auitii
Nominis eſt hæres, primo vix flore iuuenta,
Nec dubia ſignatus adhuc lanugine malas,
Se procul in medium fert imperterritus agmen.
O quantum (ſuperet iuueni modò vita Renato)
Sanguinis effundet, pubis cædem vltus acerbam
Amiſſæ, & ferro captiuum vindice fratrem!

Hic ego nec merita quas tollit laude sorores
Fama vigil, sileam. Ludouicæ (vt dura tulit sors)
Florentem rapuit mors immatura iuuentam:
Cui domus antiquum dederat Chimeia nomen.
Æternum sed enim toto clarissimus orbe
Viuit honos: & quem decuit seruare pudorem,
Nunc ipsa sequitur manes in morte sepultos.
Stant aris aliæ vigiles, & numina circum
Sacra canunt, onerantq; ardentibus æthera votis.
Plurimus his nitet ore decor, virtutis & alto
Corde pium seruant, & virginitatis amorem.
Te Maria extremo penitus Regina repostæ
Occeano gentis, magno summissus honore
Commemoro, quàm sæpe altum mirata per æquor
Ducentem Tethys acies armisq, potentem:
Cui freta deuexo iam sole tepentia latè,
Oræ cui dulces regnantur, & vltima Thule.
Et modò secura gentes in pace quietas
Illa regit natæ, superat quæ sola parenti,
Connubia expectans, iuuenem cui læta iugali
Delphinum sociare parat Saturnia vinclo:
Iamq; faces incendit hymen: his Carole fatis
Amissi mortem solare parentis iniquam
Quem simul ac diro sublatum funere Ianus
Audijt, attonitus casu, lucemque perosus
Ingemuit, grauis ossa dolor labefacta peredit:
Altaque turbarunt insomnes pectora curæ.
Protinus improuisa ruens, extrema gementem
Deijcit, exanimesq; viri mors occupat artus.
At chorus Aonidum flentes, heu flumine passos
Impleuere sinus: indulsit mœsta dolori
Gallia, & Ausoniæ gentes, clarique nepotes.
Hic miser amisso certæ ductore salutis
Quid facerem? quo me, nondum mihi Rege timenti
Pacato ferrem? aut quæ me fortuna maneret?

Monti-

Montibus & syluis errans, hominesq; Deosq;
Incusaui amens, & questibus omnia late
Commoui: sic Australia tellure potitus,
Arma inter, sonitusq; tubarum & stragis aceruos
Vitam ago: sed iuncti quæ spes est fœderis olim
Cessurum posita promittit casside Martem.
Hanc sperare tuo liceat mihi munere pacem
Insonti: sit fas hic viuere neutra sequuto
Arma ducum & Regis placatam agnoscere mentem:
Cuius & assiduus castris ego miles in hostes
Arma tuli & melius festa quæ pace geruntur,
Quantum opus est, animo seruaui cuncta fideli.
Nec me diuersis addictum partibus, vllæ
Senserunt gentes, acer seu prælia Mauors,
Miscuit, optatam seu pax dedit ordine sortem.
Cœlum ipsum, vltoresq; Deos, & sydera testor
Haud vnquam admisso læsum mihi crimine Regem.
Gallicus æterno gaudet gens Neruia sanguis
Fœdere, nec partes alias, aut extera castra,
Signaue quæ signis Gallorum aduersa minantur
Sustinuit malesida sequi: sed Regia gestans
Arma, fero validas ostendit pectore vires.
Quod te, si quis amor veræ pietatis amicam
Oro imploranti fer opem, vt quæ vita labores
Acta per innumeros, æquo iam numine partam,
Quod superest æui, peragat secura quietem.

*Ad Ianum Bellaium Cardinalem.*

Vix ego conspectu nuper diuulsus abibam
Iane tuo mœrens, & equo referebar in vrbem:
Tuq; domum interea lætis, & Gallica longè
Passibus arua petens, Regis mandata sequutus
Impiger Ausonij deserta littoris ora,
Pergebas, iter aërias qua ducit in Alpes.
Ecce per vmbrosas valles, collesque supinos

Hic ego nec merita quas tollit laude sorores
Fama vigil, sileam. Ludouicæ (vt dura tulit sors)
Florentem rapuit mors immatura iuuentam:
Cui domus antiquum dederat Chimeia nomen.
Æternum sed enim toto clarissimus orbe
Viuit honos: & quem decuit seruare pudorem,
Nunc ipsa sequitur manes in morte sepultos.
Stant aris aliæ vigiles, & numina circum
Sacra canunt, onerantq; ardentibus æthera votis.
Plurimus his nitet ore decor, virtutis & alto
Corde pium seruant, & virginitatis amorem.
Te Maria extremo penitus Regina repostæ
Occeano gentis, magno summissus honore
Commemoro, quàm sæpe altum mirata per æquor
Ducentem Tethys acies armisq; potentem:
Cui freta deuexo iam sole tepentia latè,
Oræ cui dulces regnantur, & vltima Thule.
Et modò secura gentes in pace quietas
Illa regit, natæ, superat quæ sola parenti,
Connubia expectans, iuuenem cui læta iugali
Delphinum sociare parat Saturnia vinclo:
Iamq; faces incendit hymen: his Carole fatis
Amissi mortem solare parentis iniquam
Quem simul ac diro sublatum funere Ianus
Audijt, attonitus casu, lucemque perosus
Ingemuit grauis ossa dolor labefacta peredit:
Altaque turbarunt insomnes pectora curæ.
Protinus improuisa ruens, extrema gementem
Deijcit, exanimesq; viri mors occupat artus.
At chorus Aonidum flentes, heu flumine passos
Impleuere sinus: indulsit mœsta dolori
Gallia, & Ausoniæ gentes, clarique nepotes.
Hic miser amisso certæ ductore salutis
Quid facerem? quo me, nondum mihi Rege timenti
Pacato ferrem? aut quæ me fortuna maneret?

Monti-

Montibus & ſyluis errans, hominesq; Deosq;
Incusaui amens, & queſtubus omnia latè
Commoui: ſic Auſtralia tellure potitus,
Arma inter, ſonitusq; tubarum & ſtragis aceruos
Vitam ago: ſed iuncti quæ ſpes eſt fœderis olim
Ceſſurum poſita promittit caſſide Martem.
Hanc ſperare tuo liceat mihi munere pacem
Inſonti: ſit fas hic viuere neutra ſequuto
Arma ducum & Regis placatam agnoſcere mentem:
Cuius & aſſiduus caſtris ego miles in hoſtes
Arma tuli & melius feſta quæ pace geruntur,
Quantum opus eſt, animo ſeruaui cuncta fideli.
Nec me diuerſis addictum partibus, vllæ
Senſerunt gentes, acer ſeu prælia Mauors,
Miſcuit, optatam ſeu pax dedit ordine ſortem.
Cœlum ipſum, vltoresq; Deos, & ſydera teſtor
Haud vnquam admiſſo læſum mihi crimine Regem.
Gallicus æterno gaudet gens Neruia ſanguis
Fœdere, nec partes alias aut extera caſtra,
Signaue quæ ſignis Gallorum aduerſa minantur
Suſtinuit maleſida ſequi: ſed Regia geſtans
Arma, fero validas oſtendit pectore vires.
Quod te, ſi quis amor veræ pietatis amicam
Oro imploranti fer opem, vt quæ vita labores
Acta per innumeros, æquo iam numine partam,
Quod ſupereſtæui, peragat ſecura quietem.

*Ad Ianum Bellaium Cardinalem.*

Vix ego conſpectu nuper diuulſus abibam
Iane tuo mœrens, & equo referebar in vrbem:
Tuq; domum interea lætis, & Gallica longè
Paſſibus arua petens, Regis mandata ſequutus
Impiger Auſonij deſerta littoris ora,
Pergebas, iter aërias qua ducit in Alpes.
Ecce per vmbroſas valles, colleſque ſupinos

Prospicio, & latè per deuia rura vagantes
Crinibus Aonidas passis: cressam illa sinistra
Barbiton, hæc citharam dextra, plectrumve tenebat:
Nec grauis incessu chorus ipse, nec vlla sororum
Laurigera solitum seruabat fronte nitorem.
Omnis at insano fugiens errore virentes
Turba peragrabat saltus, gemitumque ciebat
Ingentem & misero dumi plangore fremebant.
Quales in mediæ sacri trieterica Bacchi
Phocidis excelso quum Mœnades Orgia monte
Festinant, Thyrsisque leues frondentibus auras
Cum clamore rotant in gyrum, & acuta repulsant
Tympana, concussoq; omnis tonat ære Citheron.
Vt procul attonito passim terrore furentes
Agnoui Musas, adcurro, celerq; Dearum
Præcipitem vasto longè sequor impete cursum:
Nomine quamq; vocans. & anhelum effundo sub auras
Clamorem. Quæ causa fugæ? quæ causa timoris?
Quis furor, aut gemitus? quis vos agit error & vrget?
State Deæ precor. state: agnouere vocantem
Protinus, & pressos curua sub rupe Camœnæ
Continuere gradus, ac longo turba labore
Saucia, dumosa tandem in conualle resedit.
Vt vigil è summo pendentis vertice saxi
Quum viridi prospexit oues in gramine pastor
Turbatas agitante fera, totoq; trementes
Vellere, & exanimi sata per dumosque timore,
Perq; loca hostilem fugientes auia morsum
It citus, inclamatq; & per compendia præceps
Prærupto de monte ruit, tandemq; reductum
Cogit. & angusto clausum pecus occulit antro.
Haud secus horrentem gelidis in vallibus vmbram
Seruabant mœstæ Aonides: quarum vna resoluit
Sic alijs Erato diuina silentibus ora.
Quid miseris animis superest? altoue dolori

Quis

Quis modus? aut verbis adeò quæ dulcibus ægras
Vel cantu lenire queant solatia mentes?
Delitias olim certo quas fœdere verus
Conciliarat amor, dederat quas conscia virtus,
Æternum sors immeritis indigna Camœnis
Eripuit, mœstisq; suos inuidit amores.
Innumeris dudum fati mors effera sanctos
Casibus, infandaque oppressit clade poëtas.
Et mala nos ipsis orbarunt funera tandem
Vatibus, aut illos demens, vt semper, iniqui
Nunc aliò profugos iniuria temporis egit.
Sic vbi serpentis lethali incauta veneno
Occidit Euridice, diroq; vt mœstus in herba
Eurydicen Orpheus collapsam vulnere vidit:
Heu latè miseris inconsolabilis altam
Vocibus impleuit Rhodopen, & in aëra magno
Nequicquam tristes effudit amore querelas.
Hic quoque Tænarijs horrentem saucibus Orcum
Ingressus vacuas Erebi pallentis ad vmbras,
Et nigram ignoto descendit tramite noctem:
Threiciaq; gemens per inania regna profundos
Commouit cithara manes, ditemq; tremendum,
Cerberiasq; nouis permulsit cantibus aures:
Agminaq; Eumenidum, trepidique Ixionis orbem,
Et fidibus rapidum tenuit Phlegetonta canoris.
Inde bis amissæ crudelia coniugis Orpheus
Fata querens (namque illa graui circumdata somno
Rursus, & ora viro primum flectente relabens,
Cœrulea stygium cymba tranauerat amnem)
Strymonijs adstratus aquis in valle reducta,
Cornua iam Phœbe donec septena reduxit,
Casum infelicem, & miseros euoluit amores.
At procul audito lenitæ carmine Tygres
Decurrere iugis, & flauam ad fluminis vndam
Chaoniæ moto venêre cacumine quercus:

Atq; vmbram fecere loco. non pertulit vllam
Hinc Orpheus Venerem, aut vllos tetigit hymenæos.
Tantum alto perstans vigil indulgere dolori,
Hebrumq;, Tanaimq;, Getasq; acresq; Gelonos,
Et iuga Riphæis peragrauit in hospita lustris
Assiduo concreta gelu. raptamq; vocauit
Euridicen. atri simul irrita dona tyranni,
Fœdera rupta simul clamans miserandus, inanes
Diffusum latè iactauit in aëra questus.
Orgia tandem inter simulataq; sacra Deorum,
Contemptæ Ciconum medios diuersa per agros
Membra viri sparsere nurus, niueaq; reuulsum
A ceruice caput fluuio iniecere. sed illud
Amne natans, lingua iam deficiente per vndas
Eurydicen, ipsa Eurydicen in morte vocabat.
Nec minus excelsis hærentia montibus olim
Saxa, noua in campos duxit qui voce patentes,
Thebanamq; sono posuit testudinis arcem,
Occubuit fato Amphion. Amphiona Dirce
Fleuit, & effusum lacrymis immiscuit amnem.
Hunc Driadum chorus, hunc syluæ gemuere dolentes:
Syluaniq; omnisq; simul Bœotia tellus.
Quid coluisse sacro Pindi iuga profuit alti
Mœonidæ, & nostri fontes Heliconis amœnos
Admotis gustasse labris aut ordine Graios
Commemorasse duces, iramq. frementis Achilli,
Et phrygias acies quoque arserit Ilion igni,
Vtq; implacata læsi vi numinis, alto
Sors dira inuictum pelago iactarit Vlyssem,
Inuida tartareis illum si fata tenebris
Demersere? & iam exigua fera voce canentem
Prælia per lucos in Auerna valle, silentes
Circum errant vmbræ, cantuq; mouentur inani:
Quàm multæ volitant, ac per nemus omne Lycæi
Condensantur apes, vbi fœtum examine robur

Con-

Concussit læuum iacula stridente viator
Nescius: illæ ornos & quercus inter opacas,
Sub clarum obscuram conuoluunt æthera nubem.
Ennius antiquis horrenda Quiritibus arma
Dum canit & rauco Martem ciet ære cruentum,
Indignam oppetijt mortem. Cessete theatris
Comica verba procul: tragiciq; poëmatis author
Thespis: & indutus palla qui deinde reuinxit
Æschylus adducto vestigia lenta cothurno,
Quid faciles dicam numeros, inopemq; senectam,
Et seruile iugum Plauti, qui pressus acerbo
Dura (nefas dictu) subijs pristina labore,
Feruentemq; molam circum citus egit in orbem?
Quid querar & versus Næui, & cecidisse poëtam
Cæcilium? quid te Pœnorum antiqua Terenti
Gloria: & in Latium, Græco prius ore loquentem,
Conuersum lepida quondam tibi voce Menandrum?
Carmina dum lyrica princeps arguta Camœna
Pindarus, & Phœbo modulatur digna parente,
Dum superos cantu, cœlumque, genusq; Deorum
Personat heroas, iustaq; vt morte bimembres
Centauri occiderint ac sæuæ flamma Chimeræ
Fronte sacra laurum meruit gestare virentem.
Sed tandem orba leues mœstum lyra carmen in auras
Reddidit: ac frustra gladios à cæde nepotum
Illius abstinuit, qui ferro victor & igni
Et misera Thebas euertit strage ruentes.
Læta sub Augusto clari quæ Cæsare vates
Secula felici videre nitentia cultu,
Haud vnquam reditura, nec vllis visa priorum,
Supremo Latium cœlo & Tyberina tulerunt
Ostia, Vergilio dum Roma canente Latinos
Audiret suspensa duces, Turnumq; ferocem,
Et Turni Æneam horrenda cæde cruentum:
Ardua dum Varro magnum cantante sonarent

Pulpita: dum Reges memoraret Tucca superbos:
Et numeris vacuas impleret Horatius aures:
Naso decus (sed sors veruit) Sulmonis aquosi,
In noua diuersas mutaret corpora formas:
Totq; simul doctis aliorum plauderet ingens
Carminibus vatum populus: densoq; frequenter
Vrbs fremitu celsi gauderet pulchra theatri.
Sed properata negant absumpto fata Maroni
Perfecti stygios extremum ferre laborem
Ad manes operis. Nasonem in littore Ponti
Exilium, præsens alios oppressit egestas.
Mecœnas, furijs olim oppugnata malorum
Quo placidam virtus egit fautore quietem,
Incubuit stratis morbo irrequietus inerti.
Hinc quoq; ciuili fœdum qui sanguine Martem,
Cognataq; refert acies Lucanus, iniqua
Morte perit, crudoq; feri iacet ense Neronis.
Præcipuè (infandum) nostræ spes vna salutis,
Quum tenues atro vitam exhalauit in auras
Funere Franciscus, miti quo Principe dudum
Otia securæ produximus alta sorores,
Tanti dira lues & ineluctabile fatum
Inualuit latè casus: magnumq; per orbem
Terruit immani attonitos horrore poëtas.
Hæc modo, si qua nouis homines iniuria passim
Cladibus insequitur, duro tibi nota labore
O Masuri: tincta inuidiæ quem lingua veneno
Criminis infontem infimulat, profugumq; vagari
Cogit, & immeritum patrijs expellit ab oris.
Nos autem amisso turbatas Rege per omnes
Impetus egit agros, & sentibus aspera duris
Per iuga, perq; altas loca vepribus inuia syluas.
Clarus Apollineæ capiti delapsus aperto
Frondis honos, atro cesserunt alba colori
Lilia, feralem tenuit manus ægia cupressum,

Dulcem

cem nulla dedit ſonitum lyra nulla ſub auras
leni argutos effudit gutture cantus:
gorem fidibus mœſtis, & voce querelam
limus, largo ſuffuſæ lumina fletu.
tandem adpulſæ fatis, excelſa ſubimus
nia quæ flauo ſinuoſus vortice Tybris
it. & vaſtum inde fuga procurrit in æquor.
ſalutatum læto Bellaius ore
edit: dulci quo gratior hoſpite nullus:
pulſare lyram, aut heroïca ferre ſuperbis
modis, heroë alter præſtantior heros.
Latium nuper, caſu compulſus eodem
rat: & triſti curam ſub corde premebat.
tamen oſtentat ſimulato gaudia vultu,
citaſq; nouo prudens ſolamine mentes
et. & excultis affuſam verſibus vrbem,
ue ſimul poſito ſuſpenſas ordine circum
net, en alter tacitis inceſſerat annus
ue dolor mœſtis animis excedere ſenſim
erat: & lætum facili decus ore nitebat:
ea iam viridi ſubiectos fronde capillos
uebat fingens, & Iani carmine vatis,
vicem noſtris reſonabant cantibus auræ:
n ſubitò aſſurgens horrentibus atra procellis
peſtas, ponto penitus nos obruit alto:
umq; ſinu viduo, tepidiſq; repentè
ſum ex oculis, rigidas trans abſtulit alpes
um: patrijs longè qui finibus adſtans,
mor heu docilisque lyræ ſecurus, & omnem
n aſpernatus, miſeras eluſit amantes.
nulla graues admittant gaudia curæ,
m pectra ſonent, nec læta virentibus vnquam
ibus impediat collectum laurea crinem.
es ægra ſuo rumpebat Muſa querelas
e, & effuſo madidæ vultum imbre ſedebant

Mœren-

Mœrentes aliæ circum: sed talia contrà
Ordior atq; animos tento reuocare labantes.
Comprimite, ô Musæ lachrymas, & corde timorem
Soluite. Bellaium tanti nec tædet amoris,
Nec pedis heroi diuersum oblitus in orbem
Concessit. spernitve lyram exornare decenter.
Sed reor & magnæ reducem conabitur vrbi
Reddere. quæ tanum Pallas comitatur euntem:
Gallia quinetiam duris exterrita nuper
Casibus, optata securam pace quietem
Iam fouet: ingentiq; afflantur numine vates.
Illic Francisci Regis Rex filius, ipsum
Insequitur, veraq; refert virtute parentem:
Et multo & insignes amplexus amore poëtas
Carmen amat. Regi comitem se Carolus infert,
Carolus Austrasiæ clarum decus: ille rubenti
Cæsariem attollens ornatam tegmine, longè
Conspicitur. tyrioq; nitens incedit in ostro:
Ille nouus dextro successit Apolline tandem
Mecœnas, illo reduces fautore poëtæ
In patriam, posthac numeroso dulcia cantu
Arua celebrabunt. Et vos (absistite curis)
Egregio faciles cantabitis ore Camœnæ.
His dictis paulum cessit dolor, alta quierunt
Pectora, fortunæ magno melioris amore,
Speque simul gaudent. At tu, si cura salutis
Pieridum est ne vana deæ promissa querantur,
Huc precor, huc agilem Bellai dirige gressum.

*Ad eundem: in librum III. Æneidos Galli. e redditum.*

Amissum indigno mœrens dum funere luget
Gallia Franciscum, nimioq; insigne dolori
Indulgens, lucis Dryadum genus errat opacis:
Naiades effusis liquidos dum fletibus amnes

Permi-

niſcent lateq, fremunt vlulatibus agri,
onitæ, quarum ſancto prius omnis a more
lia florebat. Gallis ignota relictis
a per & ſyluas procul errauere Camœnæ.
s ego per totum veſtigans ſedulus orbem,
am fato profugus Lauinaq; veni
ora. Pieridum Roma chorus vrbe ſororum
edia mihi forte nitens inuentus: vbi iſtam
or aſſiduo demulcet carmine mentem:
vicem dum te circum chorus ordine ſedit,
a Iane tuo dulciſſima carmina plectro
turque auditq; lubens: & docta virenti,
e decus laudis præcingit tempora lauro.
inſperatas ſuſpenſus in vrbe Quirini
di Muſas, vt me videre Camœnæ,
ſaluratum propero ſummiſſus: at illæ
pere choro medium, dextraſq; dederunt,
ue nouem ſic eſt affata ſororibus vna.
ne igitur caſu dudum perculſus acerbo,
e ades, & longum confict criminis inſons
is iter? ſic dum mortem Franciſcus amaram
etit, ipſa alto fit vulnere saucia virtus?
quoq; per totum profugas exterruit orbem
ida mors, atra horreſcunt ſi funera Muſæ.
e ferox certe attonitas oppreſſit, & vdo
pulit imbre genas, paſſoſq; implere capillos,
a delapſa eſt capiti, ſic fata ferebant,
emq; manus tenuit vix ægra cupreſſum:
rgura lyræ fidibus ſonuere canoris,
acilem dulci vox impulit aëra cantu:
orem lyra mœſta dedit longoſq; ſub auras
nus in caſſum gemitus, & flebile dictu,
unereo ceſſerunt alba colori.
rgo vt duram miſeris aſperrima cladem
t, heu Gallos, & amata relinquimus arua

Gallo-

Gallorum, insigni quondam florentia cultu.
Aonas hinc montes, nostrique iuga ardua Pindi
Impetus est petere, & patrias inuisere sedes.
Longa per aërias Alpes via ducit in oras
Italiæ: tum summus amor Romana videre
Mœnia, quæ flaua Tyberis pater alluit vnda,
Diuinisque olim celebratam vatibus vrbem,
Atque potens armis Latium, Phrygiosque penates.
Pergimus huc: longeque simul per deuia gressum
Dirigimus: tandem optata sumus vrbe potitæ.
Excipit hospitio fessas Bellaius heros
Noster amor, nostrique animum inflammatus amore:
Quanquam alto ingentes persentit pectore curas
In casu hoc, vultu simulans sed læta sereno,
Solatur mœrore graues. hinc corde dolorem
Ponimus, & placidas agitant noua gaudia mentes.
Nos modo Roma tenet, Ianum modo Roma canentem
Suspicit ac læto circum nos ore sedentes.
Tota Poëtarum sacro celeberrima cœtu
Vrbs nitet, excelsi plausu fremebunda theatri:
Vt iam prisca noui referant hic secla Quirites.
Illa, quibus magni diuino ex ore Maronis
Audiit Augustus cantatam Æneida Cæsar:
Hanc tu si patrio, quo cæpta est carmine totam
Reddere curabis, sic respondere paratus
Franciſci fecit quondam quæ maxima, votis,
Præsenti faciles erimus tibi numine Musæ.
Perge age, redde tuis Bellaio iudice tutus,
Troiamque, Æneamque Phrygem, Regesque Latinos.
Sic ait: & summo frondentem vertice laurum
Contigit, ac multo dextram comprendit honore.
Ah mihi terrifico iamdudum accendere cantu
Mens agitat Martem, & fortes inuadere pugnas:
Armaque, & Æneæ casus, longumque laborem
Dicere, conceptoque opera intermissa dolore

Perfi-

ficere,& pulsis animum componere curis.
id mora Pieridum iussu paremus,& ipsis
i Gallis canimus, Tyriis quæ fata renarrat:
eas,tantosque adeo qui iuueris ausus,
nostræ,si qua est,ferimus tibi præmia laudis.

*Ad Petrum Castellanum Sammartinor. cœnobiarcham.*

astellane decus magnorum insigne parentum
claræque domus,absentem quinque diebus;
notumque, pares si quando queruntur amici,
a paterna tenent. his otia forte seorsum
us amas,& quos ripis decliuibus alte
it effuso placidissimus amne virentes
à thoros,vbi densum vmbra nemus horret opacâ,
ultos ostendit ager Sorceius hortos.
neque dum curis animum grauioribus omnem
s,imo omnes excedunt pectore curæ
quæ sola iuuant altam dant rura quietem.
citi mens plena metus agitatur in horas,
ua.vel immeritam turbent incommoda plebem:
rauis oppressa rerum status vrbe feratur
æceps,aut inuidiæ succumbat honestum.
animusue nouo bellorum turbine Princeps
tur,Marsque indomitis ferus irruat armis.
us amor patriæ.sic res tibi publica cordi.
ninus ipse meo,lætus qui ridet agello
oror,& quantum vitæ ratione vel æqua
datus,curas animo propello sequaces.
ium tibi rus immensas munere diuum:
t opes, munit foribus præclusa superbis
ditum,stridet versato limen ahenum:
ne,lata patent immanibus atria portis.
a mole,duplex ad cœlum educta minatur:
,& ingentes præcingunt mœnia fossæ.
ion eadem vultu fortuna benigno.

Hesp-

naque dilectæ Phœbus dedit oscula frondi.
æreis centum claudunt mihi limina vectes,
orumue minæ, vel propugnacula portis
staduersa meis: aut ingens machina belli:
na sed à stabulis nocturnos ianua fures
t. & arcus agens telis, acerque molossus,
leres catuli, quibus arua nemusque peragrans,
leporem persto, aut capreas agitare fugaces.
mihi, fessam curis abducere mentem
ndocumque sinunt obiecta negotia, vitæ
nodus. At quamquam sit mens obnoxia nulli
diæ, studiumque vigil non lædere quemquam,
auaritia vacuum mihi pectus & omni
itione procul, quamquam hoc nouistis amici:
tamen inuidiæ tantum à latratibus vsquam
inunt, instat tergo crudelis Arachne
onans linguamque graui suffusa veneno
nit nigra scabros rubigine dentes.
la infrendens absentem rodit, & ira
t, has habeat quod se prior aduena sedes,
eneros multo dignetur honore superbos.
oque liuor edax & mens accensa malorum,
cis, ægræ nimium fert esse potentem:
loco, virtus animi quem sola parauit,
at, immeritum deturbet, & irruat hostis.
go (magna decet si quem componere paruis)
, sumus duo sorte pares: sic pene gemelli.
ea sors discrimen habet, tibi celsa petenti
iles, auræque aspirauere secundæ:
in immensum res exiit, & modo ventis
uatitur summum propria stat mole cacumen.
ondam nimio Iani fortuna fauore
nem euexit, nec longum tempus, & atro
rale pro meritis) deiectum turbine pressit,
cul extremis diuersi partibus orbis

Iactatum, ad patrios vbi iam meliora penates
Fata reduxerunt, indigno funere Ianum
Fama refert, cuius seruabar numine, raptum.
Inde recens luctus, tandem hinc vt sorte benigna
Vix etiam dum fata queror crudelia tantum
Longa dies animi cœpit lenire dolorem.
Dumque foret melior iam spes oblata futuri,
Sciliet inuenta est fato, quæ bella pararet,
Otia turbaret, fessum insequeretur Arachne.
Cuius conatus, fraus, ars, vis effera, quamuis
Ingenio nullum sint allatura timorem,
Dum tamen insidias amens molitur inanes
Femina & ardenti feruens Acheronta dolore,
Et generos mouet, atque ignobile vulgus in arma,
Magnam adimit placidæ partem importuna quietis.
Nimirum emenso qui duros orbe labores
Pertulit Alcides, vinxit qui monstra cathenis,
Cui superata grauis toties fortuna ferendo est,
Non nisi supremo commotam fine domari
Comperit inuidiam atque animi subsidere motus.
Sed generosa, Deûm fatis ne cedat iniquis,
Quamlibet & magno superet discrimine virtus.

*Ad Claudium filium infantem.*

Qui puer amissa superas mihi coniuge raptam
Fle matrem & teneras perge madere genas.
Illa grauem, vt decuit, gereret quum fertilis aluum,
Tuque fores vteri dulce tumentis onus,
Sæpe matrem præcibus diuos orauit, Olympo
Attollens duplices officiosa manus.
Dij videre, manus ad sydera celsa supinas
Tendentem, & cœlo sustulit aura preces.
Annuerant illi precibus, tu protinus orbi
Exoriens, vdo lumine multa gemis.
Interea nitet egregio decus ore, madentes

Nec

cc minus effuso proluis imbre genas.
cet humanæ certa hæc sunt omnia sortis
m primum vt vitæ carpitur aura breuis.
pidis alte qui liquitur humor ocellis,
æsagit mœstos, quos agit hora, dies.
eadem & reges agit importuna superbos,
ioſque premit tecto paupere dura fames.
ra progenerant validos animantia fœtus,
manæ quorum non eget vllus opis.
n summa parens hominem natura sub auras
tulit infirmo corpore robur iners.
omites duri supereſt dum vita labores,
i procul insomni lumine pulsa quies,
vigiles agitant curæ, quem denique terrent.
iduis cœlum, terra fretumque, minis.
i me tellus infantem Neruia primum
tulit, ac tantis, exposuitque malis.
sero gemitus, miseræ præsagia vitæ,
am toto immensus conficit orbe labor.
enim primæ tacto mihi flore iuuentæ,
um neque vis ipso corpore firma satis:
io pressus regali deferor aula,
s calet, & curis irriquieta furit.
rauia impediunt vrgentque negotia, seu lux
lata, seu medio nox vigil axe ruat.
erus ardentem Mauors horrentibus armis
inet, & lituus, classica, castra, duces.
amquam haud minimo fidentem regis amore
aret trepido spes malefida pede:
quam heros (neque amor leuis hic) me Ianus a-
s apollineo de grege primus honos. (maret,
mor Phœbi, Thyrio velatus amictu
pus, & Austrasiæ gloria summa domus.
m tamen inuidia, sæuisque inuenta est
norum imperiis exagitata Deum.

Impia mendacis primum periuria linguæ
Permistum hanc atro sanguine virus alit)
Finibus insontem patriis egere. nec vlla
Me regione vagos sistere passa pedes,
Immanesque lacus,& quas Heluetia valles
Gens sub prærupta barbara rupe colit:
Alpinasque niues,& nubibus Appennini
Præcinctum assiduo quod madet imbre caput:
Et Ligurum populos,& quos lauit Arnus,& alti
Sola peragraui littora Pausilipi,
Parthenopesque sinus hinc ruptis Ætnæ caminis,
Et Siculum tumidis littus aditur aquis:
Inde pater flauo Tyberis qui labitur amne,
Altaque defesso Roma petita pede.
Bis septem Latio totos ex ordine menses
Dum moror,& profugum limite Roma tenet,
Et cœlum & superos,& inanes questubus auras,
Et rigidas noui pro iuga summa feras,
Et nemus,& nemorum nymphas, amnesque, lacusque,
Panaque cum Satyris, Aonidumque choros.
Lætior inde metu cunctantem abducit,amicos
Confisus frustra Ianus adesse Deos.
Placandum insonti Regem,veniamque daturum
Spondet, & à duris omnia tuta malis.
Dum campos igitur patrios atq; arua tenemus
Gallica,nec Regis iam procul aula nimis,
Ecce via(infandum)media,qua lætus amœno
Sequana gramineos alluit amne thoros,
Mors heroa nouo rapit obuia funere Ianum:
Qui miser Austrasia iam sepelitur humo.
Tum subito attonitus casu,ceu forte viator,
Quum cœlo ad dextram Iuppiter intonuit,
Et simul Ingenti quercus vicina fragore
Concidit,ac terram fulmine tacta premit,
Et lacerata comas,altum quibus ante petebat
Æthera,

Ethera, iam rupto vertice tangit humum:
ridor cœlo, & valido Notus imbre minatur,
enſaturque æther: & micat igne polus,
ſtupet, ignarus ſeſe quo vertat, & ipſis
e queat, euadens eripuiſſe malis:
dem proripuit ſeſe, & ruit inuia longe
xa per & vaſtos, qua metus egit, agros.
d aliter feror examinis: iam frigora Rheni
eſero, iam rapidas, quas agit Iſter, aquas.
delicoſque procul populos, & Norica caſtra
nc quibus in terris victor Ibere furis,
gelidi immanes Batauorum littoris oras,
de ſub arctoo peruagor axe Getas:
minus incompto flauentes crine Sueuos,
uaſq; colit dura Sarmata ſorte niues.
er mille vagus repeto diſcrimina tandem
digenaſque deos, Auſtraſiumque larem.
oit, & multo reducem dignatur honore
rolus antiquis regibus ortus auis.
liis adhibet fidum, vtque arcana tabellis
mmittam ex ipſo Principis ore facit.
nis interea correptus amore Dianæ
or, eamque thori fœdere iungit hymen.
uies igni Phœbe compleuerat orbem,
mihi te exorto nate Diana parens.
parit infando differtur victa dolore,
tamen inuita te parit illa Dea.
bis vndecies albenti lucidus æthra
rat Eoos ordine Phœbus equos:
uella (nefas) odiis Iunonis iniquæ
icit, & viduo deſeror ipſe thoro.
iſeræ fugit, & dum faucibus hæret apertis,
am quo poterat diceret ore, Vale.
viri ſolitis extremum amplexa lacertis,
ula pallanti frigida morte dedit.

Teque puer, causam lacrymis & pignus amoris,
Solamenque manu protulit: inde perit.
Hoc ego quid casu vidi crudelius? aut quid
Moliri indignum Dij potuere magis?
Scilicet exitium tandem hoc immane parabant
Nondum fata meis exaturata malis.
Iamque tot ac tantis oblata laboribus, & iam
Parta quies, horæ tempore pulsa fugit.
Non aliter portenta manu qui nota subegit,
Cui grauis horrendo concidit hydra lacu,
Tandem ipsa sæuos euicit morte dolores,
Et fera Iunonis corda, Deumque minas.
Te quoque si qua puer (quippe est obnoxia cunctis
Sors humana malis) fata sinistra manent,
Tu patris exemplo dura, dumque aspera vasto
Se feret in te fors impete, dumque premet,
Sit comes, & contra valido certamiue, virtus
Nescia fortunæ cedere, semper eat.
O tamen interea melioribus vtere fatis:
O habeant faciles hæc mea vota Deos.
Cresce, & firma suis adolescat mensibus ætas:
Hæreat antiquæ pectore gentis honos.
Sit pietas, & cura Deum suprema colendi
Numina, sit nullo tempore lapsa fides:
Et studium vigil, & mens æmula laudis auorum,
Iam quibus ingenui dinumerantur aui.
Hos tibi si mores animus non deneger vnquam
Afferet, hic vitæ si superabit honos,
Vitam oro. virtutem ex me te nosse tuorum
Fas erit, & patrij nominis omne decus.
Sin infanda malis astrum natale minatur
Auspiciis, vllum si tibi Parca nefas,
Si vitiis animum mollit natura labantem,
Et vile ignauo torpet amore iecur,
Nunc nunc atra dies exortem lucis & auræ

Te

'e puer, in primo limine, morte premat:
ıc alta obſcuram ſub nocte ſequare parentem,
t ſimul à patrio diripiare ſinu:
n cor labe carens, animus dum criminis inſons,
pes dum incerta meum curaque pectus agunt.
neque portendit ſanguis tam dira tuorum,
lec lætus tenero qui nitet ore decor.
te autem cœlo fugientem abrumpere vitam
mihi ſupremo fata dolore parant,
ım ferre ingenio poſſis maiora capaci,
t pulchræ ſedeat pectore laudis amor:
tibi, quæ ſerues, moriens exempla relinquo.
æc puer ipſa tui ſint monumenta patris.

*De cæde Ioannis Sequanorum Ducis.*

ĭit indignis vt gens Aurelia clarum
eribus cecidiſſe ducem, patrias per vrbes
gundum infanda ſceleratas ferre tyrannum
le manus, animiſque ferum exultare ſuperbis,
ba ſacras paſſim mœſtiſſima fertur ad aras
blicibus magnum votis oneraſſe tonantem.
ex hominum diuûmque pater: cui digna Sabæo
ıera thure calent, meritique adolentur honores,
cis hæc? an ſors animis humana Deorum
ſedet, & ſuperis haud obſeruata vagatur?
ena, quem tellus exceptum Aurelia paſſo
it læta ſinu: quem dudum Aurelius æquis
animis, in regna ducem fraterna recepit:
idus incautum ferro ſuperauit, & atra
pitis (infandum) victor nece, facta per vrbes
ra nunc iactat patrias, plebs vndique circum
icit inſonti rorantem ſanguine dextram.
tua quippe ſacris pater ad delubra frequentes
mus pia dona focis: horrendaque late
rimit inſanæ miſeros iniuria cædis.

Talia fundebat manibus proiecta supinis
Gens aras circum, & tristes dabat ore querelas.
Audiit orantem cœli quam summus ab arce
Iuppiter, & Maia genitum iubet æthere labi:
Vt faciles heroum animos ad pacis amorem
Vertat: & exiguas ad Ionæ deligat vndas
Inde locum, sperent iungi quo fœdera ponte.
Vtque angues impexam imis educat auernis
Tisiphonem. medio ipsa ducum stans agmine dira
Transadigat ferro confossum vindice pectus.
Quique necem intulerit patruo quem luget inultum.
Regius hunc stricto videat puer ense cadentem.
Iusserat: ille altum paribus secat aëra pennis,
Fertque manu virgam teretem & iam Gallica longè
Arua tenet, patris hic magni præcepta facessit.
Nec minus, effundit primos vbi Sequana fontes,
Iussa Deûm exequitur ponuntque ferocia fracti
Corda duces, pacemque animis & fœdera versant.
Per tristem inde volans altè Cyllenius Orcum,
Tartareum Phlegetonta petit, ripasque sonantes.
Constitit ardentem rapidi citus amnis ad vndam,
Vestibuloque sedentem insomni lumine diram
Talibus aggreditur dictis: I, corripe ferrum
Ferrea, & Aurcli cædem ducis vlta nefandam,
Dede neci necis authorem. sic ille Deûm Rex
Imperat. haud plaura his: fugit illætabile regnum
Ditis & ad superas Cyllenius euolat auras.
At fera Tisiphone tortis incincta colubris
Iussa parat, vastumque Chaos, manesque re'inquit.
Est locus extremis Senonum in confinibus, amnem
Qua sinuat, mistumque suis confundit onam
Sequana lætus aquis. & apertum ducit in æquor.
Vrbem affusa rigant vno duo flumina motu
Monstriolum: porta egressos pons accipit, vnde
Trans fluuium ad dextram campis emittit apertis.

Hunc

ſuper extructæ campoque & mœnibus omnem
iuſere trabes aditum, tabulæque ſalignæ,
tandem hinc atque hinc vt conuenere, nitenti
is ore puer gradiens. & Sequanus heros,
intromittunt biſquinos partibus æquis
e viros. ſed enim lectis ex omnibus. vni
uido placidum per languida membra ſoporem
erat ducta proles Cyllenia virga,
umque ſuper cupreſſiferam Cyllenen
at ſomno. rigidis acerrimus armis
rat, huic clarum patrio de nomine nomen
llana domus dederat, generiſque ſuperbum
ne, & læua clypeum geſtare ſonantem.
s Tiſiphone vocemque. & corpus,& ora
t aſſimulatque virum. & ſe protinus infert
edios. graditurque frementi incognita turbæ.
ue adeo ingreſſi proceres, iam plurima ſectis
lti abietibus vario ſermone ſerebant.
pulum ex auro gladii tum forte ſiniſtra
nus, improuiſa ruens in fata. premebat.
Tiſiphone formaque habituque virili
um ſæua tuens. Tu ne hic inſane, quid audes?
ſatum Delphina paras inuadere ferro?
: & vltrici correptum ſuſtulit enſem
nanu, totumque aduerſa in pectora condit.
nora ſe ex oculis aufert Erebique ſub vmbras
ur, ac ſedes horrenda reuiſit auernas.
it ille gemens, verſatque extrema natantes
culos. tum cæde & pons. & longa ſub alto
ca ponte rubet, fuſum vehit vnda cruorem,
ugit, friguſque exangues occupat artus.

*Ad Ianum Lotharingum Cardinalem.*

nihi ſunt Muſæ comites, longumque vaganti
fallit dulci carmine Pallas iter,

Quique suis nondum radiis vada cærula soluit
Delius, astricto continuata gelu:
At fauet, & claro nitidus me spectat Olympo,
Dum Phaëtontæos acrius vrget equos:
Hi saluere nouis cupiunt te mensibus anni,
Quem Tyrio insignis murice velat honos.
Hinc Diis si qua fides, si vera oracula Phœbi,
Laudibus est ingens gloria parta tuis.
Te manet, ô cœlo præsul dignissime, munus
In terra ætherei pontificale Iouis.
Hoc obeas, subsitque tuæ mortalia curæ
Altius, auspiciis læta futura tuis,
Læta diu terris seruent te secula, cœlum
Donec inextincto lumine sydus ames.

*De Panegio Hecedio Leucor. Antistite.*

Vix clarus nitido Lucifer æthere
Surgebat, gelidæ noctis ad exitum:
Qua nox ante fuit nulla serenior
Anni frigoribus noui.
Ales voce vocans excubitor diem,
Vicino agricolæ de lare pauperis,
Presso rursus ouans ingeminauerat
Cantus gutture sedulos.
Sensim pulsa nouo sydera lumini
Cedebant, & equis plaustra sequentia
Voluebat senior proxima cærulæ
Auriga in freta Tethyos.
Hoc me noctis adhuc tempore Delia,
Mox tinctura suas Oceano rotas,
Spectabat vacuum, dum vagor asperis
Rupis saltibus arduæ.
Ecce alto graditur vertice filia
Summi chara Iouis Pallas: & altius
Cinctum effert oleæ fronde noua caput.

Cui

Musæ latus occupant.
Musæ Pierides, Pieridum chorus
sarum: his hederæ per varios sinus,
tarum decus & præmia frontium
as impediunt comas.
Consedere iugis, nec mora longior,
ora Aoniis læta sororibus
dit se sociam: cui rosea Deæ
rum fronte nitet decus.
uas inter medius Iane bifrons tuo
s mense. hic aliis vna silentibus,
boum feriens pollice Barbiton,
cœpit Polihymnia:
on cœlum aut superos, altave sydera
tu mens agitat dicere, nec feris
ta in cœlicolas bella gigantibus:
mque igne Typhoëa.
on vt pulsa metu numina ceperit
yptus, tacitum dum Venus induit
em: tunc niueo quum latuit Iouis
iux tergore buculæ.
t te noster amor disparibus modis
edi canimus, quem Rhea Naïas
ronum liquidi fluminis alueum
dæ progenuit suo.
e molli puerum gramine Naïades
centem, & viridi compositum thoro
n visunt. tenera tota cohors manu
tam gestat arundinem.
iserunt Dryades, grataque iunceis
arunt calathis dona, coloribus
ersis violas, balsama cum thymo,
ores hiacynthinos.
ortauere sui perditum amoribus
cissum, & viridem semper amaracum.

Teque,

Teque, ô quem Veneri trux aper abstulit,
Et stratum ingemuit Venus.
Florentem cytisum, candida lilia:
Et cum puniceis poma simul rosis:
Nec non montiuagæ lac tepidum capræ
Donant munus Oreades.
Pressos Nympha tulit Callirhoë gradus,
Qua blando saliens murmure defluit
Riuus fonte sacro: nuda genu, pedes,
Os, crines, humeros, sinus.
At pubem viridi tecta superuenit
Musco, tum placidos voce refert sonos.
Phœbo viue puer, viue sororibus
Pulchri gratus Apollinis.
Tantum effata, leui contigit
Infantem & retulit qua tulerat gradus,
Hæ montes repetunt, hæ gelidum nemus,
Amnes Naïadum chorus.
Hinc te Scalda pater, te genitrix Rhea
Amissum doluit, dum celeri pede
In montes puerum duximus Aonas,
Fontisque ad vada Pegasi.
Te nostras Helicon delicias sonat,
Parnassusque biceps, & sacer Ismarus:
Queis incisa tenent montibus arborum
Scabri carmina cortices.
Hos excelsa tua versiculos manu
Inscriptos tenero Pinus habet libro.
*Matri arbor superûm sum sacra: Qui legis*
*Læuo tange solum genu.*
Corpus tendit agens Pinus in aëra
Crescendo: Zephyri cui quatiunt comas.
Et celata leui littera cortice
Crescit ductaque tenditur.
Pendentem citharam de Iouis arbore

Gratæ

æ auræ feriunt, & tenui sono
ent hanc Erato quum tibi traderet,
ri munus, ait. chori,
ſtrum munus habe, quod prius Orpheo
ipſo dedimus Pierides loco:
entem his fidibus vidimus Orphea
s, saxa, nemus feras.
a, docta frequens, dum redis Aonas
ontes, cithara carmina personas.
antem pariter sæpe sub ardua
um sedimus Ilice.
te magna Pales forte videns agris
ntem Auſtraſiis, admonuit, manu
ens, arua sequi, lætaque pabula.
pratis Dea detinet.
nc Pan Arcadiis exiliens iugis,
m inflat calamos: lanigeras vbi
ko pecudes, in viridi procul
gramine conſpicis.
c flauus aquis vndique fertiles
it Moſa thoros, quæque lubens rigat,
crebro sinuans flumina vortice,
us loca deſerit.
ucum hic interea murmurat, vt scias
n te, donec ades, gaudeat hoſpite:
ngè calamis amnis agreſtibus
ondens, placidus fluit.
ſpondent salices amnicolæ, nemus,
a herba tenerum luxuriat pecus,
s, quæque ſuis, dum quæritur, ſonis
ſaxa repercutit.
paſcente tuas, prata virent, oues.
o Auſtraſiæ pabula deſeras,
n Auſtraſiæ pabula deſerat,
os ipſa Pales agros.

Sed

Sed nec Mosa suas quam solet vbere
Vrna fundat aquas: at liquidum sacro
Abdat fonte caput, nec vada gramini,
Nec potum pecori ferat.
Nunc te virgineus mons Helicon gemit
Absentem: redeas: hic mora sit breuis.
Nec Pan Mœnalius te, neque gratior
Nobis inuideat Pales.
Horum sit liceat, sit simul & gregis
Felix cura tibi: sed neque montibus
Te nostris pigeat ferre frequentius
Alternos reducem pedes.
Si quicquam (memori mente nec excidit)
Nostrum dulce fuit, post calamos leues,
Pendentem citharam sume, simul cane
Sub grata Iouis arbore.
Sic, dum prata coles, molle tuum pecus
Nec turpes podagras, nec scabiem ferat.
Sic te Phœbus amet, qui modò laurea
Claram cinctus adest comam.
Et te Phœbus amat, quemque nouum citis
Annum orditur equis, hunc tibi ducere
Felicem properat: datque bifrons Deus
Lætum lætior exigas.
Hæc Musa, vt tacuit sic Polihymnia
Sublimem rapitur Pallas in aëra,
Quam Ianus sequitur, Pieridum chorus
Per densum graditur nemus.

*Ad Carol. Lotharingum Cardinal. de Sammeliano agello suo.*

O prima nostri gloria seculi,
Stirps alta Regum, Carole, qui procul
Incedis inter purpuratos
Conspicuus grauitate patres.

forte noſtros aut iuuat, aut cupis
ire luſus, & quid in arduis
s, & vmbris, & remotis
duum remoretur antris.
e blanda curis hic grauioribus
expeditum mulcet. & aureo
im iungit ortu ſol quadrigas,
e noua recreantur artus.
Neque inter altas lutea deuium
ora ſyluas aſpicit: hinc leuis
murmuranti fons ſuſurro
meliana fatigat arua.
Circum frequentes cum ſatyris chorũ
mpharum, & herbis grata virentibus
ſtrata proiectæ, canoris
lce ſonant fidibus Camœnæ.
llic reducto ſingula pollice
verba neruos dum ferit impares
o humidos riui per agros
ntinuit fugientis vndam.
Frondoſa celſas ecce cacumina
otare quercus, Panaque cum feris,
corpus alterno videres
numerum pede ferre Faunos.
Cantat beato Gallia principe
floruiſſet, lætaque collibus
t vina nec Liber negaſſet,
ec ſegetem Dea flaua campis.
Vndoſa mœſti flumina Sequanæ
ein voce pandit: teque vti funere
ex magne Gallorum Valeſi
lerſerit atra dies acerbo.
Vt te cadentem lucus, & arduæ
upes, & amnes, fons quoque fleuerit
ellenſis, & quæ illic refulſit

Barba-

Barbarico domus omnis auro.
Vt quæ niuali signa ducum prius
Candore, & albis lilia floribus
Explenduissent, iam profundo
Atra gemant stupeantque luctu.
Ianum inde summis regibus editum
Heroa, claro qui modo murice
Incessit insignis, nigrantem
Funereo queritur dolore:
Curas dolenti mente sed altius
Persentientem, funus ob vltimum
Et Regis, & sacræ parentis
Austrasio tumulo sepultæ.
Nymphasque passis crinibus: hinc canit
Dilecta Phœbo laurus Apollini
Pallentis vt vultu colorem
Inducrit miseranda buxi:
Laurus triumphi triplicis immemor.
Et lenta, pignus nobile, cesserit
Vt palma ferali cupresso
Atque hederæ viduæ corymbis.
Tum quos amico cumque parens sinu
Fœcunda vates Gallia fouerit
Solatur, horrendo per orbem
Attonitos profugosque fato.
Te Sangelasi Pieridum grauis
Ardor sororum, te nimio dolet
Mœrore confectum, nec vlla
Qua solitus cithara sonantem.
Luges parentem finibus omnibus
Aurelianorum cum duce filio
Desideratum: sed leuatur
Regis amore dolor secundi.
Mœrente charam Salmonius lyra
Deflet Gelonin, qualis inania

Per

gna, dulci Orpheus auernas
rouet miserandus vmbras.
icem amico funere tum canit
Marotum: quem neq; tam feras
Se mortes sors tulisset,
patriæ superesse cladi:
ec longiores exilio metus
os & vrbes qua Padus alluit,
erre: velox huncauaro
e diem tulit hora fato.
is addit atro portitor vt Charon
taſſet illum flumine, cymbaq;
nauta, & vndæ constitissent
e nouas feriente chordas.
At me futuri præscia Pieris
sus manentes ordine differit:
nq; imminentes immoranti
ollibus Austrasiæ supinis.
Restare longis inde laboribus
xtenta vastis æquora syrtibus,
uctusq; prædicit furentes,
t laceras aquilone puppes.
Dein & niuosis Alpibus ardua
'enranda cursu commemorat iuga,
Tybrimque Romanum, Padumque,
Et placidas Anienis vndas,
Æquorque longè Parthenopeium,
Et littus alto Trinacriæ mari
Pulsatum, & horrendam Charybdim,
Illyricique fretum profundi,
Et concitata Danubium fuga
Qui solis ortus tendit ad aureos,
Rhenum bicornim, & tot dolori
Condolitura meo fluenta.
Fleturum acerbo me super omnia

Ianum cadentem funere nuntiat,
Et saxa cum syluis, & arua
Insolito gemitura planctu:
Implenda mœstis omnia questibus
Quos æger alto pectore fuderim:
Nec lumina (infandum) profuso
Nostra modum positura fletu.
Te magne princeps Carole, te mihi
Tandem adfuturum Musa serenior
Promittit, altum si valeret
Longa leuare dies dolorem.
Te missum Olympo dulce sororibus
Solamen ipsis, præsidium, decus:
Fautore passim te canora
Læta sonanda lyra poëtis.
Iam terra passo me fouet hæc sinu
Exercitatum finibus exteris
Orbis pererratis: tenentque
Austrasij reducem Penates.
Iam iam quieto pectore lætior
Promissa diuæ comperio rata.
Vrgente iam cura solutam
Spe reficis meliore mentem.
O viue felix optime principum:
Te fata seruent incolumem, qui
Semper Camœnarum patrono
Dulce canat mea Musa carmen.

*Carolo Lotharingo Cardinali.*

Alta per vndosum patrijs à finibus æquor
Carole dum peteres antiquæ mœnia Romæ,
Fama prior quassas hyemem vicisse triremes
Venerat, & valido disiectam turbine classem:
Te procul insanis abreptum fluctibus inter
Spumantes scopulos, inter vada cœca, vel alto

Sub-

Submersum, & grauibus perpessum extrema procellis
Quo labefacta metu lacrymas effudit inanes
Gallia, & infandum gemitu testata dolorem
Impulit heu mœstis feruentes questibus auras.
Verior at nostris vbi nuntius attulit oris
Fluctibus ereptam pubem, & tabentia curuo
Corpora seruatos posuisse in littore nautas:
Soluerunt gratæ pro natis debita matres
Vota Deum templis, & odoro thure calentes
Æternumque sacris adolerunt ignibus aras,
Dona tulit populus, neque diuûm altaribus vllis
Defnit offerrer purus qui liba sacerdos.
Nec metus interea sese tamen omnis ademit
Sensibus: auditis horror quatit ossa periclis
Quæ terra superanda manent alpina relictô
Dum iuga confestim petis æquore, & impiger omnem
Ferre per Italiam properas à littore gressus.
Omnia confusi late loca plena timoris
Quippe fremunt, acerque vias obsedit Iberus:
Bella ciet. parat insidias, horrenda minatur,
Sæuus & hostili prædas agit agmine Mauors.
Sed tandem ingenti virtutum & laudis amore
Fidentem, & spretis armorum incursibus, inter
Tot cædes, & iniqua virum certamina læti
Incolumem, gratumque vrbe excepere Quirites.
Præcipuè multo venientem amplexus honore
Paulus, ad alta patrum senior penetralia duxit.
Hic pater assiduos orbis componere motus
Dum parat, humanæ miserans incommoda sortis:
Tuque, nec incœpto piger indulgere labori,
Quem frustra gelidi Morinorum ad littoris oras
Effusum duxere Atrebas hospesque Britannus,
Plurima firmanda tecum de pace loquuti,
Nec mandatorum quæ Rex tibi cumque de differt
Immemor, immani rerum de mole tuenda.

Egistis simul, atque animis dum publica caræ
Altiùs, æqua Deum versastis numine tacti
Quæ gemini tandem coëant in fœdera Reges:
Quo pietas, & cana fides, & prisca colatur
Relligio, rectoque animi nitatur honestum.
Hoc studio postquam digestis ordine rebus
Discessumque paras, Italosque relinquere fines,
Dat grata suprema manu longæuus ab aris
Atque adyto diuum penetrali munera vates:
Munera, tutamenque viæ, certumque salutis
Præsidium, casu nunquam temeranda minaci.
Sic pius Æneas, post igni diruta Graio
Pergama, & infandam Troiano sanguine cladem,
Dum vehit Iliacos instructa classe Penates,
Per varios longè casus, per tela, per hostes
Argolicos, per tot rerum discrimina, victor
Regna suis tandem superauit debita fatis.
Hinc igitur patrio dum Gallica redditus orbi
Rura tenes, alacri testantur gaudia vultu
Et primi procerum, & populus, natisque receptis
Sollicitæ mœstum matres posuere timorem.
Ipse sed ante alios reducem gratatur amicum
Erricus: positas æquo Rex fœdere leges
Cognoscitque lubens, & te has autore repertas
Ipse probat: quam si pacem ferus abnuat hostis,
Mortiferumque manu malit producere bellum,
Scilicet Hesperiæ gentes opibusque paratas
Atque animis ipsosq; Duces ex ordine iunctis
Auxilio, quibus ampla omni ditione tenentur
Per quæ altum sese Padus ostia voluit in æquor.
Nec longum imperio tempus supereſſe ruenti
Cæsaris, à primis olim quod possidet annis
Ille Deum fatis exterritus, omnia postquàm
Consilia absumpsit: Quibus heu quibus, inquit, inultũ
Vsque premis fortuna malis? quod sæua nefandos

Accu-

Accumulas casus? duris quod cladibus vrges
Victorem quondam, & raptis ex hoste superbum
Tot spolijs? atro ne iuuat me funere vinci?
Vincar, & ô nostri superentur morte dolores.
Ne toties victor, toties iam victus ab hoste
Auferar, & miseranda iugo dem colla prementi:
Captiuumque trahat iuuenis victoria Galli.
Heu caput vndanti ferior sublime procella.
Æthera iam tædet liquidum, lucemque tueri.
Nam quid bella gero demens? aut quid moror vltra?
An mea, quæ superant populatis oppida terris
Destruat indomitus Celtica? aut qui nuper ad altum
Guisius, obsessa dum cingitur vrbe Mosellam,
Rursus & ad Morinos, acies deleuit Iberas,
Germanamque manum, me vertere terga coëgit,
Vinctum ducat ouans? & plebi ostentet inermem?
Carolus interea frater quem plurima iactat
Austrasia, Hesperias in me exitiumque meorum
Concilietgentes? quo Rex hortante, vel asper
Sæuiat, aut manicas leuet æquior arctaque vincla?
Saltēm si tanti surgat mihi sanguinis vltor
Filius, & veteres animis exerceat iras:
Qui ferat hæc atro cineri suprema parentis
Munera: quiq; meos perfundat sanguine manes,
Non hoc sit penitus fatum solaminis expers.
Sed minor ingenij nato vis ipsa neq; illum,
Vt velit, & iuueni virtus animiq; supersint,
Impacata queat perferre Britannia regem.
At coniuratæ deducant signa cohortes,
Præliaq; auertant ciuilibus extera bellis,
Attonitum quando hic vrget metus: omnia fundo
Ne latè ex imo in præceps disiecta ferantur:
Quando mens auersa Deum, clademque minantes
Tempora sic annis voluunt fatalia parcæ:
I nate, & meme atque tuum sub pacis iniquæ

Trade caput leges: ego, dum ſuprema dolentem
Nox & fata ferant dumque hæc indigna parantur,
Fortunæ melius cadam Nec plura loquutus
Ex oculis æger ſe prorſum auertit, & intra
Septa latens, rerum nato commiſit habenas.
Ergo noſtra tuo, Præſul, vix munere tandem
Secula compoſitos belli videre tumultus.
Martem intermiſſum vacui lætamur & altam
Feſſa damus, terrore procul, per membra quietem.
Cantamuſque tuæ meritos virtutis honores.
Interea dubij dum teque, tuumque nepotem
Magnanimi generum Regis, cui ſubdita paret
Terra ſuo Lotharinga Duci ſaluumque precatur,
Venturos patrias olim ſperamus ad vrbes,
Effice ne cupidos fallat ſpes vana ferantque
Vota leues, quæ Dijs populus canit, irrita venti:
Neu templis indictus honos ariſque Deorum,
Feſtaue tollantur, Tyrio vel murice claros,
Purpurea incaſſum ſternant aulæa penates.

*De Marte & Venere Cupidinis telo vulneratis.*

Mars curru vacuum peruolat aëra.
Fert velox tenerum penna Cupidinem.
Vno forte loco, dum ſimul aduolant,
Sederunt duo numina.
Mars belli decus, & gloria militum,
Ferrum lætiferæ cuſpidis extulit.
Parua lenta manu cornua fert Amor,
Ornatur pharetra latus.
Frontem Mars nitida caſſide liberat.
Velo tectus amor lumina detegit.
Armis ille fuit cætera lucidus,
Hic nudis ſtetit artubus.
Mauors axe ferox quadrijugo ſedens
Os frontemque ſimul contrahit horridam:

Infan-

Infantemque Deum, sed nimium potens
Numen, talibus increpat.
Linque hæc arma viris fortia fortibus
O lasciue puer, non bene grandia
Imbelles digiti pondera sustinent,
Auro splendida cornua.
Nos nostrosque decent fortia milites,
Bello & sanguineis cædibus aptior,
Prædæque & spolijs quæ pharetra est tuo
Gestamen lateri graue.
Fas horrenda suis tollere laudibus
Quæ victrice manu prælia gessimus,
Tu tantum vsta tuo (quæ tua gloria)
Igni pectora concinis.
Ergo nec iaculis vtere, nec grauem
Arcum læua gerat: sed tepidis tuas
Inflammare faces cura sit ignibus
Totus sis in amoribus.
Hæc iactans tumido pectore bellicus
Mauors, tanta Dei numina despicit.
Huic blandè teneris impauidus puer
Subridens oculis ait:
Vis est nostra tua vi violentior,
Quamquam sanguinea est, sanguinolente Mars.
Lædunt nostra Deum fortia pectora
Certo spicula vulnere.
Tu mortale genus (nec potes amplius)
Ferro armisque domas: ocyus at tuum
Haud vitata feret vulnera saucium
Nostra pectus arundine.
Si nostra est igitur tanta potentia
Nobis vt superum numina pareant,
Tu quanto minor est sors hominum Deo,
Tantum cede Cupidi.
Nondum dnierat quum volat emicans

E neruo iaculum cuſpidis aureæ,
Traiecit rigidum miſſa ſagitta cor,
Cor vinci prius inſcium.
De centum calamis ſepoſitum Deus
Hunc vnum valido conijcit impetu,
Arcus qui patulos audiat, & queat
Vallum reddere peruium.
Mars alto doluit vulnere ſaucius,
Quòd telum nimijs viribus arteque
Contortum dederat, tantaque vis fuit
Fixum pectore non ſtetit.
Altum findit iter penna volatilis,
Et ſæua Venerem figit arundine.
Diuæ purpureas (heu miſerum) genas
Amiſit roſeus color.
O crudele nefas, ô genus impium:
Sic ne ingrate puer ſanguine dexteram
Materno ſceleras, & cor amabile
Teli cuſpide vulneras?
Hoc demum reperit Martia vis loco
Victorem, nec Amor quo ſua pignora
Ardet chara parens, pectore depulit
Telum miſſile filij.
At felix iaculum eſt quod duo pectora
Miſſum vno pariter figit acumine.
Sic laſciuus Amor numina mutuis
Inflammauit amoribus.
Sic ictu validæ cuſpidis vnico
Inuictumque Deum vicit, & attigit
Matris cor tenerum: quanta ſit vt ſcias
Vis, numenque Cupidinis.

*De Franciſco I. Rege Rhodanum tranſeunte.*

Magnanimum rapida Rhodanus Regem excipit vnda.
Parua ſub ingenti pondere cymba gemit:

Nec

Nec sufferre valens fluuio foret obruta toto,
Ni subita Diuum fulta fuisset ope.
Venit ad hanc Rhodanus, liquidæ venere sorores,
Et placidas puppi suppositere manus.
Hanc simul ad ripam vastum duxere per amnem:
Tota tremens rigidas illa secabat aquas,
Nec mirum si tota tremit, nam sustinet vnum
Qui valet innumeris millibus vna ratis.

*Ad Ianum Thierium Henr Reg. à Secretis.*

Omnia ab ætherea qui dat pater optimus arce,
Quique iubet clarum te decus esse tuis,
Annuat ille precor Iani tibi Iane calendis,
(Nec vanum hoc primis mensibus omen eat)
Vt Rex, vt proceres, quorum tua gaudet amore
Virtus, ipsa vt te Gallia semper amet.
Illum ô publica res sic experiare fidelem,
Vt premitur falso crimine nostra fides.

*Ad Mellinum Sangelasium.*

Qui, Melline, sua cinxit tua tempora lauro,
Teque nitens claro numine, Phœbus amat,
Hunc tibi quem radijs latè effulgentibus annum
Aggreditur, lætum lætior esse velit.

*Hugoni Salellio Iliada Gallicè scribenti.*

Nec mihi dux Pallas, nec qui vix æquore vultum
Extulit, & claro Cynthius ore nitet:
Nec mihi sint Musæ comites: Helicona Talia
Deneget, & sacras fons Heliconis aquas:
Ipse bifrons Ianus geminam sub tempora frontem
Contrahat, & mensi nolit adesse suo:
Si tibi, qui motu astrorum nouus incipit, annum
Felicem auspicijs non precer esse bonis.
Hic tibi lætus eat: nostris ea numina votis

Nec desint, quorum te sibi iunxit amor.
Dent precor illa, tuo traductam vt magna labore
Iliada æternum Gallia seruet opus.

*Ad Claudium Robertum.*

Si mihi (dum tonso notus tibi vertice fungens,
Ruffo, qui supereſt aures cingente capillo,
Ius habet indignum in miseros) hoc linquat iniqui
Tantum, Claudi, vrgens iniuria temporis, ægram
Vt lenire nouo mentem solamine possim,
Fortunamque animus ferat æquior, hic vbi longis
Suspiro absentem lugens heroa querelis:
Si mora, si requies alto foret vlta dolori,
Et fruerer Musis & amœno fonte Caballi.
Hæc ego dum tacitus meditor, te pauca monere
Hic adeò visum est: sic hortor vt auspice Iano
Imponas curæque modum nimioque labori.
Sit membris alterna quies, alterna sit ipsi
Pax animo: nec te, quibus omnes exigis horas,
Seu Deus intendat fulmen, rigidiue procellas
Ingeminent austri, seu splendeat æthere Phœbus,
Detineant opera assiduum; ne sperne monentem.
Hos monitus quamuis admittere nescius exul
Mœream, & insomnes agitent mea pectora curæ.
Cotis agam partes, quæ nec secat ipsa, valetque
Ferrum obtusa rigens, & acutam reddere falcem.
An, quibus exeso numerandas tergore costas
Promentes ipsasque imo sub pectore fibras
Exercentur equi perstes incumbere pœnis?
Et labor haud vllas intermittatur in horas?
Sic miser intendas animum, studioque moreris,
Vt qui pensa trahent ad apertæ licia telæ
Peruigilat parua noctesque diesque taberna?
Aut obscura velut claudus prope limina sutor
Qui sedet, ac vili dentes in pelle fatigat?

Suppli-

Supplicium hoc noſtro, quicumque eſt, imprecor hoſti
Auſpiciis anni grauioribus: omine læto
Tu felix, ſiue ſemper equus iuga triſtia callo
Portet, & incuruo bos impediatur aratro.

*Ad Georgium Patricium.*

Omine felici, Iano bifronte calendas,
Multa fero multis aggrediente ſuas.
Hoc tibi quod ſuperos votis precor omnibus vnum eſt,
Dent, quod es hoc ſolum ſemper vt eſſe velis:
Mens eadem nulla commota cupidine, lætos
Perſtet continua ducere ſorte dies:
Vtque facis, tua rura colas patrioſque penates
Otiaque, & Muſas, ingenuumque larem:
Nec moueant auræ populi nec tangat inani
Quæ ſtrepitu vanos allicit aula duces.
Inuidiam trahit aula grauem quæ vindice nullo
Exultat ſummis inuigilatque malis.
Illa meam (miſerę ſic ſors tulit improba vitæ)
Inſimulat nullo perfida iure fidem.
Immeritum fortuna premit: tu ſperne quietus
Fortunæque acres inuidiæque minas.
Sic ſecura quies altum dormire tumultus
Nec vetet aut pacis turba moretur iter.
Illud habe habe: verum hortari quid multa neceſſe eſt?
Hoc quo te dono munere munus habes.

*Petro Ronſardo & Io. Bellaio.*

Mirabar quid Phœbus equos tam mane recentes
Iungeret, & toto lucidus orbe foret.
Formoſam hic ſpectat Clio, Cliuſque ſorores,
Et quos æterno rollit honore chorus.
Te magnum Ronſarde refers qui Pindaron, & te
Bellai, cœtus gloria Pieridum.
Vos radiis, oculiſque Deus quibus omnia, cœlo
Dum videt, egregio purior ore nitet.

*De suo & Amicæ mutuo amore.*

Quæ me sola potest nutu seruare beatum,
Iuri in se mihi ius par iubet esse suo.
Quod tamen inflammato hærens alo pectore vulnus
Saucius, hoc plagæ par negat illa suæ.
At mea tanto ardent igni præcordia quouis
Vt sit inextincto non minor ille rogo.
Transfixis vtrius miserorum sæuus amantum
Pectoribus telum durius egit amor?
Vrimur igne pari potius par vulnus vtrumque
Afficit: extremas imus vterque vias.

*De Venere Dianam mentita, & Diana à Cupidine vulnerata.*

Callida dum gestat pharetram, vultumque Dianæ
Induit, & graditur per iuga summa Venus,
Hortaturque canes, & Damam forte fugacem
Insequitur, lasso non satis apta pede:
Hanc circum Nymphæ solitis clamoribus instant:
Et sequitur magno credula turba choro:
Fit Veneri media late per deuia sylua
Obuius horrendo fulmine sæuus aper:
Hic memor ipsa suum sub pectore voluit Adonin,
Quem trucis occisum viderat ore suis.
Si tamen effugiat, fraus est detecta puellis,
Si petat hunc telo, vulnera certe timet.
Dum dubitat, magno cernit clamore sequentem
Dictynnam & celeres voce vocare canes.
Nympharum subito totos stupor occupat artus,
Et dominam ignorans, vtraque turba silet.
At neruo imponit teretem Diana sagittam
(Nam Veneris structos senserat illa dolos:)
Pectora rupisset Diuæ sed veste latebat
Virginis, & dextra tela gerebat Amor.
Eminus haud dubia traiecit arundine pectus:

Vul-

Vulnera nunc laxo Delia corde gerit.

*De femina quæ generi amore capta filiam occidit.*

Dum genitrix natæ sortem sibi iure negatam
Inuidet, & pietas quod vetat, ipsa parat:
Quam dedit immani scuissima vulnere vitam
Eripit. Heu quid non pectora cogis Amor?

*Amphion fonti impositus.*

Quem saxa & Dirce mirata, hic dulce cadentis
Me tenet & gelido marmore murmur aquæ.

*Antonii Lotharingiæ Ducis epitaphium.*

Dux Martem rigidum sumtis Antonius armis
Vt vidit medios circum feruere penates,
Iam senior, tectusque sacris insignia canis
Tempora supremum alloquitur sic voce Tonantem.
Non licuit, sator alme Deum, tam semper amata
Æternum mihi pace frui, sic fata negabant
Viuere securum, melioribus inuida fatis.
Spes erat armatas nunquam penetralia circum
Nostra videre acies, & gaudens sanguine bellum.
Spes erat æternam requiem, semperque beatos,
Me duce, perpetua populos in pace tueri.
At passim arma fremunt, lateque minantia cerno
Horrida bella, virum mortes, casusque nefandos:
Castraque: cumque suis euersas mœnibus vrbes,
Inuisam rerum speciem, lacrymabile tempus.
Crimine quo tantum merui tolerare laborem?
At te si qua mouet pietas, si iura fidemque
Seruaui, & gratis impleui altaria votis,
Ne nostri effuso fœdentur sanguine manes,
Vitam aufer, meliore frui simul annue vita.
Talibus orabat supplex, & multa supinis
Fundebat manibus: quem cœli rector ab arce
Audiit omnipotens, & vota admisit Olympo:

Ne

Pergama ter circum raptatus & ora cruento
Puluere, concretoque infectus sanguine crinem,
Longæuo corpus delatum exangue parenti est.
Hic procul insigni venerandos vertice canos
Claudius attollens, incanaque menta, Renato
Rege satus, natos, horrendi fulmina belli,
Tum pietate graues illos ac regna tenentes,
Atque auus è natis genitos altamque suorum
Progeniem. & formam roseo miratur in ore,
Tot concessa Deum tulerit qui munera Princeps,
Persoluit cœlo manibus pia vota supinis.
Hos amplexa tenet coniux Antonia. Regum
Progenies, qualis Diuum lætissima partu
Fert sese turrita comam Berecynthia mater.
Scilicet ex illis Tyrium sublimis honorem
Carolus attollens humeris & vertice sacro,
Romanos inter proceres ad templa deorum
Progreditur sancti decus immortale senatus,
Carolos Aonidum cœtus laus vna sororum,
Et patriæ, & nostri quam felix gloria secli:
Cui sese comitem frater lætissimus infert
Phœbi ingens Ludouicus amor, castæque Dianæ.
Is quoque sidonio velatus murice, vocem
Ingeminat, lętumque canit pæana choræis.
Te Franciſce, ducum bello fortissime, cladem
Sarmatici populi. Thracumque, & gentis Iberæ,
Inuictus quondam, horresçit modo Cæsar, & illum,
Qua sua cumque ruens obuertit signa, ruentem
Sistis, & in medium tete obuius iniicis agmen:
Quasque alte volitare vides, & ab hostibus in te
Proferri ardentes, ac circum effulgere campo
Aduersas, aquilæ vento panduntur inanes.
Quippe sub excelsæ, Cæsar quam obsederat, vrbis
Mœnibus (illa tuo firmissima robore perstant)
Inque his, quæ validi seruant confinia Belgæ

Te

Te victos victore duces, & cladibus ipsum
Cæsarem & indomito turbatas Marte cohortes,
Hinc Morini ruptis armorum insignibus, illinc
Læuia arenosi videre fluenta Mosellæ.
Par animis, ætate minor Franciscus, eodem
Nomine lata secat stridentibus æquora rostris,
Et belli aduersis gestans insigne superbum
Pectoribus, lectas agit in certamina classes.
Claudius armatos equites, galeaque decoros
Instruit, & trepidum denso agmine fertur in hostem.
Cui comes in media comitantum pube, Renatus
Additur, impubesque genas ostentat, auitæ
Spes firmata domus: hic Regum nomen auorum,
Ille patris, patrio referens cum nomine, laudes.
At Maria immenso præcinctis imperat oris
Oceano Regina potens: illi æquora late
Quæ Zephyro, Phœboque tepent extrema cadenti,
Et gens flaua subest, & terrarum vltima Thule.
Illa manu victrice feros à finibus hostes
Egit, & ingentes accepto fœdere motus
Composuit, generumque sibi Delphina parauit:
Egregium Delphina Deum qui munere felix
Viuat, & ipsum æquet numerosa laude parentem.
Vna graues luctus animis Ludouica suorum
Attulit (immiti sic mors rapit omnia fato,
Nec datur expertes mortalibus esse doloris,
Sollicitiue metus) illa Chimeius heros
Ah miser amissa doluit vir coniuge, raptam
Quæstus, & imbellis crudelia fata iuuentæ.
Templa colunt aliæ, & vigiles altaria circum
Sacra canunt: his ore decus, menti insidet altæ
Virginitatis amor, cœlo pia vota feruntur.
Claudius hanc prolem genitor, natosque suorum
Dinumerans æuo grauior, sed læta senectus,
Ecce sacro tandem (miserabile) torridus igni

Trade caput leges: ego, dum suprema dolentem
Nox & fata ferant dumque hæc indigna parantur,
Fortunæ melius cadam Nec plura ioquutus
Ex oculis æger se prorsum auertit, & intra
Septa latens, rerum nato commisit habenas.
Ergo nostra tuo, Præsul, vix munere randem
Secula composito belli videre tumultus.
Martem intermissum vacui lætamur & altam
Fessa damus, terrore procul, per membra quietem.
Cantamusque tuæ meritos virtutis honores.
Interea dubij dum teque, tuumque nepotem
Magnanimi generum Regis, cui subdita paret
Terra suo Lotharinga Duci saluumque precatur,
Venturos patrias olim speramus ad vrbes,
Effice ne cupidos fallat spes vana ferantque
Vota leues, quæ Dijs populus canit, irrita venti:
Neu templis indictus honos ariscque Deorum,
Festaue tollantur, Tyrio vel murice claros,
Purpurea incassum sternant aulæa penates.

*De Marte & Venere Cupidinis telo vulneratis.*

Mars curru vacuum peruolat aëra.
Fert velox tenerum penna Cupidinem.
Vno forte loco, dum simul aduolant,
Sederunt duo numina.
Mars belli decus, & gloria militum,
Ferrum lætiferæ cuspidis extulit.
Parua lenta manu cornua fert Amor,
Ornatur pharetra latus.
Frontem Mars nitida cassidè liberat.
Velo tectus amor lumina detegit.
Ar nis ille fuit cætera lucidus,
Hic nudis stetit artubus.
Mauors axe ferox quadrijugo sedens
Os frontemque simul contrahit horridam:

Infan-

Infantemque Deum, sed nimium potens
Numen, talibus increpat.
Linque hæc arma viris fortia fortibus
O lasciue puer, non bene grandia
Imbelles digiti pondera sustinent,
Auro splendida cornua.
Nos nostrosque decent fortia milites,
Bello & sanguineis cædibus aptior,
Prædæque & spolijs quæ pharetra est tuo
Gestamen lateri graue.
Fas horrenda suis tollere laudibus
Quæ victrice manu prælia gessimus,
Tu tantum vsta tuo (quæ tua gloria)
Igni pectora concinis.
Ergo nec iaculis vtere, nec grauem
Arcum læua gerat: sed tepidis tuas
Inflammare faces cura sit ignibus
Totus sis in amoribus.
Hæc iactans tumido pectore bellicus
Mauors, tanta Dei numina despicit.
Huic blandè teneris impauidus puer
Subridens oculis ait:
Vis est nostra tua vi violentior,
Quamquam sanguinea est, sanguinolente Mars.
Lædunt nostra Deum fortia pectora
Certo spicula vulnere.
Tu mortale genus (nec potes amplius)
Ferro armisque domas: ocyus at tuum
Haud vitata feret vulnera saucium
Nostra pectus arundine.
Si nostra est igitur tanta potentia
Nobis vt superum numina pareant,
Tu quanto minor est sors hominum Deo,
Tantum cede Cupidi.
Nondum dnierat quum volat emicans

E neruo iaculum cuſpidis aureæ,
Traiecit rigidum miſſa ſagitta cor,
Cor vinci prius inſcium.
De centum calamis ſepoſitum Deus
Hunc vnum valido conijcit impetu,
Arcus qui patulos audiat, & queat
Vallum reddere peruium.
Mars alto doluit vulnere ſaucius,
Quòd telum nimijs viribus arteque
Contortum dederat, tantaque vis fuit
Fixum pectore non ſtetit.
Alrum findit iter penna volatilis,
Et ſæua Venerem figit arundine.
Diuæ purpureas (heu miſerum) genas
Amiſit roſcus color.
O crudele nefas, ô genus impium:
Sic ne ingrate puer ſanguine dexteram
Materno ſceleras, & cor amabile
Teli cuſpide vulneras?
Hoc demum reperit Martia vis loco
Victorem, nec Amor quo ſua pignora
Ardet chara parens, pectore depulit
Telum miſſile filij.
At felix iaculum eſt quod duo pectora
Miſſum vno pariter figit acumine.
Sic laſciuus Amor numina mutuis
Inflammauit amoribus.
Sic ictu validæ cuſpidis vnico
Inuictumque Deum vicit, & attigit
Matris cor tenerum: quanta ſit vt ſcias
Vis, numenque Cupidinis.

*De Franciſco I. Rege Rhodanum tranſeunte.*

Magnanimum rapida Rhodanus Regem excipit vnda.
Parua ſub ingenti pondere cymba gemit:

Nec

Nec sufferre valens fluuio foret obruta toto,
Ni subita Diuum fulta fuisset ope.
Venit ad hanc Rhodanus, liquidæ venere sorores,
Et placidas puppi supposuere manus.
Hanc simul ad ripam vastum duxere per amnem:
Tota tremens rigidas illa secabat aquas,
Nec mirum si tota tremit, nam sustineret vnum
Qui valet innumeris millibus vna ratis.

*Ad Ianum Thierium Henr Reg. à Secretis.*

Omnia ab ætherea qui dat pater optimus arce,
Quique iubet clarum te decus esse tuis,
Annuat ille precor Iani tibi Iane calendis,
(Nec vanum hoc primis mensibus omen eat)
Vt Rex, vt proceres, quorum tua gaudet amore
Virtus, ipsa vt te Gallia semper amet.
Illum ô publica res sic experiare fidelem,
Vt premitur falso crimine nostra fides.

*Ad Mellinum Sangelasium.*

Qui, Melline, sua cinxit tua tempora lauro.
Teque nitens claro numine, Phœbus amat,
Hunc tibi quem radijs latè effulgentibus annum
Aggreditur, lætum lætior esse velit.

*Hugoni Salellio Iliada Gallicè scribenti.*

Nec mihi dux Pallas, nec qui vix æquore vultum
Extulit, & claro Cynthius ore nitet:
Nec mihi sint Musæ comites: Helicona Talia
Deneget, & sacras fons Heliconis aquas:
Ipse bifrons Ianus geminam sub tempora frontem
Contrahat, & mensi nolit adesse suo:
Si tibi, qui motu astrorum nouus incipit, annum
Felicem auspicijs non precer esse bonis.
Hic tibi lætus eat: nostris ea numina votis

Nec desint, quorum te sibi iunxit amor.
Dent precor illa, tuo traductam vt magna labore
Iliada æternum Gallia seruet opus.

*Ad Claudium Robertum.*

Si mihi (dum tonso notus tibi vertice fungens,
Ruffo, qui supereſt aures cingente capillo,
Ius habet indignum in miseros) hoc linquat iniqui
Tantum, Claudi, vrgens iniuria temporis, ægram
Vt lenire nouo mentem solamine possim,
Fortunamque animus ferat æquior, hic vbi longis
Suspiro absentem lugens heroa querelis:
Si mora, si requies alto foret vlta dolori,
Et fruerer Musis & amœno fonte Caballi.
Hæc ego dum tacitus meditor, te pauca monere
Hic adeò visum est: sic hortor vt auspice tano
Imponas curæque modum nimioque labori.
Sit membris alterna quies, alterna sit ipsi
Pax animo: nec te, quibus omnes exigis horas,
Seu Deus intendat fulmen, rigidiue procellas
Ingeminent austri, seu splendeat æthere Phœbus,
Detineant opera assiduum; ne sperne monentem.
Hos monitus quamuis admittere nescius exul
Mœream, & insomnes agitent mea pectora curæ.
Cotis agam partes, quæ nec secat ipsa, valetque
Ferrum obtusa rigens, & acutam reddere falcem.
An, quibus exeso numerandas tergore costas
Promentes ipsasque imo sub pectore fibras
Exercentur equi perstes incumbere pœnis?
Et labor haud vllas intermittatur in horas?
Sic miser intendas animum, studioque moreris,
Vt qui pensa trahent ad apertæ licia telæ
Peruigilat parua noctesque dieſque taberna?
Aut obscura velut claudus prope limina sutor
Qui sedet, ac vili dentes in pelle fatigat?

Suppli-

Supplicium hoc noſtro, quicumque eſt, imprecor hoſti
Auſpiciis anni grauioribus: omine læto
Tu felix, ſiue ſemper equus iuga triſtia callo
Portet, & incuruo bos impediatur aratro.

*Ad Georgium Patricium.*

Omine felici, Iano bifronte calendas,
Multa fero multis, aggrediente ſuas.
Hoc tibi quod ſuperos votis precor omnibus vnum eſt,
Dent, quod es hoc ſolum ſemper vt eſſe velis:
Mens eadem nulla commota cupidine, lætos
Perſtet continua ducere ſorte dies:
Vtque facis, tua rura colas, patrioſque penates
Otiaque, & Muſas, ingenuumque larem:
Nec moueant auræ populi, nec tangat inani
Quæ ſtrepitu vanos allicit aula duces.
Inuidiam trahit aula grauem, quæ vindice nullo
Exultat ſummis inuigilatque malis.
Illa meam (miſerę ſic ſors tulit improba vitæ)
Inſimulat nullo perfida iure fidem.
Immeritum fortuna premit: tu ſperne quietus
Fortunæque acres inuidiæque minas.
Sic ſecura quies altum dormire tumultus
Nec vetet, aut pacis turba moretur iter.
Illud habe habe: verum hortari quid multa neceſſe eſt?
Hoc quo te dono munere munus habes.

*Petro Ronſardo & Io. Bellaio.*

Mirabar quid Phœbus equos tam mane recentes
Iungeret, & toto lucidus orbe foret.
Formoſam hic ſpectat Clio, Cliuſque ſorores,
Et quos æterno tollit honore chorus.
Te magnum Ronſarde refers qui Pindaron, & te
Bellai, cœtus gloria Pieridum.
Vos radiis, oculiſque Deus quibus omnia, cœlo
Dum videt, egregio purior ore nitet.

*De suo & Amicæ mutuo amore.*

Quæ me sola potest nutu seruare beatum,
Iuri in se mihi ius par iubet esse suo
Quod tamen inflammato hærens alo pectore vulnus
Saucius, hoc plagæ par negat illa suæ.
At mea tanto ardent igni præcordia quouis
Vt sit inextincto non minor ille rogo.
Transfixis vtrius miserorum sæuus amantum
Pectoribus telum durius egit amor?
Vrimur igne pari potius par vulnus vtrumque
Afficit: extremas imus vterque vias.

*De Venere Dianam mentita, & Diana à Cupidine vulnerata.*

Callida dum gestat pharetram, vultumque Dianæ
Induit, & graditur per iuga summa Venus,
Hortaturque canes, & Damam forte fugacem
Insequitur, lasso non satis apta pede:
Hanc circum Nymphæ solitis clamoribus instant:
Et sequitur magno credula turba choro:
Fit Veneri media late per deuia sylua
Obuius horrendo fulmine sæuus aper:
Hic memor ipsa suum sub pectore voluit Adonin,
Quem trucis occisum viderat ore suis.
Si tamen effugiat, fraus est detecta puellis,
Si petat hunc telo, vulnera certe timet.
Dum dubitat, magno cernit clamore sequentem
Dictynnam & celeres voce vocare canes.
Nympharum subito totos stupor occupat artus,
Et dominam ignorans, vtraque turba silet.
At neruo imponit teretem Diana sagittam
(Nam Veneris structos senserat illa dolos:)
Pectora rupisset Diuæ sed veste latebat
Virginis, & dextra tela gerebat Amor.
Eminus haud dubia traiecit arundine pectus:

Vul-

Vulnera nunc læso Delia corde gerit.

*De femina quæ generi amore capta filiam occidit.*

Dum genitrix natæ sortem sibi iure negatam
Inuidet, & pietas quod vetat, ipsa parat:
Quam dedit immani scuissima vulnere vitam
Eripit. Heu quid non pectora cogis Amor?

*Amphion fonti impositus.*

Quem saxa & Dirce mirata, hic dulce cadentis
Me tenet & gelido marmore murmur aquæ.

*Antonii Lotharingiæ Ducis epitaphium.*

Dux Martem rigidum sumtis Antonius armis
Vt vidit medios circum feruere penates,
Iam senior, tectusque sacris insignia canis
Tempora supremum alloquitur sic voce Tonantem.
Non licuit, sator alme Deum, tam semper amata
Æternum mihi pace frui, sic fata negabant
Viuere securum, melioribus inuida satis.
Spes erat armatas nunquam penetralia circum
Nostra videre acies, & gaudens sanguine bellum.
Spes erat æternam requiem, semperque beatos,
Me duce, perpetua populos in pace tueri.
At passim arma fremunt, lateque minantia cerno
Horrida bella, virum mortes, casusque nefandos:
Castraque: cumque suis euersas mœnibus vrbes,
Inuisam rerum speciem, lacrymabile tempus.
Crimine quo tantum merui tolerare laborem?
At te si qua mouet pietas, si iura fidemque
Seruaui, & gratis impleui altaria votis,
Ne nostri effuso fœdentur sanguine manes,
Vitam aufer, meliore frui simul annue vita.
Talibus orabat supplex, & multa supinis
Fundebat manibus: quem cœli rector ab arce
Audiit omnipotens, & vota admisit Olympo;

Ne

Ne Princeps soceri macularet lumina, dura
Morte gener, Dulci tandem dux funere felix
Sic exoratis animam finiuit in aris.

*Francisci Lotharingiæ Ducis epitaphium.*

Francisco, si vera fides, antiqua redibant
Secla duce, æterni primo quæ tempore veris
Aurea Saturnus magno parer intulit orbi.
Sed mors, humanæ cura est cui nulla salutis,
Promissam populis inuidit auara quietem,
Optatæque (nefas) autorem pacis acerbo
Funere, vix primi lapsis iam mensibus anni
Ex quo dux patrio gentem pius orbe regebat,
Franciscum rapuit. Patriæ fleuere parentem
Extinctum trepidique senes & mœsta iuuentus.
Feralem dextra tulit indignante capressum
Austrasiæ passim populus, simul aurea dudum
Atria cesserunt atro miseranda colori.
Funereæ mediis spirantes ignibus vmbram
Fumauere faces, & sacram humana per ædem
Fumus inexpleto suffudit lumina fletu.
Perstitit ipsa suo vigil indulgere dolori
Nobilis illustri regum de sanguine coniux,
Quam geminæ circum dulcissima pignora natæ,
Egregiusque puer flentes: hic grauidior æuo
Paruulus, illæ altum balbo vix ore dolorem
Testantes, miseræ lacrymas auxere parentis.
Sic facies inuisa mali sic ærea durant
Secula, & Austrasiæ mœrent in funere gentes.
At Christiana vxor quamuis dolor vrget amantem
Coniugis amissi, vultu meliora sereno
Assimulans, premit ingentes sub pectore curas.
Susceptamque regit patriis æquissima plebem
Legibus ac prudens animo dat iura virili.
Cui mediam grato pulcherrimus ore per vrbem

Ipse

Ipſe puer matri graditur comes atque parentem
Obſeruans, medio iuuenum dux agmine fertur.
Ille nouæ, ni fata obſtent, ſpes vna quietis
Carolus & lætum caſus ſolamen amari:
Ille expectatam placidiſſimus omine pacem
Felici, & regna antiquis feret aurea ſeclis.
Ille ingens animis animo quæ maximus olim
Concepit genitor populo, generique nepotum
Perficiet, patriiſque reget virtutibus orbem
Auſtraſium, & placidas mittet ſub fœdera gentes.

*Claudii Lotaringi. Guiſior. Ducis epitaphium.*

Quantus in aduerſas Troiæ pro mœnibus Hector
Arma tulit feruens acies, & caſtra petiuit
Argiuum in medias voluens incendia claſſes:
Tantus in arma ruens Hiſpanum Claudius hoſtem
Terruit, & victor ſpoliis indulus opimis,
Ad delubra manus tendens, araſque Deorum,
Suſpenditque tholo clypeos, & plurima latis
Sæpe Ducum detracta humeris inſignia fixit
Auſtraſius, magni genus alto à ſanguine ductum
Hectoris: at magno felicior Hectore, terris
Si fata hunc ſeruant, & ſors humana beatum,
Hectoris: at magno felicior Hectore, terris
Si fata hunc ſeruant, & ſors humana beatum,
Qui ſenior prolem ingenuam paruoſque nepotes,
Natorumque pater videat, claram ipſe ſuorum
Virtutem & patrios animos & fortia bello
Pectora, & ætatis curam ſub flore ſenilem.
Hector ad arſuras infandis ignibus arces,
Præſaga iam mente dolens inſtantia gentis
Funera Troianæ, & capta cladem vrbe ſuorum,
Captiuæ quondam Andromaches ante ora parentis
Aſtyanacta nouo moritūrum vulnere luxit.
Ipſe quoque à ſæuo tandem ſuperatus Achille,

Per amas

Pergama ter circum raptatus. & ora cruento
Puluere, concretoque infectus sanguine crinem,
Longæuo corpus delatum exangue parenti est.
Hic procul insigni venerandos vertice canos
Claudius attollens, incanaque menta, Renato
Rege satus, natos, horrendi fulmina belli,
Tum pietate graues illos ac regna tenentes,
Atque auus è natis genitos altamque suorum
Progeniem. & formam roseo miratur in ore,
Tot concessa Deum tulerit qui munera Princeps,
Persoluit cœlo manibus pia vota supinis.
Hos amplexa tenet coniux Antonia, Regum
Progenies, qualis Diuum lætissima partu
Fert sese turrita comam Berecynthia mater.
Scilicet ex illis Tyrium sublimis honorem
Carolus attollens humeris & vertice sacro,
Romanos inter proceres ad templa deorum
Progreditur sancti decus immortale senatus,
Carolos Aonidum cœtus laus vna sororum,
Et patriæ, & nostri quam felix gloria secli:
Cui sese comitem frater lætissimus infert
Phœbi ingens Ludouicus amor, castæque Dianæ.
Is quoque sidonio velatus murice, vocem
Ingeminat, lętumque canit pæana choræis.
Te Franciſce, ducum bello fortissime, cladem
Sarmatici populi. Thracumque, & gentis Iberæ,
Inuictus quondam, horresçit modo Cæsar, & illum,
Qua sua cumque ruens obuertit signa, ruentem
Sistis, & in medium tete obuias iniicis agmen:
Quasque alte volitare vides, & ab hostibus in te
Proferri ardentes, ac circum effulgere campo
Aduersas, aquilæ vento panduntur inanes.
Quippe sub excelsæ, Cæsar quam obsederat, vrbis
Mœnibus (illa tuo firmissima robore perstant)
Inque his, quæ validi seruant confinia Belgæ

Te

Te victos victore duces, & cladibus ipsum
Cæsarem & indomito turbatas Marte cohortes,
Hinc Morini ruptis armorum insignibus, illinc
Læuia arenosi videre fluenta Mosellæ.
Par animis, ætate minor Franciscus, eodem
Nomine lata secat stridentibus æquora rostris.
Et belli aduersis gestans insigne superbum
Pectoribus, lectas agit in certamina classes.
Claudius armatos equites, galeaque decoros
Instruit, & trepidum denso agmine fertur in hostem.
Cui comes in media comitantum pube, Renatus
Additur, impubesque genas ostentat, auitæ
Spes firmata domus: hic Regum nomen auorum,
Ille patris, patrio referens cum nomine, laudes.
At Maria immenso præcinctis imperatoris
Oceano Regina potens: illi æquora late
Quæ Zephyro, Phœboque tepent extrema cadenti,
Et gens flaua subest, & terrarum vltima Thule.
Illa, manu victrice feros à finibus hostes
Egit, & ingentes accepto fœdere motus
Composuit, generumque sibi Delphina parauit.
Egregium Delphina Deum qui munere felix
Viuat, & ipsum æquet numerosa laude parentem.
Vna graues luctus animis Ludouica suorum
Attulit (immiti sic mors rapit omnia fato,
Nec datur expertes mortalibus esse doloris,
Sollicitiue metus) illa Chimeius heros
Ah miser amissa doluit vir coniuge, raptam
Quæstus, & imbellis crudelia fata iuuentæ.
Templa colunt aliæ, & vigiles altaria circum
Sacra canunt: his ore decus, menti insidet altæ
Virginitatis amor, cœlo pia vota feruntur.
Claudius hanc prolem genitor, natosque suorum
Dinumerans æuo grauior, sed læta senectus,
Ecce sacro tandem (miserabile) torridus igni

Arsit,& exusto confestim crure,suprema
Flexit voce Deos,atraque natantia nocte
Lumina versauit,vitamque effudit in aris.
Tantum heroa videns alto ferus æthere Mauors
Extinctam,ingemuit,patrij gemuere penates,
Austrasiique duces,& quæ de sanguine Regum
Est domus: illum & Rex amissum,& Gallia fleuit
Omnis.at hoc tandem solido de marmore,nati
Mœrentes,immane patri posuere sepulchrum.

*Iani Lotharingi Card. Epitaphium.*

Quisquis ab extremo veniens oriente viator
Pergis ad Occeani,qua sol cadit aureus,vndas:
Seu procul à medij calidis humoribus austri
Tendis hyperboreo rigidum contingere littus
Frigore,& insano ventos aquilone furentes,
Horrentemque gelu Scythiam,Pontumque niualem
Excitus fama ingenti,quæ læta sub auras
Fertur,& immensum late circumuolat orbem,
Magna sonans,magnum assiduo vigil aëra cantu
Dum stridens mouet,atque solo expatiata repente
Sublimem excelso tollit celer æthere Ianum
Ianum,fama volans atauis quem nuntiat ortum
Regibus,& generis præclarum insigne gerentem,
Largaque porrecta iactantem munera dextra:
Hic consiste. Vides atro de marmore limen.
Vicinum,tumulumque grauem,quo membra sepulcro
Mortua conduntur magni post funera Iani.
Illum dum placidi sinuoso à Tybridis amne
Ausoniæque redit populis,Romaque potenti,
Iam patrios intra fines,qua Gallica culta
Sequana præcipiti lætissimus alluit vnda,
Appositis curas epulis,animumque leuantem,
Heu subita incautum mors occupat,occidit vna
Occidit Austrasiæ clarum decus; ipsaque acerbo

Fle-

Fleuit inexpletum mœstissima Gallia casu:
Fleuerunt Italum gentes, & conscia fratrum
Agmina, Cæsaries regitur quibus alta rubenti
Ornatu, & Tyrio fulget sacra murice vestis.
Ipse adeo pater ingemuit, qui templa sacerdos
Celsa Deum colit, & triplici veneranda corona
Tempora præcinctus Diuum prece numina placat.
At passim errantes, lacrymas fudere Camœnæ,
Et genus Aonidum vates, & quisquis amœnum
Facundo volucris fontem bibit ore Caballi.
Scilicet extinctum mœrore heroa dolentes
Examini, Musas nimio qui captus amore
Arserat, & studio vates opibusque leuarat.
Qualiter Augusto magni moderante tumultus
Imperij, populoque patris florente Quirini.
Mecœnas hederæ velatam frondibus vrbem
Excoluit, magnumque dedit cantare Poëtis,
Et sua condignæ seruauit præmia laudi.
Nec minus attonitæ gemuit pars maxima plebis,
Questa quod indigno Ianum impia fata tulissent
Funere, nec toto quisquam nunc orbe superstit,
Quo miserante fames inopum, vel dura leuetur
Pauperies, atque ampla manu qui munera donet.
Sic humana Erebi rapit implacabilis, atra
Omnia nocte lues, sic altum exangue soporem
Corpus humo carpit gelida, manesque sepulti:
Fama sed æternum durat, Ianique superstes
Viuit inextincto per secula nomen honore.

*Magaridis Egmontea, Vallismontana Comitis epitaphium.*

Margaris heroum genus, Egmontæa, benignas
Lucinæ paritura manus, & numen amicum,
Quattuor autumnis ter senserat, oraque mater
Natorum fœcunda trium complexa tenebat.

At quarto (sic mons homini ruit obuia) partu
Conceptam conata parens educere prolem,
Nequicquam ad duros, vt erat distenta dolores,
Implorauit opem moderantum cuncta Deorum,
Pallida mons adimit sensus, at viua sub auras
Incolumem ediderat generoso semine fœtum.
Etiam nata recens, extinctis ante duabus,
Vna erat Errico demum cum fratre superstes:
Ecce inter luctus medios & funera matris,
Amissam egregio referens puer ore parentem,
Heu sorte indigna rapitur, viuusque repente
Commutat roseum pallenti morte colorem.
Sic vbi purpureum densa inter gramina florem
Mollia prata ferunt & quattuor ordine lentum
Spirant quæ circum gemmæ funduntur, odorem,
Forte sub auroram sternens fata læta putator
Falce metit summum, quod mouerat aura, cacumen.
Hunc florem circum tenero qui vertice passim
Ad cœlum exierant alij sternuntur, & alte
Succiso ad terram procumbunt stipite flores.
Vna solo superat, quæ ferro intacta remansit
Gemma nitens, omnemque ornat procul edita campũ:
Phœbus eam celso surgentem spectat Olympo,
Demulcent Zephyri leuibus coma panditur auris.
Plurima dat liquidum sitienti Iuppiter imbrem,
Donec in immensum flos exiit altaque natos.
Ecce noua radix emisit origine flores:
Haud aliter mœsto solamen dulce parenti
Floreat, & grato diues Ludouica Deorum
Munere se lætam ferat: ac circum vndique longo
Ingenuam fœcunda recenseat ordine prolem.

*Claudii Tenicerii D. Apricænob. epitaphium.*

Ausoniis ego clarus auis hic Claudius alta
Compositus tellure tegor, felicibus olim

Au-

Auſpiciis, Italo gemuit quem læta marito
Auſtraſia de gente parens: at ſanguine primum
Heſperio, domus alta dedit Peniceria nomen.
Indeploratum non me hic in nocte ſuprema
Relligio pietaſque ſinunt, & cœtus amico
Fœdere coniunctus fratrum, qui ſacra canentes
Hæc delubra colunt, fuſique altaria circum
Thura ferunt, onerantque aras, & numina poſcunt.
His ego dum pridem fatis & munere Diuûm
Præficior, placidamque fouet pax feſta quietem,
Bis denos actis expleui menſibus orbes.
At membris miſeranda lues (ita ſorte negatur
Hic paſſim indigna mortalibus eſſe beatis)
Ecce ſubit, duroque artus languore ſolutos
Attenuat macies, & mollibus oſſa medullis
Exſiccat, lenta ſenſim liquentia tabe.
Mors adimit ſenſus, triſtique à funere tandem
Hanc patruo tumulum grati poſuere nepotes.

*Dianæ Baldoriæ, vxoris epitaphium.*

Qualis inexpletum gelidas ad Strymonis vndas
Thracius amiſſa lachrymauit coniuge vates
Ingeminans quæſtus, altaque à rupe ferarum
Agmen & aërias deduxit carmine quercus:
Eurydicen diræ tactu ſerpentis ad imas
Demiſſam ſedes Erebi, noctemque profundam
Voce vocans, & dona quærens atri irrita ditis:
Talis ego imbelli cithara, fidibuſque canoris
Te mea, nocte vigil, te perſono luce Diana:
Nequicquam indulgens lachrymis, omneſque peragrãs
Auſtraſiæ lucos, ſaltuſque, & inhoſpita luſtra:
Hic grauibus longe reſponſant antra querelis,
Saxaque, ſylueſtreſque feræ, colleſque ſupini,
Et nemora, & ſteriles agri, cum fontibus amnes
Crebra gemunt, ac ſollicitum miſerantur amorem.

Ipſe ſed obſcuris errantem in vallibus Orci
Eurydicen Orpheus (vates ſi vera loquuti)
Viſit, & exangues commouit queſtubus vmbras.
Te primum vt miſero fera mors inuidit amanti,
Te poſtquam amplexu iuuenem Baldoria noſtro
Eripuit, dulcique in coniugis ore gementis
Artubus à gelidis anima exhalata receſſit,
Ecce comes cœlo virtus æterna locatam
Ad Diuûm æthereas euexit limite ſedes.
Quam ſuperûm læto circum chorus agmine cinctam
Excepit, medioſque inter celſi ætheris ignes
Libauit ſacro Diuûm pater oſcula vultu.
Illic pura nites: at te mihi, donec acerbum
Viuere me mea fata volent, atque orbe morari,
Fas alto vacuum petiiſſe per aëra cœlo
Non erit, & ſolitis in collo hærere lacertis.
Hoc vitam vates, hoc me felicior egit
Munere, quod manes arceſſit coniugis Orpheus,
Præferor hoc illi, tua quod ſuprema dolentem
Funera, me ſpectes alto ſublimis Olympo.
Quo te, ſi qua tuæ virtus erit æmula laudis
Quæ cœlo tollat cupidum, ſequar ipſe, nec vltra
Experiar tantos indigna ſorte labores.
Vna quies ambobus erit, pax vna fouebit
Compoſitos, actoque aderit mens æqua timore.
O vbi te nota compellem voce, tuoque,
Iam carne exutus dura, mens ore fruatur
Spiritus: ô qui me charo, immortale per æuum
Siſtat in amplexu, & tecum det viuere cœlo.
Hic exoptatæ dum ſpes erit vna ſalutis,
Extinctam, gemitu, lachrymis, & voce Dianam.
Te querar, ac longum cantu ſolabor amorem
Auſtraſiæ de more nurus altaria circum
Lugentes, altoque genus de ſanguine ductum,
Et laudem, & claræ meritos virtutis honores

Et sanctum in casto narrabunt corde pudorem.
Vnicus interea de funere matris acerbo
Raptus, & amissam referens puer ore parentem,
Te referens, ipsa tuos in imagine vultus
Attollens, qualis vel Myrrhæ fertur Adonis,
Vel quales nudi tabula pinguntur Amores,
Pendebit mœsti circum patris oscula natus.
Hunc mihi si spatio durante superstitis æui
Fata Deum seruare parant, hic forsitan olim
Cogar in extrema patienter sorte dolere.
Atque vbi iam pueri plenis adoleuerit ætas
Mensibus, ingenioque feret maiora capaci,
Maternum decus, & laudes, & nomen auorum
Expediam, & quanto superet discrimine virtus.
Tum quot me duris fortuna laboribus actum,
Quot maris ereptum grauibus, terræque periclis
Ad patrios demum impulerit consistere fines.
Scilicet, vt fessum requies dum grata foueret,
His mihi dum tandem melior fulciret in oris
Spes animum, tanti obruerer molimine casus.
Maiorum exemplis dulcem super omnia natum,
Præmia ad antiquæ passim virtutis, & omni
Ad veram hortabor studio contendere laudem.
Annuat, & votis adsit Deus, atque virenti
Aspirans foueat crescentem flore iuuentam.
Hinc me quamprimum, cui te sine, quicquid in orbe
Luminibus fortuna vsquam tulit obuia mœstis,
Accidit ingratum; celsa pater optimus arce
Accipiat, dulcique simul cum coniuge certam
Det precor æterna producere pace quietem.

*Eiusdem epitaphium.*

Dum cadit indigno Masuri Baldoria coniux
Funere, iam parta prole puella parens,
Vox anima fugiente fugit, pro voce, lacertis.

Amplexa eſt chari dulcia colla viri:
Mente vale dixit: puerum ſimul obtulit, ac ſi
Diceret, hoc noſtri pignus amoris habe.
Sic eadem ob cauſam lachrymis, & dulce dolori
Solamen liquit: ſpiritus aſtra petit.

*Franciſci Clemerei epitaphium.*

Iam quater autumno frondes agitante caducas,
Et toties agris, qua florent, vere colores
Immittente nouos, atram Clemereius ægro
Languidus orabat nequicquam corpore mortem:
Peruigil heu vocem ingeminans. & ſæua Deorum
Fata quærens, morboque animum deiectus inerti,
Protinus inuiſam quærebat rumpere lucem.
Quinta ſed optatam felicior attulit æſtas,
Quamuis (ſic æuo durabilis inſcia fati
Mens hominum) ſpes haud vitæ foret vlla ſalutem.
Ergo vbi iam firmis præter ſpem tabida ceſſit
Artubus acta lues, imiſque repente reduxit
Se ſanguis venis & viuidus oſſibus humor,
Sedibus excedit patriis, atque impiger alti
Ardua conſcendit Vogeſi iuga: perque reductas
Obſcurus valles, qua gens Heluetia longe
Arcet ab extremis armatum finibus hoſtem,
Lætus in Auſoniæ ſpatioſas fertilis vrbes
Deuenit ac Ligurum populos. atque alta Quirini
Mœnia perluſtrans, & Parthenopeïa regna,
Æquoraque. & Veneto poſitas in littore gentes,
Quam longius, ſtudiis omnem iuuenilibus annum
Exigit. aëriaſque iugo, quas ante per Alpes
Venerat, exuperans, ipſis celer inde relictis
Alpibus, Auſtraſiam repetit, patrioſque penates.
Quo properans hac. qua Rhodano confunditur amni
Mitis Arar, conuertit iter, paulumque moratus
Gens vbi natiuis dulces in collibus vuas

Sequa-

Sequana feruenti libat celeberrima Baccho,
Optato tandem potitur lare. & arua reuisit
Grata quibus læti natum excepere parentes
Incolumem, passoque humeros, & colla, caputque
Infusi fouere sinu: simul omnis amore
Plena domus gremio reducem complexa patenti est.
Heu quantum obscuræ cœcis humana tenebris
Pectora noctis habent! valido firmata iuuentus
Robore. & ingenio pulcherrima diuite virtus,
Et studium, & præstans animo doctrina virenti,
Dum variæ iuuenem dotes ornantque. feruntque
Ad cœlum, & meritæ commendant præmia laudis,
Iam grauis creptum longa torpedine morbi,
Nuper & innumeris patrio procul orbe periclis
Iactatum, nec quicquam animo iam triste mouentem:
Dum secura quies, & res, & amica sopori
Otia delectant, acri mens alta timore
Dum vacat. & placidum demulcent gaudia pectus:
Forte vagus media (si sors tulit) vrbe frementi
Fertur equo iuuenis, circum delecta iuuentus,
Atque ætate pares illum comitantur amici:
Ecce labans læui silicum compagine putrem
Concidit ad terram quadrupes. at pronus aperto
Vertice vir, fractaque miser ceruice cruentam
Pulsat humum. & multo late loca sanguine fœdat.
Semianimem famuli referunt. altoque gementes
Membra thoro defecta locant: hic tertia vidit
Lux oculos. atra (infandum) sub nocte natantes.
Pallida mors adimit sensus, sopor occupat artus
Frigidus: ac tenues anima exhalatur in auras.
Sic miseris. hunc ô tumulum quicunque viator
Conspicis, incerta est mortalibus hora paratæ
Mortis. & indigno dilectam funere lucem
Linquimus. heu cœci prorsum improuisa ruentes
In fata, & blandæ capti dulcedine vitæ.

Sic denſa circum premimur caligine ſepti:
Et paſſim obſcuris homines erramus in vmbris.

*Eiuſdem.*

Franciſco mortem oranti mors atra negatur,
Dum laberacta grauis conterit oſſa dolor.
Mox vbi morbus iners abiit, ſpem præter, & omni
Succeſſit pulſo grata dolore quies,
Ecce frementis equi Clemereium terga prementem
Deiicit, ac miſerum mors inopina rapit.
Sic incerta ruit certæ mortalibus hora
Mortis, & extincto lumine vita fugit,

*Alberici Mothæi epitaphium.*

Dicite Pierides quur atra in morte Mothæum,
Dicite quur ſolita deſtituiſtis ope.
Vos ille Aonio deduxit monte ſorores,
Tenſa læui feriens pollice fila lyræ:
Vos illum comites ignota per arua ſequutæ,
Et vaſtum tumidis qua patet æquor aquis:
Vos puero primum veſtro ſolamen amori,
Dum patrios alta deſerit vrbe lares,
Auxiliumque decuſque viæ, dulciſque fuiſtis
Gloria, & in duro grata labore quies:
Protinus Auſtraſiis egreſſum finibus, oras
Egiſtis Muſæ viſere Vindelicas.
Hoſpita, qua læto Rhenus fluit amne bicornis,
Terra fuit: Cimbri, Vangioneſque feri.
Marcomanæ gentes videre, acreſque Sicambri.
Indomiti feſſos detinuere Getæ.
Hoſpitio Batauuſque, & Thrax, & Sarmata fouit,
Et Dacus rapidis quem lauit Iſter aquis.
Inde fuga trans aërias agit impetus Alpes:
Siſtit & Anſonio voſque virumque ſolo.
Hic Padus, & Ligures, & Hetruria fortis, & Arnus,

Et

Et vetus immensas Hadria pandit opes.
Hinc Tyberis petitur pater, & Mauortia fœtam
Antra quibus fama est procubuisse lupam.
Romanæ excipiunt arces, atque alta Quirini
Mœnia, & Iliacis numina rapta rogis.
Parthenope quaque Æthna suis furit ignibus, & qua
Hesperium Siculo diuidit vnda latus.
Trinacriæque altis extructæ mœnibus vrbes,
Et paruis Calabri vos habuere casis.
Itur & ad gentes qua latum eiectus in æquor
Præcincta Oceano regna Britanne colis.
Vix reduci tandem patria, Austrasiique penates
Gratati, & magno dulcis amore domus.
Læta datur iuueni coniux, & voce Camœnæ
Et cythara festum concelebrastis hymen.
Iamque thori sociæ toto quos orbe labores
Hauserat. & longum commemorabat iter.
Iam studio patriæ vigil incumbebat, & armis
Vna erat hostiles vincere cura manus.
Vix actis adeo vitæ sex ordine lustris,
Mors iuuenem indigna pallida sorte rapit.
Nec decimum Phœbe solitis impleuerat orbem
Ignibus, & volucres axe regebat equos,
Ex quo lux tædis erat acta iugalibus, ecce
Deseritur viduo mœsta puella thoro.
Ille acer, viridique nitens ætate iuuentæ
Deficit, ac toto corpore vita fugit.
Nec virtus, aut æqua virum constantia morti
Eripuit. non vis exagitata malis:
Non homini læuum facundia depulit omen,
Doctaque quod variis solueret ora modis:
Quod Latio sermone potens, quod Græca sonaret,
Et qua se lingua iactat Hetruscus ager:
Quaque truces alio fari decet orbe Britannos,
Quosque vomit rabido Teutonus ore sonos.

Sic

Sic ardore mali confestim torridus, altam
Exanimi iuuenis corpore pressit humum,
Et iacuit decus Austrasiæ: mox frigidus illi
Occupat extincto lumine membra sopor:
Non secus ac languens cultis flos decidit hortis,
Quum steriles igni Sirius vrit agros.
Vosque Deæ frustra morientis voce vocatas
Detinuit Pindi non adeundus apex.
Dicite Pierides, quur atra in morte Mothæum,
Dicite quur solita destituistis ope.
Hæc ego sum dulces affatus voce Camœnas.
Quarum de medio sic ait vna choro:
Noster amor, nostri succensus amore Mothæus,
Dum facilem tenui barbiton vngue ferit,
In patriam Aonio nos quondam è vertice duxit,
Qua gelidus sacro fons Helicone fluit.
Inde per immensum nobis comitantibus orbem
Terra, altoque volans æquore fecit iter.
At tandem vt reduci tetigit natalia primum
Arua pede, & patriæ limina chara domus,
Vtque verecundos teneræ vir coniugis ignes
Fouit, & est casto iuncta puella thoro,
Immemor Aonidum, sese horrida Martis ad arma,
Ponendæque nouum contulit arcis opus.
Huic instans vigil, & nostrum aspernatus amorem,
Murorum ingentes erigit arte minas.
Ergo indignatæ iuuenem diuersa sequutum,
Atque oras dulcis linquimus Austrasiæ.
Ad iuga tam celsi contendimus ardua Pindi,
Quæque Caballino gramina fonte madent.
Stamina sed postquam nentes fatalia Parcæ
Videre Austrasio nos procul ire solo,
Iamque ope desertum nostra vt sensere Mothæum,
Crudeli incautum corripuere manu,
Atque adeo ætatis læto iam flore virentem:

Sic

Sic valido virtus corpore grata fuit.
Scilicet haud vlla morituram sorte putantes,
Canities vnquam si foret alba seni.
Si tamen Aonidum decus immortale, nec vllo
Gloria, quam longum, tempore nostra cadit,
Si quis honor vatum famæ, magnumque per orbem
Carmina si nostro numine tuta volant,
Inuitis æterna æui per secula Parcis,
Perpetua celebris laude Mothæus erit.

*Conualescentis hymnus in Deum.*

Cuncta qui nutu moderatur alta
Mitibus clemens oculis ab arce,
Vidit obliquo pater euagantem
Tramite natum.
Quanta neglecti valet in parentis
Corda, non ira leuiore motus,
Corripit natum genitor petentem
Deuia cursu.
Nec parem errori meritisque pœnam
Sumpsit: at cæsum leuiore plaga
Filium blande monuit, pioque
Indulsit amori.
Sic ouis lætas vbi sola syluas
Et grege & caulis peragrat relictis,
Pastor errantem videt à remoti
Vertice saxi,
Rupe de celsa ruit, & coactum
Deserit solis pecus omne campis:
Hinc ouem gaudens humeris relatam
Reddit ouili.
Sensit vltricem genitoris iram
Natus, & vultu lachrymis madenti,
Vt sui quondam puer, & paterni
Prodigus æris.

Hic

Hic Deum votis onerat, manuſque
Tendit excelſo duplices Olympo,
Ac ſuum ſupplex humili precatur
Voce parentem.
Tu pater pœnas (quid enim parentis
Nomen appello:) merito rependis.
Nouit admiſſum ſcelus omnis alti
Incola cœli.
Cuncta prodegi miſer: at reuertor
Vnde diffugi. ſine me recondi
Transfugas inter famulos, & atro
Stigmate dignos.
Haud tuus dudum mereor vocari
Filius: verum cruce dignus oro
Inter abiectos aliqua tuorum
Parte reponar.
Gaudium ſancto lachrymas parenti
Dulce commouit: veniamque nato
Æquus oranti pater, & paternas
Annuit ædes.
Sic pia nati prece pœnitentis
Motus, admiſſum gremio manuque
Fouit, ac ſpiſſis timidæ reduxit
Mortis ab vmbris.
Redde me ſæuis Deus à ferarum
Faucibus tutum: mediumque ſeptis
Contine: certo ſimul orbe preſſos
Dirige greſſus.

*In numiſmata antiqua Piſonis.*

Edidit Heroas vita Natura fruentes,
Quorum hic cælatas exprimis effigies.
Abſtulit inde orbi cita mors: aſt eripis Orco,
Phœbea vitæ reddis & arte nouæ.
Virbius Hippolytum mutato nomine ſyluis

Abdidit, irato ne Ioue concideret.
Piso noua magis arte audax, rediuiua sub auras
Nomina magnorum reddis & ora virum,
Hosque palam profers imitandos ordine, quorum
Fortia diuina pectora laude vigent.

---

# ADOLPHI MEKERCHII BRVGENSIS.

*In Antiquitates Laurini ac Golitzii,*

AVreus auratas voluit Pactolus arenas:
Argentum profert India, vt æra Cyprus.
Hubertas, Huberte, tua hæc huberrima, multò
Huberius certe fluminis huber habet:
Nam vehit argentum, vehit æs, aurum vehit alueo
Omne, quod Æneadum prisca moneta tulit.
Protegit hoc flumen Laurus viridante sub vmbra,
Vndifluas Laurus consita propter aquas:
Cui non vlla suos vis perturbabit honores,
Non Auster virides auferet imbre comas.
Sed patulis fulgur ramis, sed dira venena
Arcet, & à ripis noxia quæque fugat.
Naiades hoc, Satyri, Dryades, Pan, Phœbus, Athena,
Hoc Charites gaudent flumine & Aonides.
Vos me, Pierides, quoque in hæc damnate metalla,
Has studio vt venas huberiore colam.

*De eisdem.*

Roma vetus quondam, miseras perpessa ruinas,
Concidit, & Romæ diruta Roma iacet.
Colligit hanc, priscamque nouæ (mirabile) Romæ
Restituit Romam Flandrica Bruga suam.

*De Huberto Goltzio.*

Edidit Hubertum Venlo sub luminis auras;
Illius at proauos & genus Herbipolis.
Bruga magis felix, quæ tecta laresque benignos
Artifici dextræ præbet & ingenio.
Inuidit Latium, & Latii caput inclita Roma,
Roma peregrinis gentibus æqua parum.
Ac sibi ne tantum decoris laudisve deesset,
Ciuibus adscripsit Goltzion Ausoniis.
Et meritò: quia nemo alius, qui mœnibus Vrbis
Semirutis humeros suppositisset, erat.
Sed ne Roma tumesce nimis. nam Græcia ciuem
Hunc à te repetet, surripietque breui.
Tunc iterum viuent Thebæ, Sparta, Argos, Athenæ;
Totaque surget ouans Hellados Hellas humo.
Goltzius & viuet, donec Venlo Herbipolisque,
Donec erit Latium, Græcia donec erit.

*In Nonnum à Franc. Nansio emendatum.*

Nemo Poëtarum magno æquiparandus Homero,
Aut alius certe vix nisi Nonnus erit.
Huic primum Bacchi dedit indica vanus Apollo
Prælia Mæonia concelebrare chely.
Cœlitus at postquam meliori numine mentem
Afflauit Patris Spiritus ætherii,
Altius adsurgens, diuina oracula Christi,
Tum Monadis Triadem, tum Triadis Monadem
Intonuit, proh quam sublimi carmine! saltem
Id non fœdatum turpiter ora foret:
Nec truncum manibus pedibusque, & conspurcatum
Vlceribus multis vulneribusque foret.
Nansius indoluit casum miseratus acerbum,
Nec piguit medicas vltro adhibere manus.
Plurima correxit; (labor hic quam scribere maior)
Sublatis mendis optima restituit.

Nonne

Nonne vides, vt iam molli fluat agmine Nonnus,
Nec mage per salebras duraq; saxa cadat?
Et quæ tempus edax priscique iniuria sæcli,
Gotthica barbaries Vandalicusq; furor
Hauserat, accipiunt lucem, vastæq; lacunæ
Implentur passim Nausiacis opibus.
Quas si fors aliquis Nonni fragmenta latebris
Eruat, haud alias proferat è latebris.
Quin si iterum redeat Nonnus rediuiuus in orbem.
Hæc mea iurabit protinus, hæc mea sua
Scribere non aliter poteram, vel si mea non sunt,
Gratulor auctori qui meliora dedit.

*In eundem.*

Sæpius in libro memoratur Persius vno,
Quam leuis in tota Marsus Amazonide.
Sæpius in Nonno memoratur Nausius vno,
Quam multi in multis quos peperere libris.

---

## IANI MELLERI PALMERI COLONIENSIS.

*Ad Ianum Gulielmium.*

CVniculi Poeta mollior pilis
Haue *Gulielme*, siue Tu es *Gulelmius*.
Et vt queas hauere, hauere me iube.
Nam vt optime tibi sit, alteri tibi
Male haud potest, neq; ille siuerit Deus.
Quid vsq; ibi, obsecro, est tibi negotii,
In vrbe Claudi, vbi togatum & Vbium
Latina sanguinem virago miscuit?
Quid operiris? aut cui rei sedes
Veterne? sicne tam cito tibi excidi?
Opusq; nomine in meo iam aranea
Facit, quum in aerem illico abstulit notus
Fidem, sibiq;, fratribusq; alis pilam?

Tuum quidem hercle nomen obſerat fides
In hoc meo tuo *Gulelme*, pectore.
Neq; vlla candidum mari caput dies
Renata tollit, aut cadens facem occulit,
Nec alma luctiluca lampadem quatit
Vehens nigrante langu'dam rota vicem,
Vt ipſe cogitare te immemor ſiem.
Et ante Scaldis in caput fluãt retro,
Quam in hoc lethem ille corde ventilet facem
Deus, qui amica pectora aureo ligat
Iugo; quod ipſum vbi mihi, & tibi induit,
Pariq; iuſſit ire nos via, meum
Tuumq; nomen alterauit inuicem:
Tu vt eſſe ego haud grauére. ego vt *Gulelmius*
Et id negat negare Rhenus Iſulam:
Ita ille candor, ille vectus oſcine
Olore candor, atq; muſicus decor,
Ita eruditio rogata me capit
Tua, atq; palliata, & ignem in oſſibus
Ciet, benignitaſq; mentis incola
Probæ, dolo ſine atq; Vlyſſe duplici,
Cuiue nulla vulpem Iberia aſſuit.
Et ignea illa vis tui ingenii impetu
Suo atq; ſpiritus *Platonici* alite
Volans ad vſq; belluata tegmina
Suprema cœli, & alta tranſnatans Deum
Cubilia ac fabrem ipſius Iouis torum.
Adhæc poeſis, vt minor ſit Actius,
Nec ipſe maior Angelus cluat, ſimul
Laceſſis aſtra, meq; ſurripis mihi.
Sed & mihi quoq; affuit (neq; abnuis
Scio) perinde quo ſubire poſſiem
Tibi: ſcit hoc Apollo, vt arſeris piis
Gemelle frater vſtulatus ignibus.
Quid ergo poſſidere te vetat, rogo,

Ita

Ita vndiu occupaueram, *Gulelme*? cur
Habere amore cogor in tuo notam?
An hæc inanis est querela amantium,
(Quod ô *Deus* face) & nihil tibi mea
Minusue, plusue fecit imperitia?
Sed à tuis tu abesse non potes libris,
(Vt helluo es profecto litterariæ
Dapis) vel vsq; dum huc pedem asseras, iis
Catere? fallor? an quoq; illa cura te
Tenet, libellulos tuos amussitans
Ad vnguem vt exigas, quibus trecenties
Trecenta menda sustulisse te è libris
Trecentum opinor. adde. si voles, vti
Voles. vt vt sit huc recurre, si sapis,
Agrum in suburbium, aut, si id est pigro graue,
Remitte me mihi. & meum esse me sine.
Qui enim mei minore parte mecum ago:
In vrbe quippe tu vadatus alteram es
Tuis amantiis, leporibus, iocis,
Lubentiaq: sed redire me iube ad
Me iniquum enim fit vnum vtrumq; te simul
Habere, me carere vtroq; scilicet.
Si id obsequi quoq;, vt soles morabere,
Malo tuo *Gulelme*. faxo sis malus.
Cui, quot vspiam truces minas vibrant,
Salire circum iambici caput parant,
Latusq; sauciare se videntibus,
Nefaste. sed Dii nec hoc. nec illa vis
Amoris entheata mutui sinat,
Vt alterum me ego alter increpem malus,
Tu ama modo. & vicem repone mi tuis
Gemelle frater vstulato ab ignibus,

# ISAACI MEMMII VLTRAIECTINI.

*Ad Ianum Douſam.*

GRegis pii ducem patremque Apollinem
Deum neceſſe nec fuiſſe, vt autumant.
Sed irritos iocos, meramque fabulam,
Opinio alta plurimis reſederat.
Ea incitatus ille contumeliâ,
Opinioni huic opus mederier
Puto, inquit eſſe, longius neq; id
Repente ego hæc biuerticis cacumina;
Nouemque vos meæ optumæ puellulæ
Relinquam iens mihi præeſſe deditis:
Homullulis videri vt omnibus queam,
Nec vlla poſt ſuperſit hæſitatio.
Aitque iitque; & in recenter editi
Colorem & ora ſe induit puelluli,
Puelluli ora *Douſæ*, imaginem ſui.
Et inde *Douſa* mox adhuc tenellulus,
Sacra & potente vagientis Herculis
Potentia magis fuit potentior:
Geniq; vi nouum reuulſit vt iubar,
Cui nouum hoc? Deumne maximum potis
Minutulis fuiſſe fallere artubus?
At ille nunc adultus & valentior,
Magiſne homo, mage an Deus? ſuis præeſt:
Stupentia ora quod tuentur omnium,
Neceſſe relliquus dubius poteſt locus.
Lyra audin' aurea vt venuſtule vt bene
Sonat canora, blanda, dia carmina?
Sonuſq; vt ille pulſet alta ſidera,
Perambulet repulſus omnia ætheris
Capace quæ hinc & hinc teguntur ambitu?
Quis hoc quis explicare pauculis queat?

Ferum

Ferum ecce *Douficos* mare ad modos modo
Suauiuſculos quieſcit & ſilet;
Thetiſque Naiadeſq; dulce luſitant:
Modo furens furente clangit impetu,
Modo aſtra ſpumeis ferire fluctibus,
Et inferis ſalire gaudet in caput,
Thetiſque Naiadeſque triſte concinnunt:
Vt ille triſtioribus præit modis,
Vel horridos grauis truceſque fulminat.
Et aura huic ſereniore vidimus
Olympe te reniduiſſe Apollini
Canenti. & hiſpidas pluiſſe lacrymas.
Quid? ipſa virginum ſacrata numina
Inhorruere ſæpius ſilentio,
Quod heic venuſtius, quod elegantius
Canentem eum audiere, quam in iugis ſacris.
*Haueto*, ſiue *Apollo* ſiue verius
Vocare *Douſa*, & inuocari ita eſt volup.
Bonus bonis es: eſt bonis bonum eſſe fas:
Et heic diu moreris: adq; cœlites
Lubido ne tibi fuat recedere.
Nec illa ſæculi inficeta pondera
Mali poetæ; ea, inquam, inepta ſæcula,
Quæ & hinc & hinc & inde multa tinniunt
Ineptiora ruris inficetiis,
Malam vt tuis duint grauedinem auribus,
Fugare te ſuis queant moleſtiis:
Sed vt merent, repente perde, diſſupa.
Nec æui amor prioris & cupido hians,
Nouemue virginum tenellularum amor,
Biuerticiſue cliui amata culmina,
Tibi reuorſionis illici ſient.
Nam & heiç idoneis tibi ſacris litant:
Vbique cunque *Apollo Douſa* tu eſſe vis,
Ibi puellæ, ibi Biuerticis iuga.

*Nuptiis Martini Coleri I. C.*

O Flos, ocelle, ô delicium vnicum,
Thœbo & Themisti sacra piantium,
Quid te *Colere* immane quantum,
Imperio Paphia subegit?
Musæus vt iam trigeminus calor
Cedat tenellæ virginis ignibus,
Quæ te indui secum coactat
Colla iugo, meruente poni.
Frustra Cupido te ferus impetens,
Obduxit illud virgineum decus:
Pollens tibi incussisse amorem,
Forma, opibus, probitate, gente.
Sed forma rugis, sorte cadunt opes:
A Dis ferenti coniugium probum,
Castumq; prognatumq; honestis,
Nil melius potes vouere.
Hæc intuenti fert tibi Lux tua.
Et mutuum ignem, mutua vulnera,
Pandora virtutum, boniq;
Optima progenies parentis.
Astræa nulli laudis amantium
Nomen parauit. ni *VVesebecii*
Fama, in remotas dicta oras,
Fert agiles super astra pennas.
Oraculi instar cuius erat domus,
Adiuera totis euomere ædibus
Vndas clientum, non inanes
Consilii penitiq; iuris.
Cuius vetustis æmula sæculis,
Per quam Lyceis vtilia, & foro,
Quei viuet ætatem superstes,
Aurea quis monumenta nescit?
Quin *Petrus* illo nil Patruo minor,

Iuris

Iuris Sacerdos fidus Alethias
Constans amator, rariorque
Gloria Phradmosynæ, & Mineruæ,
Nuptæ tuæ amplum conciliat decus:
Nec non Suadæ vera medulla, amor
Cliius, *Bidermannus*, fideli
Consilio Ascaniæ columna.
His & *Bucheros* de Philyra Patres
Antiqua matris stemmata subderem:
In matre sed thesaurus ipsa
Est solidus locupletesq; laudum.
O Caie, Caiæ dedite tam bonæ,
Gaudeto plane sensibus intimis
Et iure te cense beatum,
Non melius poteras perire.
O Caia, Caio dedita tam bono,
Gaudeto plane sensibus intimis,
Et iure te cense beatam,
Non poteras melius perire.
Nam quid *Colero* tersius, aut magis
Docte peritum, sive volumina
Immensa Iuris, sive spectes
Historiam, veteresque ritus?
Illi est acetum pectoris, Attica
Facundia oris: magnanimus sua
Virtute se inuoluit, relictis
Fumo, apinis, strepituque vulgi.
Audire gestis forte lubentius,
Vt ipsus, æui viribus integer,
Te, te requirat cor coquentis
Dulce refrigerium caloris.
Cur tu repugnes? ilicet hinc mora.
Hoc vesperascit iam: iuuenum chorus,
Et mista nymphiarum caterua,
Hymen iô Hymenæe cantant.

Tædæ en iugales: sis cape flammeum:
Iam cerno fusum cum cumero hoc tuum est,
Tu, Sponse, sumes quod lubescet,
Cum stiterit Domiduca Nuptam.
Trans limen infert iam nitidos pedes,
Reddatur ergo ianua limini:
Pars verba fescennina promit,
Pars crepero strepit in tumultu.
At vos cupitis gaudia cum iocis
Miscete, fellis nescia gaudia:
Suprema dum canis propinquet
Sparsa caput niuibus senecta.
Benigna vobis sit Polytychia,
Desiderata cum Polytecnia:
Ex liberûm virtute, vultu,
Quiq; Patrem recolant, Auumque.

*Iano Grutero S.*

Ex quo Saxonicis, *Grutere*, auulsus ab oris:
Albidos ludosi latices, turbata fluenta,
Piscosi liquido, mutasti flumine Nicri,
Anxius assiduo deposco carmine Musas,
Vt valeas, quid agas, quæ te modo cura moretur:
Cum mihi perculso Phœbus, quin desinis, inquit,
Quærere, & ad sanum coiens mihi scindere vulnus.
Celsissem ipse lubens cythara, plectroque: sed ecce,
Vi rapere ausus, amat nostras contemnere nymphas,
Et venari alias fors vt plane abdicet omnes,
Aut decimam iungati numero me vincere tentans.
En habet & ternas discit, quod millibus aptus!
Nec mihi sed pueri facit orbi lumine matri
Suspendens tabulas votiuas illius ædi.

1. *I. Gruterus Veneri:*

Cum veniunt redeuntque tui Aphrodisia festi,

Sacri-

Sacrificant alii thure meroque tibi.
Ast ego non præfinito: sed nocte dieque,
Et mane & sero vespere sacra pio.
Thus anima ipsa, merum, lachrymarum fertilis vnda:
Thuribuli speciem corpus inane gerit.
Suffitus gemitus sunt, & suspiria crebra,
Ignis continuo qui cremat, ipsus Amor.
Quod si Diua Venus, tibi talia sacra probantur,
Cur pergis nobis esse inimica tamen?
Fallor? an hæc iram simulandi causa resedit,
Tam mihi grata sacra vt perpetuare queam?
Verum animum assiduo dum sic consumor ab igne,
Cresenti vt cogar denique in igne mori:
Quid mea, quid poterit mors tam miseranda iuuare,
Quis facere inde tibi post mea fata volet?
Aut igitur vultu nobis sis blanda sereno,
Optataque mea da mihi luce frui.
Aut si forte times ne, læta vt sorte potiti,
Obliuiscuntur cum pietate Deos.
Ipse etiam facili prorsus te negligam amore,
Sic inimica quidem, sed mage amica tamen.

2. *Venus Cupidini.*

O fili, pharetra potens;
Ictus ipsa tuos graues
Experta & metuo faces.
Sis dictis precor obsequens:
Cum Ianum satis acriter
Telo ardente petiueris,
Læuem promito cuspidem
Et cote exacuens tua,
I, Ianam pete Smetiam,
Vt Ianum pariter suum
Flagrans, imitus expectat,
Ianum somniet, & vigil

Semper cogitet: vt suos
Illius cupiat cito
Ignes iungier ignibus.

3. *Ianus Gruterus ad Ianam Smetiam.*

Istis flammeolis tuis ocellis,
Istis purpureis tuis labellis
Istis aureolis tuis capillis
Mulsum, delicium meum, meum mel,
Ferox es nimis & nimis superba.
Modo singula sic mihi intuenti,
Ocellis cupidis hiantibusque
Vris cor tenerum rapace flamma,
Et sæuis iacis ignibus cremandum.
Modo me gelidis inungis vndis,
Imos quæ penetrant adusque sensus,
Omnes quæ rapiunt repente sensus.
Vt caute horridior modo obrigescam,
Modo Trinacrios miscellus ignes,
Et vel Trinacriis magis calentes
Totus nempe animo impotente flagrem.
Flammis inde simul geluque hiulcum,
Aspectu me auido fugas, repellis
Conspectumque meum proterua vitas.
Hinc simul gelidus, simulque flagrans,
Curis differor & graui dolore.
Non me iam lepidi mei sodales,
Nec docti Aonidum iuuant libelli,
Non conuiuia, nec vocationes,
Nec somnus facilis tepente in vmbra,
Et quocunque animus leuatur æger.
Sed totam indomitus furore mentem,
Mei materiem malum doloris,
Et solatiolum tamen doloris
Illas blanditias ocellulorum

Illas

Illas lautitias lebellulorum
Illud delitiarum capilliuliorum
Requiro assidua miser profunda
Per suspiria cogitatione.
Atque ita exanimis, macensque totus,
Neque viuere, nec perire possum.
Ast cum sidere mi benigniore
Nec viuo neque mortuo refulges,
Mens surrepta redit, leuisque vita
Confestim in teneros recurrit artus.
Ibi tum videor Deus repente,
Et si quid Superis magis beatum est.
Mox rursus nitidum caput recondis,
Conspectumque meum fugis proterua.
Ibi pristina tum mihi ægritudo,
Et dolor redit, & graues querelæ,
Ipsa morte magis moleſt ora.
Ah cor, deliciumque meum, meum mel
Ne me tam miseris modis fatiga:
Ifsi frenum inhibe ferocitati.
Aut sic si volupe est tibi meum cor,
Ludos me vt facias iocosiores,
Vt lubet rapidis perure flammis,
Vt lubet gelidis necato in vndis,
Viuenti mî animam rape atque perde,
Aut viuo hoc sepeli mihi in sepulchro:
Et post exanimi refunde vitam,
Et rursus rediuiuum, vt ante, perde:
Tolle omnes animas mihi atque vitas,
Et si quid grauius iubebit ardor.
Tu vitæ dominaeris meæ necisque
Quicquid me facies, feram lubenter.
Hos tamen miseros mihi hos ocellos,
Ah ne surripias sinasue perdi:
Sed foue manibus tuis tenellis,

Inserens

Inſerens niueis caput lacertis,
Iungens turgidulis caput papillis,
Atque in molliculo ſinu reponens:
Os tuum vt cupidi perambulantes,
Vel ipſi ambroſiæ pari æmuloue
Tabulo potiantur vſque & vſque:
Et ſic quicquid vbique ocellulorum eſt,
Longe ipſi exſuperent, beatiores
Iſtis aureolis tuis capillis,
Iſtis purpureis tuis labellis,
Iſtis flammeolis tuis ocellis.

4. *Ad eandem.*

Pulchræ Helenes artus olim picturus & ora,
Ora illi ad ſuperas inuidioſa Deas,
Complures iuuenes, florem & decus innuptarum,
Zeuxis virgineo legerat è numero.
Scilicet haud potuit reperire is corpore in vno
Omnia, in exacta forma imitanda ſibi:
Sed modo ab hac illud, modo ab illa aliud, modo ab illa:
Quo quamque eximiam cenſuit, id petiit.
Ah tunc artifici viſa huic, mea Iana fuiſſes
Certe Helenæ exemplum pulcrius imo Helenæ
In te offendiſſet ſola & ferrêre per orbem,
Pernota artificis nobili ab arte manus.
Quid loquor infelix? non, non: te viuere iam me
Viuo ita viuam, hercle eſt rectius & melius?
Inte vna vt formas ego felix conſpicer omnes,
Quot formoſa vnquam ſæcula quot tulerunt.
Formæ lope fuerat præclaræ, & candida Tyro,
Formoſa Europe, Paſiphae, ipſa Helene.
At, quæ alia atque alia has ornarunt ſingula, ea in te
Omnia ſunt, omnium ſola mihi inſtar habes.
Nec tamen & per me poſthac non clara per orbem
Tute eris: ipſa meis Smetia carminibus.

Dicêre,

Dicere, vt tibi nil nil numina magna negarint:
Imo etiam larga cuncta manu dederint.
Crede mihi his fies, Zeuxeis Parrhasiique,
Et vel Apelleis nobilior tabulis.

5. *Iana Smetia ad Ianum Gruterum.*

Si pudoricolor finit
Non negare modestia:
Nullo inante cupidine
Tacta, iam teneor tuo
Iane, capta ab amore.
Sæua non fuero tibi,
Nec negauero mutuis
His amoribus immori:
Dum Patri & Superis bonis
Nostra vota probentur.

6. *Ad Sponsos Lectiss.*

Postquam *Gruterus* pactæ sibi virginis æstus
Hausit, ab ingenuo tactus amore iecur.
Segnem conqueritur Phœben, Phœbiq; quadrigas
Tardius Eoas ire redire vias.
Nec libri prosunt, neque carminis auctor Apollo:
Adsiduo votis tempora pacta ciet.
Seque pari sentit percussam cuspide Virgo,
Sed iubet ingenuus dissimulare, pudor.
Non sit amara dies, & noctis amarior vmbra,
Qui tam propatulo pectore vulnus alunt?
Quos tam casta Venus licito deuinxit amore,
Quos sibi Virtutis conciliauit honor?
Qui se non numis, non Indis flectere conchis,
Corporis atque animi sed potuere bonis?
Nam quid ego ora Tuæ tibi, Iane, & stemmata dicam,
Quæque comes dos est casta pudicitia?
Quidue illi memorem, queis polles, Palladas artes,

Legi-

Legiferamque Themin. & Ciceronis opes?
Omnia summa adsunt vobis: sed cautio summa est,
Ne culpa ingenii deterat illa mei.
O animi eximii, & præstantes corporis ambo!
Par melius Cypris composuisse nequit.
Desinite ergo, moras exosi & spisligradum cras,
In digitis noctes & numerare vtes.
Lux optata fluit: iam nunc iungetis amores
Auspicio liquido scæua mala esto procul.
Ecce sinistra petit plausumq; imitantibus alis
Turtureum compar monstrat amoris iter.
O minor, & fiam Dodona verior augur,
Vester amor fidei nobilioris erit.
Lux optata cadit, iucundoque Hesperus ortu
Conspicitur, rutilam pinea tæda facem
Iam quatiit: non vos remorabor longius. & iam
Phœbe excandescit ceu remoræ esse velim.
Aurea Luna iram ponas, vultusque seueros:
Non ero, tu voluas segnior ipsa rotas:
Serius vt roseis Matuta iugalibus orta,
Quod nocti adiicies, detrahat inde die.
Salue ô chare mihi sponse, ó castissima Sponsa,
Ex voto vobis omnia læta cadant.
Degite felices Cumææ tempora vatis,
Pacificaque domo fructiferoque toro.

Hæc tibi nostra dedit medio in mœrore Thalia,
Sepositis paulum curis, vulgique furore,
Cui non longinquam fixerunt numina metam.
Forte maritus eris quando hæc tibi carmina sponso
Fusa, leges; sed non, quia tarda, ingrata futura.
Nec te sollicitum teneat placabilis ira
Phœbi: quippe manus victas tibi sponte paratus
Ceder item Cytharam, plectrumque nouemque sorores,
Parnassique iugum, bifidique cacumina Pindi.

Vritur

Vtitur hoc vno facili quia Cypride cernit
Te, *Iana*, *Iani* ad genium re, nomina, facta,
Indeptum amplexus, connubiaque exoptata.
Inuidus hinc causas prætextu fingit inani,
Ah nimis ipse memor Daphnes sterilisque caloris.

*Ad Iohannem Posthium.*

Par Ioui, & ex cerebro Iouis Sapientia gnata
Cui tamen hanc sceptro noluit esse parem:
Obtinuit Phaeton currus Titanis, at artem
Frenandi, vt potuit, non dedit ille simul.
Dic mihi quantus amor. Posthi, sit Apollinis in te,
Cui sua dat larga cuncta reperta manu?
Sponte tibi tribuit citharamque artemque medendi:
Quid tribuit? parili cessit vtraq; tibi
An mirum, quod vtrumque volat tua fama sub axem?
Quod gemina lauru stat tibi cincta coma?

---

# ANTONII MEYERI ATREBATIS.

*Fortuna nouerca, cui bono.*

Quamlibet est nobis omnis fortuna timenda,
Est aduersa minus noxia fine suo.
Prospera corrumpit, vitiis aduersa medetur:
Detegit hæc oculos mentis, at illa tegit.

*Iudex, Dei vicarius*

Quid facias Iudex, cura maiore videto:
Censuram peragis iudiciumque Dei.
Omne redundabit, quod definiueris in te:
Sedulitas adsit magna, Deique timor.

*Vita malo semper breuis.*

Vir malus ætatis centum compleuerit annos,
Immaturus ei terminus vsque venit.

Pluri-

Plurima vana ſtudens etenim, fiducia vitæ
Dum tenet, hanc perdit quam ſine fruge terit.

*Viuendo morimur.*

Vita die primo longiſſima: carpitur ex hoc
Tempore paullatim: denique toto perit.
Conſumor tacite: vitæ diſcedit in horas
Portio. ſecurus nec memor huius ero?

*Ioan Pollctus. Anag. Luna Sole potiens.*

Accipit vt lumen Phœbo à rutilante Diana,
Sic mens à Chriſti lumine lumen habet.
Polleti pietas meritis clareſcit in horas.
Detegitur nubes. faxque ſerena micat.
Quid felicius hac anima, quæ numine plena
Luna poteſt dici Sole potita ſuo?

*Vita, Mare.*

Fluctibus vt nunquam ventiſque agitata quieſcit
Per mare, dum portum nauis adepta ſuum:
Sic homini. Syrteis huius qui nauigat æui,
Otia contingunt funere nulla teuus.

*Ioannes Colardus, Anagr: Dolo carens nauis.*

Abſque dolo Colardus erat quaſi fida carina:
Non pertuſa locis, ſæuo & aperta mari.
Plena opibus ſacris, commiſſos vnde tribules
Paſceret in Mundi fluctibus abſque dolo.

*Ant. Meierus, Anag: Vino miſere natus.*

Meierus ad vinum natus pleriſque videtur,
Colligiturque ipſo nomine ſic poſito.
Eſt ergo miſere natus, ſi natus ad iſta
Pocula: decoctam ſæpius haurit aquam.

# IOANNIS MEVRSII BATAVI.

*Epistola Heroidum Alcyonę Ceyci.*

HAnc nimium absenti coniux deserta salutem
Mittit Ceyci, quâ caret ipsa, suo.
Agnoscis quo mens mihi sit turbata furore,
Mittere quæ simulem quo caream ipsa tamen.
Hoc est, quod mitto nihil est, nihil accipe: sic te
Ludit in officio mens male sana suo.
Hoc quodcunq; tamen nihil est, trahit omnia secum,
Dum non vana mei signa laboris habet.
Nil metuo cunctis dicar furiata carere
Mente mea, opprobrium qua licet æqua feram.
Dum tibi coniunctam constet tamen omnibus esse,
Et desiderio sit data caussa tui.
Mens discedentem te quondam nostra secuta est,
Amentem fidus me tibi fecit amor.
Redde tuos vultus, Ceyx, redde oscula, Ceyx,
Ceyx, redde mihi quicquid amantis habes:
Reddideris mentem. Ceyx, quid reddere cessas?
Reddere festina te mihi, meq; tibi.
Cum fragili timidus nolles me credere classi,
Atq; tuus pelago me prohiberet amor:
Hæc comes adscendit quoduis iurata periclum
Spernere, fat chari numine tuta viri.
Hæc rapidos potuit fluctus, sæuasq; procellas,
Hæc potuit glauci temnere sceptra Dei.
Proq; sua domina, cum nulla pericla timeret,
Hæc subiit: comes est hæc tibi facta viæ.
Huc Ceyx, propera Ceyx, tua vela retorque,
Cura tibi Alcyones si manet vlla tuæ.
Ah, quæ te nostris rapuit complexibus horæ

Restituat, Ceyx: nunquid abesse iuuat?
Nunc equidem infelix timeo, ah, ignosce timenti:
Iusta mihi tanti caussa timoris amor.
Ah, timeo ne tu peregrinis ignibus ardens,
Illicito dederis colla premenda iugo.
Quæq; mihi debes infami, adultera sumat,
Et mea possideat gaudia turpis amor.
Brachia quaq; nefas ceruice hærentia fingo,
Fixaq; in alterius vultibus ora puto.
Æmula dein etiam iusta bene percita bile,
Parce meum, clamo, sumere, parce dare.
Mox memet reprimens ipsi mihi iurgia dicto,
Iamq; nimis tenera pœnitet esse fide.
Sum tamen, atq; vtinam non esset caussa reperta,
Sin tua, vel sexus attamen illa tui.
Sic Ariadna sui queritur periuria Theseî,
Colchis Iasonia de leuitate gemit.
Dii melius, non hæc spondent quæ verba dedisti,
Cum dilecta tuo poscerer vna thoro.
Te quæro, Ceyx te vnum desidero: nulla
Nox mihi abit sine te, te sine nulla dies.
Et quamquam spatiis Nereus excludat iniquis,
Et nostris durus lumina vestra neget:
Nil minus aspicio, visaq; in imagine lætor,
Et facies speculi fungitur illa vice.
Trans mare veliuolum ad complexus brachia mitto,
Estq; mihi Ceyx semper in ore meus.
Mane nouo, genitor quoties tuus extulit ignes,
Lunaq; fraternos pallida vitat equos.
Egredior tectis, gressumq; ad littora tendo,
Hei desiderii littora cerna mei.
Quoq; loco vidi fugientem soluere classem,
Hoc, inquam, Ceyx excipiendus erit.
Vltima mœrenti hic discedens oscula fixit,
Et reduci fas est hic quoq; prima dare.

Obser-

Obſeruo toto venientes æquore naues,
Velaque quot video tot reor eſſe tua.
Ecce, meus, Ceyx clamo, mea gaudia Ceyx,
Ille meus votis mille petitus adeſt.
Et timeo, & ſuperis facio pallentia vota,
Illæſam portus poſſit habere ratem.
Iamq; paro amplexus, iamq; oſcula: dextera geſtit
Tam dudum intactam tangere poſſe manum.
Ah fruſtra, ſiquidem ſemper mea gaudia fallis
Improbe ſpemq; vlla non finis eſſe fide.
Tunc libet infido conuitia dicere ponto,
Et mea quæ voluit ludere vota, rati.
Tunc tempeſtates Neptuniaq; ira timentur,
Quæq; iacent vaſto ſparſa pericla mari.
Et ſubeunt animo merſæ tot in æquore puppes,
Et vereor ſimilis te quoq; caſus agat.
Nec mihi, quod noſtros poterat lenire dolores,
Demitur Hippotade pallida cura patre.
Qui, ſimul egreſſi laxata repagula venti,
Non iterum facile hos ad ſua clauſtra vocat.
Cærula confundunt, fluctuſq; ad ſidera tollunt,
Concutiuntq; ipſum pene fragore polum.
Vix feſſi ſolito tandem ſe carcere condunt,
Non iliis pater at dat ſua frena labor.
Inde mihi ô vtinam falſa ſub Imagine! fingo
Deuictæ toties membra periſſe ratis.
Clamo, meus cæco raptatur vortice Ceyx,
Atque necaturas pallidus haurit aquas.
Nec prohibet lethum ſocer Æolus, aut pater ipſe
Lucifer, ah tardo quam male vectus equo.
Quaque ſuo quondam populo metuenda tenebat
Sceptra manu, laceræ fragmina nauis habet.
Et natat, & ſua nequicquam modo brachia laſſat:
Quodque nequit, mortis vult didiciſſe metu.
Quod ſuperat vitæ ſupremo in limine mentis,

Occupat Alcyone, nomen inane tibi.
Quamq; vocas gaudens longe tamen esse remotam,
In sortem nolles ipse venire tuam.
Alcyone tua cura tibi est, ea sola fatigat
Vota tua & facilem non sinit esse necem.
Alcyone tibi in ore iacet, cumq; æquoris vndis
Pugnat, &, heu, diro turbine victa cadit.
Alcyonen æstus rapit, & quas spiritus æger
Coniugis ingreditur non rediturus aquas.
Quæq; semel perii vestris immortua labris,
Post mea nunc etiam fata superstes ago.
Ah, cur non licuit communi membra sepulcro
Condere? cur non est sors mea iuncta tuæ!
Nos tamen hoc vnum semper sperauimus ambo,
Optantes faciles in pia vota Deos.
Ah, cur non licuit tecum mea vita perire!
Scilicet vt possem te semel orba mori.
Vita mihi tecum potuisset tangere finem,
Non posset finem tangere vita suum.
Quam vellem immenso tecum fluere obruta ponto,
Quam vellem æquoreis piscibus esse cibus.
Hei, tædet vitæ, certaq; occumbere morte
Non dubitem: vita, ah, tum mihi grata foret.
In pœnæ mihi vita loco est quiq; exit ab ore
Spiritus, Elysios optat adire locos.
Ostendas Neptune pater quo gurgite Ceyx
Ille meus periit, protinus ibo comes.
Cærula conscendam & læta ferar obuia puppe,
Vitreaq; intrepido regna subibo pede.
Atq; erepta mei quæram mihi coniugis ossa,
Si videam in medio forte natare salo.
Forsitan inueniam, & tumulo claudemus eodem,
Et fructum pietas est habitura suum.
Quiq; sua piscis Ceycem condidit aluo,
Difficilis precibus non erit ille meis.

Acci-

Accipiet comitem & cæco me viscere merget,
Quodq; videbuntur fata negasse, dabit.
Sic egomet memet, vel tu, vel terret vterque,
Tu qui absis, ego quæ non patienter amem.
Anxia sic mœstos soleo componere soles,
Et tremula magnos voce fatigo Deos.
Crudelis Ceyx quamdiu fugis? improbe, quæ nunc
Immemorem Alcyones te nimis ora tenet?
Iam bis, ter, quater impleuit sua cornua Phœbe,
Nulla tamen reditus spes mihi facta tui.
Attamen, (& memini, neq; tu meminisse negabis:
Teq; fides, memorem me bene fecit amor.)
Per patrios, vastum queis cœlum illuminat, ignes
Binis iurabas mensibus esse redux.
At vero quintus lunæ iam voluitur orbis,
Cumq, suo vereor tempore abîsse fidem.
Quæ mea culpa tuam potuit subuertere mentem?
Ceyx quo tam diu crimine læsus abes?
Ecquid habes meritæ quæ opprobria dicere possis?
Nam custos thalami sat tibi fida fui?
Aut nunquid digno complexa videbar amore,
Quo mihi plus certe nemo adamatus erat?
At non hæc abitum coniux miseranda paranti,
Queis poteras tuto credere, signa dabam.
Cum stupui haud aliter quam qui Iouis igne corusco
Ictus agit vitæ nescius ipse suæ.
Diriguit gelidus circum præcordia sanguis,
Buxeus exanimi pallor in ore stetit.
Ter conata loqui fletu prohibente tacebam,
Nec patuit voci qua graderetur iter.
Amplexusq; tuos inter collapsa, supremum
Semianimis potui vix iterare Vale.
Mox oculis longe fugientia vela secuta,
Mittebam absectum qua via nulla pedi.
Et quia non posses attendere verba loquentis,

Mille dedi mota tristia signa manu.
Ecquid adhuc nostri, Ceyx, potes immemor esse?
Ceyx, pars animæ dimidiata meæ.
Ah, vtinam nostro cessisses littore nunquam,
Aut peregrinantis pars aliquanta forem.
Quid vetuit tecum sa.ras accedere sortes?
Sarcina eram tantæ parua futura rati.
Non nunc sollicitis cogar tabescere curis,
Non magis inuisa tristia morte feram.
Viuo quidem nec viuo tamen fœdumque cadauer
Ambulo vel charis sæpe timenda meis.
Fuigilo quoties crudelibus occubo fatis:
Ah, vnum toties posse perire caput?
Nec possim reduci priscos ostendere vultus,
Et mutata nimis noscere forma veret.
Atque hæc Alcyone non est, non est mea, dicas?
Maior in Alcyones est decor ore meæ.
Sic etiam optato viuam viduata marito,
Ac mihi tantundem non redi.sse foret.
At tu mutasti, tu formæ damna dedisti,
Si qua mihi veniat culpa luenda, tua est.
Sed mirum certe est, nec quisquam credere possit,
Auctor vt ipse suæ nesciat artis opus.
Redde meos vultus, si me vis noscere, Ceyx,
Cura tibi nostri si sedet vlla thori:
Reddideris, Ceyx, si te modo reddere, Ceyx,
Forma mihi sine te posse redire negat.
O redeas, Ceyx, redeas, precor ecquid
Verba dabis rapidis diripiend
O redeas ecquid crudelis men
Aspera non mota semina
Dinumero noctes quæque vl
Nei quam me numero de
Hac mihi nunc dico, mæ
Sic, ah, sic demens bla

Quamque puto frustra toties venisse, recedit,
Cumque meo nimium coniuge lenta venit.
Ah, quoties cœlo marcentia lumina tollens,
Tergeminæque videns aurea regna Deæ.
O Dea, cui dixi nocturnus militat æther,
Totaque non domito quæ micat igne cohors.
O placeat celeri cursum transmittere gyro,
Cras mihi nam Ceyx excipiendus erit.
Sic nulli veniant vnquam tibi dia labores,
Suppeditetq; æris non manus vlla sonum.
Ah quoties dixi, felicia currite cœlo
Sidera, cras Ceyx excipiendus erit,
Ille meus Ceyx, Ceyx mea gaudia Ceyx,
Ille meus Ceyx excipiendus erit.
Ah, quoties oculo circum spatia aurea lustrans,
Sedula quæsiui quo soret iret equo.
Inuentoque, pater dixi, mi[illegible]e rerum,
Redde diem pater ô t[illegible]de diem.
Ille tuus, me[illegible]ropinquat:
Ille meu[illegible]
Sic soleo [illegible]bone ab Olympo
Rid[illegible]
O red[illegible]
C[illegible]
Ia[illegible]rer,
[illegible]bit,
[illegible]
[illegible]mago,
Nulla-

Nullaque, quæ tegeret, corpore vestis erat.
Barba madens, madidus crinis cervice fluebat,
Plurimus inq; oculis sed suus humor erat.
Vixq; trahens inter tenuem suspiria vocem,
Forma, ais, Alcyone, quid tibi nota mea est?
Quam cernis miseranda tui Ceycis imago est,
Exstinctæ im sæui quem tenet vnda maris.
Secure Ægæo properantem gurgite nautam
Horridus insanis obruit Auster aquis.
Nil socer Hippotades, genitor nil Lucifer, aut nil,
Hei pietas, misero profuit vlla viro.
Non ars nautarum, tumidiq; peritia ponti;
Omnia fortunæ succubuere meæ.
Nec dubio speres mentem phantasmate ludi,
Fata tibi coniux naufragus ipse refert.
Quod superest vacuo fractabis nomina busto,
Et legar in tumulo quo tamen exul ero.
Atq; in diuersas extendens brachia terras,
Ter mea clamabis nomina sancta tibi.
Scilicet est aliquid, clamataq; nomina tantum
Sufficit ad tumulos voce ciere suos.
Ocius his dictis tenues discedis in auras,
Et tecum somnus, sic mihi cuncta rapis.
Quid me tunc animi, Ceyx habuisse putabis?
Pœne mihi duro pectora fracta manu.
Anxia mens vellet diris non credere visis.
Spes tamen ambiguas nil minus ipsa timet.
Vtq, reus rigidæ trepidans sub fulmine legis
Viuus adhuc etiam triste cadauer habet.
Sic ego, sic somno cecidi fugiente supina,
Sic nacui lecto semisepulta meo.
Chare tuæ Alcyones potes amplius immemor esse?
Si posthac illi iam licet esse tuæ.
Sed licet, & fuerit semper tua, vel tua certe
Si iam non fuerit, non erit vlla. *Vale.*

Ariadna

*Ariadna Theseo.*

En hæc littoribus tibi epistola mittitur istis,
Conscia perfidiæ quæ mihi facta tuæ.
Agnoscis, credo, quæ dicam littora, Theseu?
Orba vbi periuro nunc Ariadna viro est.
Cur posui nomen? cur, quo terra ipsa carere
Oportet, habet gremio littera nostra suo?
Sic tibi dissimilis læsum mens seruat amorem,
Nec potis est primas destituisse faces.
Nec tam sancta potest oblita exstingere verba,
Aut etiam spreta viuere læta fide.
Si tamen exemplo periuria discere posset,
Esset ab exemplo perfida facta tuo.
Non potuit seruare fidem sanctissima res est.
Quantum quis fidei, tantum habet ille Dei.
At cum virtutum laus detur maxima vobis,
Nunc spolium vestiæ fœmina laudis habet.
Hoc mihi vindictæ reor, hoc satis esse triumphi,
Victorem supero quod male victa meum,
Sic igitur vincis vt vinci rectius optes,
Sorsq; tibi melior nostra putanda tua est.
Sic pateris merito, quas nollem, perfide pœnas:
Et mea laus vellet succubuisse tuæ.
Vela refer, sic tu saluo potieris honore,
Famaq; quæ ipsa est, vulnera nulla sciet.
Et bene perficies votorum maxima quorum
Tu mihi pars longe maxima sancta facis.
Perfide sic, quam decipere, tibi digna videbar:
Et mea simplicitas fraude petenda tua?
Sic tibi decepta statuisti præmia demens
Virgine sic ingens gloria visa fui?
Cur tua mendaci me fusit imagine virtus,
Et quod non esses cur mihi visus eras?
Cur mea simplicitas, quam vellet nemo cauere,

Debuit, hei, fraudis damna cauere tuæ?
Ipsa quod haud possem nec te quoq; posse putaui,
Ingenio perii non bene capta meo
Cur mea me virtus nihil est tutata merentem?
An quia non timui non quoq; digna fui?
At tua iuuerunt multum periuria, Thesee,
Et scelus ausuro profuit ista tibi.
Perfide facturum quis me tamen ista putasset:
Aut mala virturi tanta subesse tuæ?
Forsitan accuser temere persuasa dedisse
Aurem, & damnetur crudelitatis opus.
Sed quæ tam sanctæ iuranti numina cœli
Vellet iurato non habuisse fidem?
Blandula quæ posset tam rustica spernere verba,
Aut surda tantas reiicere aure preces?
Et flebas, memini, nostrumq; negantis amorem
Ille tuus lachrymis sollicitabat amor.
Quid facerem? tantem descendi in vota rogantis,
Supplicis & precibus mollia corda dedi.
Victa fui, nec adhuc sortis me pœnitet: ô quam
Infelix neque te pœnituisse velim.
Vnde tibi lacrymæ simulanti, verbaque prompta:
Quæ me blanditiis fallere docta suis.
Atque vtinam miseræ mens non tam læua fuisset,
Perfidiæ poteram noscere signa tuæ.
Ipse tuus fletus, qui persuadebat amorem,
Testis erat mihi quod non adamata forem.
Et tacite (cur non sensi?) dicebat, amantem
Si sapis ô dominum nunc. Ariadna caue.
Non amat, at certe quo fallat fingit amare:
Et dolus haud vero tectus amore latet.
Non bene conueniunt cum siccis ignibus vndæ:
Nescit amor lacrimas, ardet in igne suo.
Non igitur dices, decepi: iniusta querela est.
Cur nam culpa tibi hîc fingitur esse mea:

Cur

Cur feciſſe tamen quod non feci improba, dicis:
Siccine ſimplicitas nil tua frontis habet?
Hæc referes, meritamq; eludes callide culpam:
Nec mihi iuſta mei cauſſa doloris erit.
Eſto autem nil tu peccaueris: omnia dono.
Victaque do quauis conditione manum.
Nulla queri liceat de te mihi quamlibet æqua,
Error teq; meus non ſinat eſſe reum.
Attamen hoc ipſo, quod non ſimulantur amaui,
Digna fui quam tu non ſimulantur ames.
Digna fui hoc ipſo ne ſic deſerta iacerem.
Quod mihi viſus amor non ſimulatus erat.
Ecquid amas, Theſeu, Theſeu, mea gaudia, Theſeu,
Ecquid amas, Theſeu, vita ſaluſque mea?
Nunc, quod tu pridem, ſed non mentita rogabo:
Pro veſtris noſtræ nunc ſubiere vices.
Per lacrymas etſi fictas, ſuſpiria ficta:
Quæ mea fregerunt pectora, perque fidem.
Perque tot amplexus, tot cæcæ gaudia noctis,
Per quæ poſcenti baſia mille dedi.
Per vitam ſeruatam in Dædaleo labyrintho,
Per vitæ qui te dirigit vſque, Deum.
Per quicquid tibi dulce meum fuit, aut erit vnquam:
Per quicquid poterit dulcius eſſe tibi.
Si noſtrum fugiſti exploraturus amorem,
Iam redeas, Theſeu, iam tibi certus amor.
Iam redeas, poteris tuto iam credere, Theſeu:
Certa ſatis, Theſeu, iam tibi ſigna dedi.
Adſpicis abſentem quam mens deſideret ægra,
Quæque breuis tamen eſt ſit mora longa nimis.
Sed neque debebas illo tentare periclo:
Noſtra tibi fuerat nec dubitanda fides.
Nec ſic debebas inimicæ exponere ſorti,
Grandius opprobrium quæ mihi forte paret.
Scilicet haud vllo ſe ſub cuſtode tuetur.

Forma

Forma pudicitiæ non bene iuncta meæ.
Quæq; tibi placuit multis placitura petetur:
Decipitur citius virgine passa virum.
Adde quod huc ipse inuitare videberis omnes,
Dum sic cedenti displicuisse putet.
Irritatæ animis nonnullæ absente marito,
Iraq; desertum sæpius vlta thorum est.
Nempe ita Mulciberum in Lemno indignata morãtem
Cypris adulterium turpiter ausa fuit.
Non tamen hoc, Theseu, non hoc Ariadna minatur,
Certa vel ad manes te præeunte sequi.
Non faciam. sed tu infirmo succurre pudori,
Nulla viri satis est fœmina cauta dolo.
Et quid si capiar, (quod dii prius omen in hostes,)
Esses tu tanti caussa putanda mali.
Continuo fias toti mala fabula vulgo,
Neglectæ opprobrium coniugis vsq; ferens.
En tibi quo delectem animum solamine vestra
Languentem Theuseu non redituræ fuga.
Hei, imprudenti quodnam verbum excidit ore,
Quam vereor dicto, ah omen inesse suum.
Siccine te posthac spes sit mihi nulla videndi?
Siccine, væ miseræ! non rediturus abes?
Ah, timeo nimis, & iam quod nolim anxia credo:
Quiq; metus fuerat fit modo certa fides.
Quin etiam nostras delata est fama sub aures,
Nulla tui Ægydæ est cura, Ariadna, super.
Illum autem grauis vrit amor Panopeidos Æglæ,
Collaq; complexu iam peregrina tenet.
Deseror ergo, & sic iubeor deserta perire:
Et mortis Theseus est mihi caussa meæ?
Ille cui vitam seruaui in faucibus Orci,
Ille cui demens gaudia mille dedi?
Ergo seruatæ debes mihi præmia vitæ,
Esses vt vitæ nunc homicida meæ?

Inq;

Inq; tua inueni vita sic perfide mortem,
Munere prudenter non satis vsa meo?
Ah cur seruaui? certe haud seruasse fuisset
Maioris. Theseu, vtilitatis opus.
Tunc poteras plenis defunctus honoribus ire,
Lætaq; non vlla gloria parte foret.
Nunc occisa omnem perdit tibi fœmina laudem,
Dedecus & quouis maius honore feres.
Quæq; tibi quondam seruauerit improbe vitam,
Mortua deiicier cuncta trophæa tibi.
Sic superis visum est vt scilicet vlra perirem,
Vtq. foret sceleri pœna parata tuo.
Aut igitur, Theseu redeas & vela reflectitas:
Aut famæ exspectes vltima fata tuæ:

*Biblis Caunæ.*

Quam legis in prima ceræ modo fronde salutem,
A misera, frater Caune sorore venit.
Cur soror, hei, scripsi, cum nulla sororia scribam?
Non hæc est votis vox satis apta meis.
Cur, quod detestor, me sum tibi fassa sororem?
Aut cur dicendus tu mihi frater eras?
Hoc peto, quod nequeat frater donare sorori,
Aque suo nequeat poscere fratre soror:
Ah cur fata iisdem voluere parentibus ortos,
Aut etiam cur hæc nomina mundus habet?
Quis, precor, imposuit male grata vocabula primus,
Quæ mihi non vnquam nota fuisse velim.
Sic refert igitur quo quis sit sanguine cretus:
Et quis discrimen constituisse potest?
Quid soror & frater, nisi sanguinolenta profecto
Nomina de medio sanguine nata ferunt?
Cur ego non Caunum potius, tu Biblida dicis,
Non aliis vtinam vocibus esset opus,
Biblidi conueniant, quæ non sint apta sorori,

Et

Occupat Alcyone, nomen inane tibi.
Quamq; vocas gaudens longe tamen esse remotam,
In sortem nolles ipse venire tuam.
Alcyone tua cura tibi est ea sola fatigat
Vota tua & facilem non sinit esse necem.
Alcyone tibi in ore iacet cumq; æquoris vndis
Pugnat, &, heu, diro turbine victa cadit.
Alcyonen æstus rapit, & quas spiritus æger
Coniugis ingreditur non rediturus aquas.
Quæq; semel perii vestris immortua labris,
Post mea nunc etiam fata superstes ago.
Ah, cur non licuit communi membra sepulcro
Condere? cur non est sors mea iuncta tuæ!
Nos tamen hoc vnum semper sperauimus ambo,
Optantes faciles in pia vota Deos.
Ah, cur non licuit tecum mea vita perire!
Scilicet vt possem te semel orba mori.
Vita mihi tecum potuisset tangere finem,
Non posset finem tangere vita suum.
Quam vellem immenso tecum fluere obruta ponto,
Quam vellem æquoreis piscibus esse cibus.
Hei, tædet vitæ, certaq; occumbere morte
Non dubitem: vita, ah, tum mihi grata foret.
In pœnæ mihi vita loco est quiq; exit ab ore
Spiritus, Elysios optat adire locos.
Ostendas Neptune pater quo gurgite Ceyx
Ille meus periit, protinus ibo comes.
Cærula conscendam & læta ferar obuia puppe,
Vitreaq; intrepido regna subibo pede.
Atq; erepta mei quæram mihi coniugis ossa,
Si videam in medio forte natare salo.
Forsitan inueniam, & tumulo claudemus eodem,
Et fructum pietas est habitura suum.
Quiq; sua pisci Ceycem condidit aluo,
Difficilis precibus non erit ille meis.

Acci-

Accipiet comitem, & cæco me viscere merget,
Quodq; videbuntur fata negasse, dabit.
Sic egomet memet, vel tu, vel terret vterque,
Tu qui absis, ego quæ non patienter amem.
Anxia sic mœstos soleo componere soles,
Et tremula magnos voce fatigo Deos.
Crudelis Ceyx quamdiu fugis? improbe, quæ nunc
Immemorem Alcyones te nimis ora tenet?
Iam bis, ter, quater impleuit sua cornua Phœbe,
Nulla tamen reditus spes mihi facta tui.
Attamen, (& memini, neq; tu meminisse negabis:
Teq: fides, memorem me bene fecit amor.)
Per patrios, vastum queis cœlum illuminat, ignes
Binis iurabas mensibus esse redux.
At vero quintus lunæ iam voluitur orbis,
Cumq, suo vereor tempore abisse fidem.
Quæ mea culpa tuam potuit subuertere mentem?
Ceyx quo tam diu crimine læsus abes?
Ecquid habes meritæ quæ opprobria dicere possis?
Nam custos thalami sat tibi fida fui?
Aut nunquid digno complexa videbar amore,
Quo mihi plus certe nemo adamatus erat?
At non hæc abitum coniux miseranda paranti,
Queis poteras tuto credere, signa dabam.
Cum stupui haud aliter quam qui Iouis igne corusco
Ictus agit vitæ nescius ipse suæ.
Diriguit gelidus circum præcordia sanguis,
Buxeus exanimi pallor in ore stetit.
Ter conata loqui fletu prohibente tacebam,
Nec patuit voci qua graderetur iter.
Amplexusq; tuos inter collapsa, supremum
Semianimis potui vix iterare Vale.
Mox oculis longe fugientia vela secuta,
Mittebam aspectum qua via nulla pedi.
Et quia non posses attendere verba loquentis,

Mille dedi mota triſtia ſigna manu.
Ecquid adhuc noſtri, Ceyx, potes immemor eſſe?
Ceyx, pars animæ dimidiata meæ.
Ah, vtinam noſtro ceſſiſſes littore nunquam,
Aut peregrinantis pars aliquanta forem.
Quid vetuit tecum fatras accedere ſortes?
Sarcina eram tantæ parua futura rati.
Non nunc ſollicitis cogar tabeſcere curis,
Non magis inuiſa triſtia morte feram.
Viuo quidem, nec viuo tamen fœdumque cadauer
Ambulo, vel charis ſæpe timenda meis.
Euigilo quoties, crudelibus occubo fatis:
Ah, vnum toties poſſe perire caput?
Nec poſſim reduci priſcos oſtendere vultus,
Et mutata nimis noſcere forma vetet.
Atque hæc Alcyone non eſt, non eſt mea, dicas?
Maior in Alcyones eſt decor ore meæ.
Sic etiam optato viuam viduata marito,
Ac mihi tantundem non redi ſſe foret.
At tu mutaſti, tu formæ damna dediſti,
Si qua mihi veniat culpa luenda, tua eſt.
Sed mirum certe eſt, nec quiſquam credere poſſit,
Auctor vt ipſe ſuæ neſciat artis opus.
Redde meos vultus, ſi me vis noſcere, Ceyx.
Cura tibi noſtri ſi ſedet vlla thori:
Reddideris, Ceyx, ſi te modo reddere, Ceyx.
Forma mihi ſine te poſſe redire negat.
O redeas, Ceyx, redeas, precor ecquid amantis
Verba dabis rapidis diripienda Notis?
O redeas, ecquid crudelis mente ſub ima
Aſpera non mortæ ſemina cautis habes?
Dinumero noctes, quæque vltima ſæpe putatur,
Hei quam me numero decipit illa ſuo?
Hac mihi nunc dico, mærendum eſt nocte ſuprema:
Sic, ah, ſic demens blandior ipſa mihi.

Quam

Quamque puto frustra toties veniſſe, recedit,
Cumque meo nimium coniuge lenta venit.
Ah, quoties cœlo marcentia lumina tollens,
Tergeminæque videns aurea regna Deæ.
O Dea, cui dixi nocturnus militat æther,
Totaque non domito quæ micat igne cohors.
O placeat celeri cursum transmittere gyro,
Cras mihi nam Ceyx excipiendus erit.
Sic nulli veniant vnquam tibi dia labores,
Suppeditetq; æris non manus vlla sonum.
Ah quoties dixi, felicia currite cœlo
Sidera, cras Ceyx excipiendus erit,
Ille meus Ceyx, Ceyx mea gaudia Ceyx,
Ille meus Ceyx excipiendus erit.
Ah, quoties oculo circum spatia aurea lustrans,
Sedula quæsiui quo soror iret equo.
Inuentoque, pater, dixi, mitissime rerum,
Redde diem, pater ô te rogo redde diem.
Ille tuus, meus ille venit, tuus ille propinquat:
Ille meus Ceyx, ô bone, rede diem
Sic soleo eludorque tamen, summoque ab Olympo
Rident ipsi etiam gaudia vana dii.
O redeas, quæso Ceyx, dulcissime Ceyx.
Quod debes, Ceyx, postulo, quando venis?
Iam dudum, ne qua non gnaua ex parte viderer,
Læna iacet reduci deproperata tibi.
Et magis vt properes, si quid segnem esse vetabit,
Tristia præteritæ somnia noctis habe.
Somnia non veros vtinam narrantia casus,
Et quæ non vnquam visa fuisse velim.
Tempus erat, quo nox exacti conscia regni
Cedere flammanti inferat astra polo.
Instabatque equiti genitor rorante flagello
Lucifer, Oceano nuntius ire diem.
Cum tua conspecta est miseræ tristissima imago,

Nullaque, quæ tegeret, corpore veſtis erat.
Barba madens, madidus crinis ceruice fluebat,
Plurimus inq; oculis ſed ſuus humor erat.
Vixq; trahens inter tenuem ſuſpiria vocem,
Forma, ais, Alcyone, quid tibi nota mea eſt?
Quam cernis miſeranda tui Ceycis imago eſt,
Exſtinct um ſæui quem tenet vnda maris.
Secure Ægæo properantem gurgite nauem
Horridus inſanis obruit auſter aquis.
Nil ſocer Hippotades, genitor nil Lucifer, aut nil,
Hei pietas, miſero profuit vlla viro.
Non ars nautarum, tumidiq; peritia ponti;
Omnia fortunæ ſuccubuere meæ.
Nec dubio ſperes mentem phantaſmate ludi,
Fata tibi coniux naufragus ipſe refert.
Quod ſupereſt vacuo lacrabis nomina buſto,
Et legar in tumulo quo tamen exul ero.
Atq; in diuerſas extendens brachia terras,
Ter mea clamabis nomina ſancta tibi.
Scilicet eſt aliquid, clamataq; nomina tantum
Sufficit ad tumulos voce ciere ſuos.
Ocius his dictis tenues diſcedis in auras,
Et tecum ſomnus, ſic mihi cuncta rapis.
Quid me tunc animi, Ceyx habuiſſe putabis?
Pœne mihi dura pectora fracta manu.
Anxia mens vellet diris non credere viſis.
Spes tamen ambiguas nil minus ipſa timet.
Vtq, reus rigidæ trepidans ſub fulmine legis
Viuus adhuc etiam triſte cadauer habet.
Sic ego, ſic ſomno cecidi ſupiente ſupina,
Sic iacui lecto ſumite pulta meo.
Chare tuæ Alcyones potes amplius immemor eſſe?
Si poſſhac illi tam licet eſſe tuæ.
Sed licet, & fuerit ſemper tua, vel tua certe
Si iam non fuerit, non erit vlla. *Vale.*

*Ariadna*

*Ariadna Theseo.*

En hæc littoribus tibi epistola mittitur istis,
Conscia perfidiæ quæ mihi facta tuæ.
Agnoscis, credo, quæ dicam littora, Theseu?
Orba vbi periuro nunc Ariadna viro est.
Cur posui nomen? cur, quo terra ipsa carere
Optat, habet gremio littera nostra suo?
Sic tibi dissimilis læsum mens seruat amorem,
Nec potis est primas destituisse faces.
Nec tam sancta potest oblita exstingere verba,
Aut etiam spreta viuere læta fide.
Si tamen exemplo periuria discere posset,
Esset ab exemplo perfida facta tuo.
Non potuit seruare fidem sanctissima res est.
Quantum quis fidei, tantum habet ille Dei.
At cum virtutum laus detur maxima vobis,
Nunc Ipolium vestiæ fœmina laudis habet.
Hoc mihi vindictæ reor, hoc satis esse triumphi,
Victorem supero quod male victa meum,
Sic igitur vincis vt vinci rectius optes,
Sorsq; tibi melior nostra putanda tua est.
Sic pateris merito, quas nollem, perfide pœnas:
Et mea laus vellet succubuisse tuæ.
Vela refer, sic tu saluo potieris honore,
Famaq; quæ læsa est, vulnera nulla sciet.
Et bene perficies votorum maxima quorum
Tu mihi pars longe maxima tanta facis.
Perfide sic, quam decipere, tibi digna videbar:
Et mea simplicitas fraude petenda tua?
Sic tibi decepta statuisti præmia demens
Virgine sic ingens gloria visa fui?
Cur tua mendaci me luserit imagine virtus,
Et quod non esses cur mihi visus eras?
Cur mea simplicitas, quam vellet nemo cauere,

Debuit, hei, fraudis damna cauere tuæ?
Ipsa quod haud possem nec te quoq; posse putaui.
Ingenio perii non bene capta meo
Cur mea me virtus nihil est tutata merentem?
An quia non timui non quoq; digna fui?
At tua iuuerunt multum periuria, Thesseu,
Et scelus auſuro profuit ista tibi.
Perfide facturum quis me tamen ista putasset:
Aut mala virtuti tanta subesse tuæ?
Forsitan accuſer temere persuasa dedisse
Aurem, & damnetur crudelitatis opus.
Sed quæ tam sanctæ iuranti numina cœli
Vellet iurato non habuisse fidem?
Blandula quæ posset tam rustica spernere verba,
Aut surda tantas reiicere aure preces?
Et flebas, memini, nostrumq; negantis amorem
Ille tuus lachrymis sollicitabat amor.
Quid facerem? tantem descendi in vota rogantis,
Supplicis & precibus mollia corda dedi.
Victa fui, nec adhuc sortis me pœnitet: ô quam
Infelix neque te pœnituisse velim.
Vnde tibi lacrymæ simulanti, verbaque prompta:
Quæ me blanditiis fallere docta suis.
Atque vtinam miseræ mens non tam læua fuisset,
Perfidiæ poteram noscere signa tuæ.
Ipse tuus fletus, qui persuadebat amorem,
Testis erat mihi quod non adamata forem.
Et tacite (cur non sensi?) dicebat, amantem
Si sapis ô dominum nunc. Ariadna caue.
Non amat, at certe quo fallat fingit amare:
Et dolus haud vero tectus amore latet.
Non bene conueniunt cum siccis ignibus vndæ:
Nescit amor lacrimas, ardet in igne suo.
Non igitur dices, decepi: iniusta querela est.
Cur nam culpa tibi hîc fingitur esse mea:

Cur

Cur feciſſe tamen quod non feci improba, dicis:
Siccine ſimplicitas nil tua frontis habet?
Hæc referes, meritamq; eludes callide culpam:
Nec mihi iuſta mei cauſſa doloris erit.
Eſto autem n l tu peccaueris: omnia dono.
Victaque do quauis conditione manum.
Nulla queri liceat de te mihi quamlibet æqua,
Error teq; meus non ſinat eſſe reum.
At tamen hoc ipſo, quod non ſimulantur amaui,
Digna fui quam tu non ſimulantur ames.
Digna fui hoc ipſo ne ſic deſerta iacerem.
Quod mihi viſus amor non ſimulatus erat.
Ecquid amas, Theſeu, Theſeu, mea gaudia, Theſeu,
Ecquid amas, Theſeu, vita ſaluſque mea?
Nunc, quod tu pridem, ſed non mentita rogabo:
Pro veſtris noſtræ nunc ſubiere vices.
Per lacrymas etſi fictas, ſuſpiria ficta:
Quæ mea fregerunt pectora, perque fidem.
Perque tot amplexus, tot cæcæ gaudia noctis,
Per quæ poſcenti baſia mille dedi.
Per vitam ſeruatam in Dædaleo labyrintho,
Per vitæ qui te dirigit vſque, Deum.
Per quicquid tibi dulce meum fuit, aut erit vnquam:
Per quicquid poterit dulcius eſſe tibi.
Si noſtrum fugiſti exploraturus amorem,
Iam redeas, Theſeu, iam tibi certus amor.
Iam redeas, poteris tuto iam credere, Theſeu:
Certa ſatis, Theſeu, iam tibi ſigna dedi.
Adſpicis abſentem quam mens deſideret ægra,
Quæque breuis tamen eſt ſit mora longa nimis.
Sed neque debebas illo tentare periclo:
Noſtra tibi fuerat nec dubitanda fides.
Nec ſic debebas inimicæ exponere ſorti,
Grandius opprobrium quæ mihi forte paret.
Scilicet haud vllo ſe ſub cuſtode tuetur.

Forma

Forma pudicitiæ non bene iuncta meæ.
Quæq; tibi placuit multis placitura petetur:
Decipitur citius virgine passa virum.
Adde quod huc ipse inuitare videberis omnes,
Dum sic cedenti difficilicuisse puter.
Irritatæ animis nonnullæ absente marito,
Iraq; desertum sæpius vlta thorum est.
Nempe ita Mulciberum in Lemno indignata morãtem
Cypris adulterium turpiter aulæ fuit.
Non tamen hoc, Theseu, non hoc Ariadna minatur,
Certa vel ad manes te præeunte sequi.
Non faciam. sed tu infirmo succurre pudori,
Nulla viri satis est fœmina cauta dolo.
Et quid si capiar, (quod dii prius omen in hostes,)
Esses tu tanti caussa putanda mali.
Continuo fias toti mala fabula vulgo,
Neglectæ opprobrium coniugis vsq; ferens.
En tibi quo delectem animum solamine vestra
Languentem Theuseu non redituræ fuga.
Hei, imprudenti quodnam verbum excidit ore,
Quam vereor dicto, ah omen inesse suum.
Siccine te posthac spes sit mihi nulla videndi?
Siccine, væ miseræ! non redituru abes?
Ah, timeo nimis, & iam quod nolim anxia credo:
Quiq; metus fuerat fit modo certa fides.
Quin etiam nostras delata est fama sub aures,
Nulla tui Ægydæ est cura, Ariadna, super.
Illum autem grauis vrit amor Panopeidos Æglæ,
Collaq; complexu tam peregrina tenet.
Deseror ergo, & sic iubeor deserta perire:
Et mortis Theseu est mihi caussa meæ?
Ille cui vitam seruaui in faucibus Orci,
Ille cui demens gaudia mille dedi?
Ergo seruatæ debes mihi præmia vitæ,
Esses vt vitæ nunc homicida meæ?

Inq;

Inq; tua inueni vita sic perfide mortem,
Munere prudenter non satis vsa meo:
Ah cur seruaui? certe haud seruasse fuisset
Maioris Theseu, vtilitatis opus.
Tunc poteras plenis defunctus honoribus ire,
Lælaq; non vlla gloria parte foret.
Nunc occisa omnem perdit tibi fœmina laudem,
Dedecus & quouis maius honore feres.
Quæq; tibi quondam seruauerit improbe vitam,
Mortua deiicier cuncta trophæa tibi.
Sic superis visum est vt scilicet vlta perirem,
Vtq. foret sceleri pœna parata tuo.
Aut igitur, Theseu redeas & vela reflectitas:
Aut famæ exspectes vltima fata tuæ:

*Biblis Caunæ.*

Quam legis in prima ceræ modo fronde salutem,
A misera frater Caune sorore venit.
Cur soror, hei, scripsi, cum nulla sororia scribam?
Non hæc est votis vox satis apta meis.
Cur, quod detestor, me sum tibi fassa sororem?
Aut cur dicendus tu mihi frater eras?
Hoc peto, quod nequeat frater donare sorori,
Aque suo nequeat poscere fratre soror:
Ah cur fata iisdem voluere parentibus ortos,
Aut etiam cur hæc nomina mundus habet?
Quis, precor, imposuit male grata vocabula primus,
Quæ mihi non vnquam nota fuisse velim.
Sic refert igitur quo quis sit sanguine cretus:
Et quis discrimen constituisse potest?
Quid soror & frater, nisi sanguinolenta profecto
Nomina de medio sanguine nata ferunt?
Cur ego non Caunum potius, tu Biblida dicis,
Non aliis vtinam vocibus esset opus,
Biblidi conueniant, quæ non sint apta sorori,

Et recte Caunus quæ male frater agat.
Erubui quoties fratrem te Caune vocaui,
Erubui quoties sum tibi dicta soror.
Ah, quoties nostrum cupiens narrare dolorem,
Lenta mihi in fratris nomine lingua fuit.
Ah, quoties nostri causſam scitante doloris,
Mens mihi turbata in voce sororis erat.
Optaui nosses causſam per signa loquentis:
Non poteras quoniam verba sororis erant.
At color hic toto qui pallidus exstat in ore
Signa tibi crebro sat manifesta dedit.
Et quæ non certa duxi suspiria causſa,
Et fletus formæ qui violabat ebur.
Quosque dedi amplexus toties, quæque oscula fixi?
Cuncta dabam soror, at nulla sororis erant.
Hæc poterant, frater, nostros aperire dolores:
Hæc ego quæ vellem cuncta referre tibi.
Omnia nequicquam nihil, ô nihil ausa fateri,
Omnia profeci nil quoque, fassa tamen.
Visum igitur tandem est mutas animare tabellas:
Lingua negat, dixi, quod mihi, cera dabit,
Sed neque in hoc aptæ mihi sunt in corpore vires,
Atque caret nisu littera nostra suo.
Vt trepidæ mota quatiuntur in arbore frondes.
Omnia concussit sic mihi membra tremor.
Vix animum corpusue rego perculsa timore,
Cumque suo trepidat corpore dextra leuis.
Vix calamus digitos prendentis sustinet vllus,
Vix veniunt labris verba citata meis.
Verbaque, quæ mitto, nolim misisse, nec ausim,
Ausa tamen: damno quæ bene facta velim.
Et pudet, & facio: quod non licet imperor vsque,
Tollit & ingenui iussa pudoris Amor.
Ter calamus, mirum, sceleratis excidit ausis:
Ter manus impositum iussa refugit opus.

Luctan-

Luctantem & tremula castigans voce subinde.
Non inquam, dominæ, quæ placuere facis?
Perge, & quæ pudeat præsenti dicere, scribe:
Erubuit probro littera nulla suo.
Sic aut perficiet felix audacia votum,
Et spes exigui magna laboris erit.
Aut minus offensæ metuentur nubila frontis,
Scilicet absentem mitius ira ferit.
Turpe quidem, sed quis pugnet male sanus Amori?
Iussa facit quisquis, non graue crimen habet.
Auctorem sua damna petunt, læduntque nocentem:
Parcit at obsequio pœna benigna pio.
Iussi: amor, veniat domino quæ pœna luenda est,
Simplicis obsequii laus mihi danda manet.
Vt tamen inuitam constet feciſſe, rogaui
Ingratum linguæ dextera tentet opus.
Simq; vel hoc pacto non digna offendere, tota
Si tamen in culpa quid valet esse meum.
Quin adeo inprimis feciſſe innoxia testor:
Culpam in tam magno crimine iussa ferant.
Sed, ne te longa verborum ambage fatigem,
Accipe: at, hei, rursus promere lingua negat:
Accipe, sed quod me iubeat proferre voluntas,
Cogat Amor, pudor at qui vetet vnus obest.
Vt ratis insana trepidat iactata procella,
Sic mihi mens variis exagitata modis.
Frater amare mihi. nondum capis? an quia frater
Apposui? Caunum, iam cape, Biblis amo.
Non soror, aut veluti debet mihi frater amari:
Egredior. vires tu mihi, Caune, facis
Nulla sorore magis debet te frater amare,
Plus facio, possit quam facere vlla soror.
Sic ego, quæ tantum imbellis sum fœmina, vinco
Naturam: vinci tu quoque, Caune, velis.
Tu mihi Natura es, tu plus; te vincere possim.

Natu-

Naturam vici vt te quoq;, Caune, queam.
Iuppiter in cœlo cum diis omne exigat æuum,
Inuideam cœlo nulla ego, nulla Ioui.
Angustus nobis cœlumq; sit angulus orbis,
In Cauno cœlum se rotat omne mihi.
Caunus habet cœlum, Caunus: hanc sola peraulam
Reguem, non cœlum, non ego regna velim.
Ignorem fera tela Iouis, fera fulmina regum,
In Cauno Rex & Iupiter ipsa mihi.
Caune meus, qui sic humilem me regibus æquas,
Caune, parem summo quid facis esse Ioui.
Maiorem Ioue te, maiorem regibus esse
Conuenit, è terris qui super astra vehis.
Ne te cognoscant, iam victima flebilis Orco
Immiti caderes icta secure caput.
Subiectas cuperent hi terras, Iuppiter æxem,
Meq; iterum cuncti sub sua regna vocent.
Hi ponant leges, me fulmine terreat ille:
Atq; sub antiquo cogerer ire iugo.
O ne cognoscant, Reges, & Iuppiter ille:
Tu sis, Caune, mihi, sim quoq; Caune, tibi.
Sis mihi quodcunque est; ego Rex & Iuppiter ille:
Imperio patiar subdita colla tuo.
Tu posthac toto leges dictabis in orbe,
Caune, geres sæua fulmina, sceptra, manu.
Iuppiter eiectus Saturno vt fecerat ipse,
Errabit profugo per tua regna pede.
Et miser exilii passus mala tædia iusti,
Membra tuo ponet contumulanda solo.
In vestro liceat vitam mihi ducere cœlo,
Caune, mihi vitam non ferat vlla dies.
Ambrosiam mihi tu, & manantia nectare dio
Pocla dares, solis pocla bibenda diis.
Non mihi perpetuo claudantur lumina somno,
Luxq; mihi ex oculis surgeret vna tuis.

O vi-

O viuam tecum, mi Caune, ô fallere tecum
Fata vtinam liceat triſtia, Caune, mihi.
Vtq. ſuo damnata pependit ab æthere Iuno,
Pendeat á collo ſarcina noſtra tuo.
Hoc optem, ſi ſit pereundum, occumbere letho:
Supplicio premat hoc me Iouis ira mei.
An refugis frater? frater miſerere ſororis.
In miſeræ frater vota ſororis ades.
Hei cur imprudens male conuenientia pono
Nomina? ſic memorem non amor eſſe ſinit.
Plura fero infelix quam credas poſſe puellam,
Caune, tuus tamen hoc dat mihi robur amor.
Vt quondam impoſitis ſuccumbens nubibus Atlas.
Debuit Alcidæ poſcere feſſus opem.
Sic ego: veſter amor cœliq; ſub axa locauit,
Nec bene ſuſtineo virgo prementis onus.
Sæpe procul dixi, turpes diſcedite flammæ:
Sæpe procul dixi mœſta, faceſſat amor.
Sunt aliæ dignæ magis ad ſua ſceptra venire:
Apta mihi tanto non bene colla iugo.
Quæſiui effugerem violenta Cupidinis arma:
Non licuit, pennis vtitur ille Deus.
Quaq; fugam ornabam multo peruenerat ante,
Sic potui nullo tuta latere loco.
Perdere me voluit. ſed te ſine perdere, Caune,
Non potuit: tu fer, Caune, benignus opem.
Caune, laborantem propera ſeruare puellam,
Maximus ille tibi, Caune, triumphus erit.
Submittet pharetram, & ſæuos puer aliger ignes:
Accipiet dominum te Cytherea ſuum.
Ille, cui prono ſe inclinant vertice diui:
Illa, cui in ſuperos ius ſedet omne Deos.
Atq; vtinam naſci diuerſo fata dedi ſſent
Sanguine, nou alio coniuge læta forem.
Quam bene, Caune, tuo poteram nurus eſſe parenti?

Quam bene Caune, meo tu gener esse patri?
Omnia præter auos essent communia vellem,
Tu mihi sis iunctus, Caune, ergo iuncta tibi,
Factus es ergo mihi frater quo perdere posses?
Omnia debueras qui dare, cuncta rapis!
Sic igitur natura dedit communia nobis
Omnia, vt in medio sanguine nulla forent?
At quoq; quæ normam potuit fregisse decori,
Vincula dissolvat sanguinis illa mihi.
Non mihi sit frater qui in viscera condidit ensem:
Non soror exstiterim cui graue vulnus alo,
Nemo quod audebit venturis credere seclis,
Esse quid hoc nulla cum ratione iuuat?
Non ego te fratris, non tu me voce sororis,
Non soror, aut frater Caune, vocare potes.
Conuenient aliis hæc nomina rectius, in quis
Plus fratris, vel plus Caune, sororis erit:
Nos autem totis longe disiungimur astris:
Sunt tua nulla mihi, sunt mea nulla tibi.
Caune iuua, precor. & morituræ ferto puellæ
Promptus opem, facilem porrige, Caune, manum.
Caune iuua, nulla poteris pallescere culpa:
Nil erit in toto crimine, Caune, tuum:
Si peccas, nostro certe discrimine peccas:
Te pietas claro nomine ad astra feret.
Non vt ames posco, sed me patiaris amare:
Sufficit hæc votis gratia facta meis.
Aut etiam satia nostros inuitus amores,
Biblidi dum liceat te modo, Caune, frui.
Non nimis hæc teneros audacia dederet annos:
Cæca mihi est ætas est quoq; cæcus amor.
Nullaq; commoti mihi iudicis ira timetur:
Longæui metuant tristia iura senes
Ipsa quidem pro me caussam Venus aurea dicet,
Pœna patrocinio non erit vlla deæ.

Præter-

Præterea sequimur summorum exempla deorum,
An scelus est ipsi ad quo præiêre dii?
Oceano soror est & coniux vitrea Tethys.
Est Rhea Saturno, Iuno marita Ioui.
Cypria Mulcibero tenerorum mater Amorum,
Bellona horribili qui gerit arma Deo:
Nec tamen aut facinus damnatum est iudice cœlo:
Aut aliquam thalami sustinuere notam.
Et merito: namq; vnde sibi sperabit amorem
Rectius, à charo quam pia fratre soror?
Et merito: fidum nam quæ præstabit amorem,
Impia si fratrem nescit amare soror?
Non toties hominum tutbent connubia rixæ,
Iuncta soror fratri si foret vsq; suo.
Sanguinis hic insunt, insunt ibi vincula iuris:
Ius sed in amplexu sanguinis omne iacet.
Cogitur affectus illis, hic nascitur vltro:
Integer imperio non bene surgit amor.
Ah, quoties media noctis ie supina quiete,
Caune, latus videor conseruisse tuo?
Et sæpe erubui, ceu crimine noxia vero;
Erubuisse iterum mox ita sæpe velim.
Visaq; non vellem, mens anxia læditur illis:
Et mihi, quem cupiam perdere, crescit amor.
Mox iterum lætor, visaq; in imagine plaudens
Exilio, euentum ceu mihi certa ferat.
Ah, quoties nimium celeres accedere soles,
Et vacuum Auroræ quæsta cubile fui?
Ab quoties pleno fudit mihi gaudia cornu
Luna ferens fratrem, sed sine fratre mihi?
Sæpius &, Phœbus quæ noluit, omnia Phœbe
Concessit, nostris auxiliata malis.
Pugnauit fratri pro me soror, atq; coegit
Tradere constrictas in sua vincla manus.
Fallor? an omen inest & nos te, Caune, fruemur?

Et dominæ ſeruus, Caune, ſororis eris?
O veniant ſimili multæ ſub imagine noctes:
Sic ego vel ſortem quamlibet æqua feram.
O mihi perpetuæ veniant longo ordine noctes,
Lux nimis eſt votis inuidiola meis.
Te fruar ó vtinam. poſſim bene luce carere:
Et lucem in media tu mihi nocte dares.
Damna ego nulla feram, ſuppleueris omnia ſolus:
Vnica votorum tu mihi meta iaces.
Fallor? an omen abeſt? nec adhuc te, Caune fruemur?
Nec deſiderio terminus vllus erit?
Caune precor, miſerere mei, miſerere rogantis:
Si non immitis pectora tigris habes.
Caune iuua, perco, lento conſumor in igne:
Sæuitia dicar, Caune perempta tua.
Caune iuua, potes eſſe minus crudelis amanti:
Caune metus ſceleris cur tibi vanus obeſt?
Quam bene fraterno circundabo brachia collo;
Oſcula complexo quam bene multa feram?
Quam bene; cum libeat, pariter ſecreta loquemur?
Quam bene, cum libeat, verba futura palam?
Frater amat merito, dicet. quicunque videbit?
Quiquid erit culpæ ſanguinis vmbra teget.
Quam bene Biblin amat frater pius, inde ſororem
Diſcet ab exemplo fratet amare tuo.
Quam bene Biblis amat fratrem ſoror hinc quoq; fratrẽ
Quæ ſoror, exemplo diſcet amore meo
Euenient magnæ ſic nobis præmia famæ:
Et pia poſteritas vix habitura fidem eſt.
Et pater hæc natis chariſq; nepotibus æuo
Fractus in exemplum commemorabit anus.
Et teneris nutrix ſemper narrabit alumnis.
Dicens, ſic ſoror & tu qnoq; frater ãma.
Tu quoq; frater ama, & quæ mox empta daturus,
Iam ſtatue in miſerà Biblide, tempus erit.

Neſcio

Nescio quæ mihi scæua animus præsagia dictat:
Elapsi calami sum modo facta memor.
Omen habet, lecta neq; littera parte placebit:
Cum calamo exciderit spes quoq; tota suo.
Et mihi nunc illud, nunc istud pallida fingo:
Hæc dico sortis tam mala caussa meæ est.
Vulneris indicium nimis, ah temeraria feci:
Hæc tacito fuerant corde premenda mihi.
Cur etiam mutis commisi verba tabellis?
Debueram præsens rectius ipsa loqui.
Aspiceret flentem, & lachrymas miseratus amantis,
Commoto placidus pectore ferre opem,
Irruerem collo, vultuq; adfixa negantis
Mollirem assidua pectora dura prece.
Forsitan & famuli quædam sit culpa ferentis,
Tempora qui dandis non satis apta leget.
Hæc mihi, Caune, vtinam tam vana! pericula fingo
Quæ mihi tu, cupias, tollere, Caune, potes.
Quæ mihi tu tolles, aue me tibi delige Caune.
Ius mihi tu vitæ, Caune, necisq; tenes.
Si seruas, nouus ecce Deus narraberis orbi:
Namq;, homini vitam restituisse, Dei est.
Si perdis vero, offensam seruabo sub imis
Manibus, & Stygias exstimulabo Deas.
Quin etiam è tristi dicet conuitia busto
Littera vix vllo deperitura die.
*Tuta fides nusquam est, mortalia discite viator:*
*Hic iacet à sæuo fratre perempta soror.*
Caune Deum malim: sed tu quoq; rectius optes
Esse Deus, pietas hoc dabit vna tibi.

*Procris Cephalo.*

En tibi quæ, Cephale, è siluis lustrisq; ferarum
Tristis ab electa coniuge cera datur.
E siluis, quas sum magis esse experta benignas,

Quam mihi vel thalami sæue fuere tui.
Nomina non posui mea, quæ cognoscere nolis;
Et caui indigno ne tibi iuncta forem.
Nil minus & quæ sim, & quid feceris improbe nôsti,
Impia si memorem mens tamen esse sinit.
Quin etiam quod sum coniux tibi scripta putabis
Opprobrium sceleris, non titulum esse thori.
Sed tua cur posui? debebam omittere certe,
Nullaq; qui ferres nomina dignus eras.
Scribere quæ nollem sors non satis æqua coegit,
Impletur tarda vix bene cera manu
Atq; vtinam nequeam, vel ne tibi scribere saltem,
Aut ex desertis cogerer ipsa locis:
Coniugis è siluis nec coniugis ergo tabellas
Coniux nec coniux tu scelerate leges?
E siluis, inquam, coniux vbi coniugis exul
Sustinet exili tædia lenta sui?
Mentiris sæuus titulum male coniugis hostis,
Fœdus amicitiæ vulnera dira facit.
Non bene conueniunt bona nomina coniugis hosti,
Nomina non hostis sunt satis apta viro.
Altera sustineas cum non bene, proxima præstas:
Proxima debebas, altera nulla forent.
Nunc me vir lædis, thalamiq; es nomine tutus,
Et spem castigas perfidiose meam.
Quid querar infelix, aut quo suspiria vertam?
Sæua manu iubeor vulnera ferre viri.
Quoq; magis doleam facit impia coniugis ira.
Plus mihi plus coniux vulneris hoste facit.
Hæc quis vera mihi venienti credat in æuo;
Aut quam res superet, possit habere fidem?
Scilicet hoc addis sorti crudelis iniquæ,
Audeat vt nemo credere facta tamen.
Sic quamuis scelere ante alios immanior omnes,
Iusta feres sceleris præmia nulla tui.

Sed

Sed tamen & placet hoc, iustæq; satisfacit iræ:
Hoc mihi vindicta est accipienda modo.
Quæq; negata via est quo noster etiam ire liberet,
Inferet audacem littera nostra pedem.
Mille tibi quæ pro domina conuitia dicat:
Hei mihi quod pœnæ non satis illa ferunt.
Sed quoq; sufficient animo, placabimur istis:
Coniugis opprobrio maxima pœna venit.
Ah, cur me miseram genitor tibi iunxit Erechtheus?
Cur mihi coniugium fata dedêre tuum?
Coniugium auersus quod fastidiuit Olympus;
Promuba non Iuno non Hymenæus erat.
Funereas tenuêre faces & Erinnyes atræ,
Et gemuit thalami in culmine bubo sedens.
Et mihi quos sequerer gemitus rauco edidit ore;
Et mihi tristitiæ præscia signa dedit.
Cœlum incusabam, magnoq; sepulta dolore
Tristia deflebam damna ferente Deo.
Et nuncille meus, dicebam, poscitur astris,
Sacra Ioui puero pro Thryge pôclæ dabit.
Prætulit aut Ceres alma sui Iasionis amori,
Aut forte amplexus Endymionis habet.
Aut dignata illum est Cytherea Cupidinis armis.
Digna quidem tanto numine forma fuit.
Omnia sic timui, quia causa timoris vbiq;
Iusta mihi & noram facta fuisse diis.
Inuida cœlitibus viuebam accensa dolore,
Sed mea solabar fata in honore tuo.
Iamq; tua leuius causa mea damna ferebam:
Hoc etiam, vt vellem ferre iubebat amor.
Et bona spondebam per te mihi gaudia demens,
Et per te faciles in mea vota Deos.
Et quicunq; mihi Cephalum Deus abstulit, illi,
Aiebam, nostræ curaq; sortis erit.
Improbe sed visum est tibi spes eludere nostras,

Nullaque pro rapto cauſſa timoris erat.
Ignoſcat cœlum, neq; quæ conuitia fecit
Sentiat vltorem linguæ ſal gna ſuum.
Impietatis opus ſumma pietate tueri
Fas mihi ſit, chari coniugis vſit amor.
Sed piget, & iam quas merui non deprecor iras:
Obruat hoc ſæuo Iuppiter igne caput.
Impia quæ numen pro te ſceleratè deorum
Non timui, crimen tu ſcelerate facis.
Me feriat rutilo qui voluitur ignis in axe:
Pœna mihi certe quælibet apta venit.
Quin etiam omne genus pœnarum miſceat æther,
Par nondum ſceleri pœna futura meo eu.
Exſupero, patiarque minus: non Tartara cæca,
Non mihi ſupplicii ſat Rhadamantus habet.
Adde quod & meritis ſe iunget prompta voluntas,
Dignaq; quæ patiar omnia læta feram.
Cuncta libens, animoq; nihil trepidante ſubibo,
Mens tantum meriti conſcia robur habet.
Tantum animus iuſta læſus qui exæſtuat ira,
Supplicii certè non timet omne genus.
Et mea vindictam de te mihi pœna datura eſt,
Et quicquid patiar muneris inſtar erit.
Huc properate necem ſummo ſi numina cœlo
Degitis, experiar veſtra quid ira queat.
Ergo viri poſthac audebit credere amori,
Si ſapit, exemplo fœmina nulla meo.
Nullaque cum fido ſolatia coniuge quæret,
Candida ſperabit tempora nulla ſibi.
Quamlibet & ſancte flammantem iuret Olympum,
Aduocet & teſtes in ſua verba Deos.
Quamq; volet, tuto nequeat quia, credere nolet:
Omnibus eſt vno in te violata fides.
Perfide ſic ergo es noſtras ingreſſus in ædes,
Vt peſſum nomen coniugis omne dares?

Curantem coniux non sat tibi casta videbar,
Lasa pudicitia est quo tibi visa modo?
Scilicet iniecit tantum tibi forma timorem
Nostra fuitque æras fraudibus apta capi.
Credere adulterium facies anniq; iubebant:
Moribus hæc igitur plus valuere meis?
Et tamen ipsa domus domino nimis auxia rapto,
Signa sub aduentum sat tibi casta dabat.
Quocunq; adspiceres impleuerat omnia luctus,
Vt soler in domini funere mœsta sui.
Nec facilis vero mecum data copia fandi est,
Vix aditum structi mille dedere doli.
Cumq; tibi conspecta fui resupina cubili,
Aptius adulterio non mihi vultus erat.
Non aliter Cytherea suum defleuit Adonim
Quem ferus indomito dente necarat aper.
Omnia quæ diris poterant auertere cœptis,
Exitio fuerat mens nisi certa meo.
Ingrederis, miseramq; nimis solaris & aurem
His tibi principiis conciliata dedi.
Vtq; tuis deinceps via fraudibus amplior esset,
Leniter alloquio mens mihi capta tuo est.
Progrederis, finemq; premis, iamq; vltima poscis
Turpiter, arq; audes, sollicitare fidem.
Quam tunc pugnaui votis contraria vestris,
Immensæ damnans impietatis opus.
Et quoties vni, dixi, mea gaudia seruo:
Quid frustra tentas? vnius vxor ero.
At tamen haud cessas precibus quoq; munera iungis,
Qualia cœlicolæ sæpe dedere dii.
Victa fui tandem, sed quis mirabitur illud?
Mens aberat sæuo fracta dolore mihi.
Et mea simplicitas tam magnis fraudibus impar,
Muneribus cecidit non bene victa tuis.
Hei pudet, at toto nihil est in crimine nostrum:

Solus & opprobrium criminis omne feres.
Vita satis pereo: satis hæc mihi pœna, quod olim
Perdita narrabor fœmina fraude viri.

*Myrrha Cinyræ.*

Ergo tuos oculos nostræ violare tabellæ.
Et sacrum audebunt sollicitare thorum?
Nec satis est peccasse semel peccabitur vltra.
Atq; scelus certum nescit habere modum;
Tentandum est. Fortuna dabit fortasse roganti,
Quod mihi iura negant. hæc via sola patet.
Stultum est amissi iam damna timere pudoris,
Et bene velantur facta priora nouis.
In dubio est animus quo te bene nomine dicam,
Cumq; ego perdiderim. quod mihi nomen erit?
Anne parens dicam? sed fecisti esse parentem.
Filia? sed coniux filia facta tibi est.
An pater, & coniux? quo vero proloquar ore?
Nomina conueniunt non ea iuncta simul.
Qui pater est, illi non nomina coniugis aptem?
Et coniux etiam non pater esse potest.
Neutrum & vtrumq; mihi es sed nec iungetur vtrumq;
Si neutrum dicam. quod tibi nomen erit?
Sunt antiqua patris, multis quæ tradita ab annis,
Nomina, coniugii sunt modo nata mihi.
Coniugis imposuit tibi sors, Natura parentis?
Præteritis dicam coniugis ergo patrem.
Coniugis & quanquam plus forsan nomina possent,
Hoc tamen in casu defugienda reor.
Blanditias illic aptas fortassis haberem,
Et tua mollescat lusibus ira meis.
Sed quo blanditiæ, quas plena opprobria frangunt:
Testes fortunæ quas habitura meæ?
Quid miseram quæ me fecerunt, nomina ponam?
Quas semel euasit naufragus horret aquas.

Cum

Cum vero offensæ meritam nunc deprecer iram,
Offensæ certe causſa tacenda mihi est.
Cumq; iua periisse velim mala nomina causſa,
Non iræ tibi sit, non mihi causſa precis.
Filia peccaui, non coniux. filia dicam
Filia paccatum sentiat esse patrem.
Filia peccaui, mala filia, filia dico.
Peccato at supplex filia facta suo est.
Quod si delicti grauitas vetat esse benignum,
Iura mihi faciant sanguinis esse tamen.
Non minus esse quidem offensæ tibi debuit vsquam,
Verum nec veniæ spes mihi prompta magis.
Filia si patrem quandoq; offenderit, illi
Parua sat in magno crimine pœna facit.
Peccaui, fateor. peccato obnoxia magno:
Peccato at veniet laus tibi magna meo.
Da veniam. lapsumq; dolenti ignosce benignus,
Pœna grauis satis est criminis ipse dolor.
Inspicias autem, iustoq; exanime crimen
Perpendas, veniam protinus ipse dabis.
Quid, precor, admissum est? adamaui filia patrem,
Filia non igitur debet amare patrem?
Filia dilexi, sed non vt filia, patrem.
Filia sed volui coniugis esse loco.
Filia nulla suum potis est sat amare parentem,
Nec natam votis sufficit esse meis.
Vlterius pergo, quoq; exstimulabar amore,
Dicebam infelix, nulla negata via est.
Sunt in amore gradus, succumbit filia matri:
Quamq; velit palmam victa tulisse nequit.
Inuidi, sed & hęc pietas est, æmula laudem:
Et magno optaui par in amore forem.
An scelus hic amor est igitur, pœnamq; meretur,
Atq: mihi pietas criminis instar erit?
Ergo suprema mihi votorum meta negatur,

Nec

Nec tutum patet ad culmen amoris iter?
Nulla quidem cœlo subducta cacumina gressum
Admittunt facilem culmine tuta suo.
Si quis at exsuperet vestigia fixa tuetur,
Gaudiaque exacti plena laboris habet.
Ascendi. & magno superaui culmina nisu:
A patre deiicior non sat amata meo.
Hæc igitur nostri sunt præmia iusta laboris,
Atq; odium in summo cogor amore pati?
Filia non essem, plus quam tibi filia certe
Esse queam. ô voti terminus ille mei est.
Esse minus cogor, quia sum. mihi filia posthac
Expers vllius nomen amoris erit.
Sanguis & officium cum poscat ab omnibus, vna
Dicar ab officio libera facta meo.
Ah cur non vitæ cœlo mihi fata sub isto
Ordia donàrunt. quod mea vota ferat.
Turpia Barbaricæ facimus conuitia genti,
Vllaque vix hominum nomina ferre damus.
Attamen & patrem plus filia diligit illic,
Et minor obsequio nostra puella pio est?
Et pietas illic summa est quod crimen habemus,
Et iustæ facinus præmia laudis habet.
Quæque soror fratri fuerat fit mater eidem;
Atque pius nati nomina frater amat.
Nec matris quæquam pellex, nec adultera patris
Dicta per opprobrium turpiter vlla fuit.
Sed pietas surgit duplicato maior amore,
Et gemina obsequium causa fidele iubet.
Et merito, nam quid certe sunt nata paterque?
Nomina naturæ cognita nemo putet.
Sanguinis indicium, quod mitior horreat omnis,
Et lex in pœnas ingeniosa dedit.
Et cur iura vetant, postquam natura remittit,
Siccine naturam iura superba regunt?

Ipsi exempla dii præbent, & laudat Olympus,
Nec bene naturæ ius ibi damnet opus.
Ecce tonans natus Cereri est, & nata Tonanti
Lurida Persephone regna Acherontis habens.
Et nato est mater coniux & facta parenti
Filia, nec probro qui daret vllus erat.
Nomina nimirum complectitur omnia coniux,
Sceptraq; ibi pleno numine gestat amor.
Tota quidem lato præsens oriente iuuentus
Certatim thalamos optet habere meos.
Connubio & sese tali putet esse beatam,
Nec minus ipsa etiam forte beata forem.
Sed quia, supremæ spectans præconia laudis,
Esse minor fido nulli in amore velim.
Et mihi sit genitor coniux, ego nata marito:
Vincula constringunt hæc geminata magis.
Ergo vt me tetritis e iam bene legibus aptem,
Victa maritali turpiter igne ferar?
Damnaq; quæ cunctis iustæ mortalibus arcent,
Damna mihi longe maxima sponte dabunt?
Ergone dum sancto nullis in amore secunda
Esse velim, mihi vir nullus amandus erit?
Ergone dum gressu propero ad fastigia laudum,
Continget primo non mihi stare gradu?
Felicem dico toties te coniuge matrem,
Præcitaq; inuidia non tamen esse velim.
Lætor & inuideo: quis credat vera loquenti?
Vtraq; in vtroq; est causa parente mihi.
Et lætor tenere quoniam mi mater amatur:
Inuidiæq; mihi est causa paternus amor.
Gratulor & matri satis officiosa marito,
Ille tamen posset non pater esse velim.
Sic spes blanda mihi longos soletur amores,
Et tandem votis sim fruitura meis.
Quiq; futurus erat fracti illi terminus æui,

Iſte daret plena gaudia noſtra manu.
Nunc nullus votis finis ſperabitur iſtis,
Nullaq; tam magni meta laboris erit.
Vtq; graui ſaxo nigra Tænara Siſyphon vrgeat,
Sic ego ſub ſaxo non leuiore premor.
Hei mihi, cur natam Cinyræ me fata dederunt,
Aut infelici cur pater ille mihi eſt?
Cur non, cum placida peterem ſolatia morte,
Corporis eliſa fauce pependit onus?
Cur mihi conatus fregit male ſedula nutrix,
Cur non mandatum zona peregit opus?
Vita quidem certe quod non velit, atra dediſſet
Mors mihi, quæſita eſt inde, negata tamen.
Promiſit finem nutrix miſerata dolores,
Dum leto inſtantem vult reuocare pedem.
Impleuitque fidem, quantum res tanta ferebat,
Sed mihi principium vix tamen ipſa dedit.
Concubitus inter primos, atque oſcula prima,
Finem concipiens ſpes violata mea eſt.
Scilicet hoc miſeræ, cæcis cum freta tenebris
Auſa fui in thalamos turpiter ire tuos,
Præſcius infauſto prædixit carmine bubo,
Et ſenſi offenſo non bona ſigna pede.
Quoque magis doleam, ſubii tibi nata cubile,
Nec potui caſtum nata referre pedem.
Facta tibi coniux ſum turpiter, inque parentis
Strata loco, feci nata parentis opus.
Nec coniux, neque nata tamen. quo nomine dicar?
Amiſi quicquid nominis ante tuli.
Amiſi memet, nec, quo circumferar, vſquam
Inuenio, tanti cauſſa mihi ipſa mali.
Præterea infelix vterus quem ſuſtinet infans,
Non illi genitor, non quoque mater erit.
Tene patrem dicat? ſed auum quis neſciet eſſe.
Me matrem? nato ſum ſoror ipſa meo.

Et patrem quoties, te dixerit esse scelestum
Impius opprobrium nomina sancta ferent.
Et quoties matrem, turpes damnabit amores,
Victaque sub nato iudice mater ero.
Appellabit auum? nolint hoc nomina patris,
Sic patrem, sic te nemo vocabit auum.
Me dicet, matris non audens voce, sororis?
Sed mihi grata magis nomina mater habet.
Sed quæcunque tamen dicet, male nomina dicet:
Opprobrium sceleriſque impius vſque dabit.
Impius at nullo læsurus crimine famam:
Impius, at sceleris nos quoq; causſa sumus.
Commoueant hæc te, vt posita mihi lenior ira
Sis coniux neque iam nomina patris amo.
Nomina iam patriis non conuenientia damno,
Et coniux quod sum nunc tibi facta, ferar.
Nomina non vltra quicquam mihi sanguinis obsunt,
Nomina coniugii nulla pudenda mihi.
Obuia nam pridem comitante Cupidine Cypris,
Fecit ne posito sanguine nata forem.
Vtque subinde hominum commutant numina formas,
Quasque libet donant, sic mihi sancta Venus:
Quicquid erat patris Cinyra tibi, sustulit omne:
Quicquid erat natæ sustulit omne mihi.
Quid refugis Cinyra retro vestigia torquens?
Non mihi iam pater es non ego nata tibi.
Libera complexo post hac tibi basia figam,
Et nullum noster crimen habebit amor.
Participem nullo admittet cum crimine lectus,
Sanctaque coniugii pignora vtrique dabit.
Per quæ te, Paphiæque oro per numina supplex,
Pondera perque vterus quæ tua noster habet.
Da mihi quod Venus alma iubet, nam pectora recte
Cœlicolum donis æmula nemo gerit.
Da mihi quod Venus alma dedit, tua postulo nulla.

Sum

Sunt mea quæ posco, Cypride dante tuli.
Quam vereor ne mox à te Venus exigat ipsa,
Et tua castiget furta seuerus Amor
En Cinyra, si iæ moneo te coniugis instar,
Ante mihi coninx quam tamen esse velis.
Esse velis æuum Cinyra tibi diua beabit:
Esse neges, iam te tristia fata manent.

*Scylla Minoi.*

Hanc Scylla obsessa Minoi ex vrbe salutem
Mittit, & optet amans addere posse, suo.
Hei cur non licet hoc, tua cum sit: nempe decebat
Esse suum, cum se dixerit esse tuam.
Non bene, si tentes, disiungi hæc nomina possunt:
Alterutrum si quis tollat, vtrumq; perit.
Non tamen accuso, neq; nostri es certus amoris:
Atq vices forsan cognitus ille ferat.
Ingredienda via est hoestæ quæ conscia mentis
Nostra tibi referat vestraq, vota mihi.
Littora dum late Minos Lelegeia vastis
Ense fero, Scyllæ pectora vastat Amor.
Vrbi mortalis tu pugnas, maximus ille
Arma decus tenera in virgine sæua gerit.
Excitat Androgeitæ debita manibus ira,
Iustaq; damnatum caussa tuetur opus.
Nulla illi offensa est, nisi si quam sumpserit ipse:
Esse Deo imbelli in virgine nulla potest
Et te laus manet & clarus cum laude triumphus:
Illi cum nulla laude triumphus erit.
Si non hoc illi fortasse merebitur vnum,
Sub iuga quod domitam iusserit ire tua.
Et meriti certe hoc magni iuuat instar habere,
Omnis in hoc vno cardine vertit honos.
Sed cape iam nostri cunabula prima laboris,
Et miti, vt debes, omnia mente lege.

Regia

Regia ſublimi ſe tollit in æthera turris
Vertice, ſpes vrbis magna decuſq; meæ.
Plurima vicinis vocalia mœnibus hærent
Saxa. lyram hic poſuit pulcer Apollo ſuam.
Impreſſitq; notam, quo poſtera noſceret ætas,
Et dedit acceptos ſaxa referre ſonos.
Sæpe illuc læta conſueta aſcendere pace,
Ferret vt excuſſus gaudia plena lapis.
Hei mihi, cur tenui vix pacem murmure dico,
Aurea qua mundus ſecula dante capit?
Maxima triſtitiæ mihi pax cur aurea cauſſa eſt,
Nomina cur animo ſunt ea nota meo?
Scilicet illa foret, conſtarent gaudia noſtra:
Illa fuit quia, nunc iſta fuere mihi.
Bella vehis, Minos, & patria concutis armis
Littora, graſſatur militis ira tui.
Bella probo tamen, (at quam tu non hoſtis amanti
Eſſes optarem.) te mihi bella dabunt.
Tu mihi plus multo es, Minos, inuiſaq; paeis
Tu mihi, tu Minos; nomina grata facis.
Triſtina pax noſtris placide vt dominetur in aruis,
Non poſſim læta te ſine pace frui.
Intima crudeli flagrarent viſcera bello,
Tu pacem mihi per triſtia bella dabis.
Ecce vt in hoc caſu tot ſe contraria iungant:
Et veniant quæ tu poſſe venire neges.
Quis deus ah priſ: am non æquo lumine ſortem
Vidit, & in luctum gaudia noſtra dedit?
Priſtina vb: afflictæ quæro ſolatia mentis,
Edita triſtitiæ cauſſa repente fuit.
Nam te conſpecto ſæuos hauſi oſſibus ignes,
Meq; tuus mea per lumina cepit amor.
Sic mihi qui patriæ communi nomine terræ
Hoſtis in extremi debuit eſſe loco.
Plus mihi quam genitor, plus quam communis amatur

Patria & affectus possidet ille meos.
Turpiter occulta peredit mea viscera flamma,
Quemque parat patriæ me prius igne terit.
Crimen in hoc illum iuuitq; Cupidinis arcus,
Vexit & in venas missa sagitta deum.
Tu mihi, tu Minos deus ille es, tu mihi numen,
Omnia tu cœli fulmina solus habes.
Es mihi tu quodcunque polus vehit axe deorum,
Tu me vt ames timeam non ego tela Iouis.
Sed cum cœlestis venerer te numinis instar,
Fac venias votis mitior ipse meis.
Quasque præces facio supplex, lacrymasq. profundo,
Mente legas placida mens decet ista deum.
Scilicet humanis offensa erroribus iras
Condonant precibus numina læsa suas,
Te tamen haud læsi, nisi si quid lædit amando
Integer & plenus simplicitatis amor.
Si tamen hic aliquod forta tibi crimen habebit,
Res agitur patriæ non tua, damner ibi.
Officium tibi sit quo patria læsa putetur,
Supplicium hæc mihi, tu præmia iusta feras.
Præmia dum referam per te donata profecto
Nulla dabit patriæ vindicis ira metum.
Et quouis facile eludam sum iudice culpam,
Nullaq; quæ feriant fulmina legis erunt.
Fata regunt orbem dicam, res fata gubernant?
Fata solum patrium, me grauis vrsit amor.
Fata negant homini iussam deflectere sortem;
Impiger occurras, iam tibi parcit amor
Non aliter duбiis nimium mens prouida rebus,
Noxia quæ leuius noueritesse, legit.
Et tamen hoc ipsum, sceleris quod culmen habetur,
Immensæ faciam sit pietatis opus.
Aspera fata tuis vinciarmis nostra volebant,
Nostraq; sub vestrum mittere colla iugum.

Quanta

Quanta sed innocui metuenda impensa cruoris,
Sæuaque victoris ciuibus ira fuit.
Et patriæ magno iussis sub legibus esse
Constet & opprobrium sors tibi læta ferat.
Auertiq; & habet tua nunc victoria laudem,
Iussaq; deuictis mitia ferre dedi.
Seruare vt possem perdenda erat: artibus ergo
Læsa tibi patria an salua putanda meis?
Patria seruata est, seruatum quicquid in illa
Impius hausurus sanguinis ensis erat.
Quid, precor, acculer tanquam scelerata parentis
Ausa sacrum fuerim sic violare caput.
Mille neces vno pariter sunt crimine redemptæ,
Debebat pater hunc ciuibus ipse suis.
Me totam impendi, iacturaq; maxima nostra est:
Nostra quidem fuerit iusta querela magis.
Lætor at impensa quod patria libera tali est,
Vilis ego, & patrio cuncta minora solo.
Impietas hæc est, & pœna digna seuera?
Nullius officium grandius esse reor.
Nulla mihi posco præter te præmia, *Minos*,
Præmia quæ officiis sunt leuiora meis.
Patria quæ debet, quia debebam ipsa remisi:
Omnia debueram nil tibi solue mihi.
O me felicem si quod volo consequor, & te
Felicem Minos, si mea vota dabis.
Quæ dabis oranti, tua si vis certa tenere?
Si mea no cupies da tua vota tibi.
Nulla tibi sine me succedent prælia, nullus
Nunquam finito Marte triumphus erit.
Purpureus summo patri de vertice crinis
Hæret, in hoc patriæ condita fata iacent.
Sospite quo nulla præceps conuulsa ruina
Occidat, exitium & posse timere neget,
Hunc ego sustulerim, meta & tibi tacta laboris

Vltima sit, voti sit quoque tacta mei.
Ecce rogo vt vincas, poteris spreuisse rogantem?
Iuncta meis tua sunt vota, negare potes?
Alterutrum dederis, dabis vtraque: victa triumpho,
Nec nisi me pateris vincere, victor eris.
Si mea non cupies, neque vis tua gaudia, Minos.
Fata vices poscunt, da quod habere velis.
Si tibi de magno certe constaret amore,
Non, puto, difficilis in mea vota fores.
O quoties rigidi spectans certamina Martis
Pro vita facio pallida vota tua.
O quoties, ne quis sæuo te vulnere lædat,
Impia cœlicolas voce fatigo Deos.
Vt vincas supplex cœlestia numina posco,
Atque iuuo precibus sic tua bella meis.
Cum video, dii te, dico genuere parentes,
Ista nec humano semine forma venit.
Arma geris? validis pendentia laudo lacertis:
Et par Gradiuo diceris esse patri.
Corporis induuias in amato corpore laudo,
Tecta nec in cœca casside forma latet.
Impiger adducto diffundis spicula neruo?
Diceris Ortygio non minor esse Deo.
Portat equus, freno & spumantia corrigis ora?
Materies oritur laudis & inde tuæ.
Omnia quæ tangis multum felicia dico,
Iamque, tibi quicquid tangitur, esse velim,
Impetus est rapido saltu descendere, perque
Hostica virgineos agmina ferre pedes,
Omnia diductis vel castra admittere portis,
Vel quo tu cupias vincere cumque modo.
Omnia perpetiar, faciamque tibi omnia, Minos
Te, Minos potiar, tu potiare meis.
Audendum semel est, & desperata salutis,
Qua liceat nobis, inuenienda via.

Hanc

Hanc miseræ tua concedet clementia certe,
Aut erit allata morte parata mihi.
Sed facilem spero, genus vt solet esse deorum:
Aspera Lethæis corda premuntur aquis.
Et merui hoc vno, ne sis crudelis amanti,
Hostis quod patrii sæuus amare soli.
Patria sit tibi dos, & pro victoria dote
Sit tua cum patrio quam tibi crine feram.
Accipias igitur tua me in connubia, Minos,
Non maior casto iungi in amore potest.
Quem mea vota, illum quoque habebit epistola finem:
Vt mihi tu dones posse valere, Vale.

---

# FRANCISCI MODII.

*Ad Hieronymum Berchemium I. C. &c.*

DA citharam; Martinus adest, da plectra, fidesque,
Atque hornum puer, huc fortius adde merum.
Tuque graues animi curas seclude parumper,
More patrum hunc tecum stat iugulare diem.
Berchemi seu Parnassi de vertice (qui mos
Est tuus) Aonio flumine potus ades:
Deditus in studio seu Grammatico, Egmondani,
Vt sæpe ora tui fingere balba venis.
Est tibi, sitque precor, iustissima caussa laboris,
Quem capis, & pretium sedulitatis habes.
Nec plebeius honos tibi vel ludicra petuntur
Præmia, sceptrigeris cum decus istud auis
Tanto informatur studio: sed scire potes, mi
Berchemi, certas rebus inesse vices.
Iuppiter ipse, polos qui temperat igne geluque,
Otia nonnunquam, fulmine liber, agit.
Ergo tu quoq; (sic optatos cernere fructus
Tam assidue impensæ sit tibi quondam operæ:

Sic tibi se faueant dulces ante omnia Musæ;
Expers tristitiæ sic tibi vita fluat.)
A solitis animum curis hac luce remitte.
Non amat apta ioco, verba seuera, dies.
Sat cito cras alias reddent tibi publica caussas
Luctu; nil res hæc cur verearis habet.
Quod dii vtinã facerent, ne essent quas reddere possent;
Deficit hoc vno nostra elegeia loco.
Tu nos tu patria, tu tu inquam Belgica vitam
Exsortem tristi ducere sorte veta.
Parte omni ferro non vastareris & igni,
Præda peregrinis Belgica, militibus
Non esses; non tot patereris damna, rapinas,
Stupraque, & illa horret quæ meminisse animus;
Vitam securis curarum, & fronde liceret
Euinctis hederæ degere temporibus.
At nunc cum te vri vexarique vndiq; nobis
Heic nimium verax nuntia fama refert:
Quod das á lachrimis spatium, & mœrore vacuum?
Quæ non hora aliquid quod doleamus habet?
Cur vereare igitur nihil est, cum fœnore curas
(Atq; vtinam hac vanus parte poeta vocer)
Nobis Berchemi seu prima luce reponet
Publica caussa foris, seu tibi priua domi.
Inter vina hodie tantum te festa libentem
Da mihi nata anno, seu magis horna placent.
Dicemus bene te; bene me; Musas bene nostras;
Parum educentes per rata vota merum.
Nec tantum bene te; bene me; Musas bene nostras;
Sed quotquot Clario pectora fœra deo.
Coniunxit nobis doctarum virginum amor; seu
Quis curam officii Iuppiter huius habet.
Vt tamen in numero hoc sit princeps ordine vterq;
Vt pariter patriæ est primus vterq; suæ;
Duza bonus versu, nec peior fulmine linguæ

Lipsius.

Lipsius, & Pylio doctius ore loqui.
Post hos cum victore suo, inquam, Castore, Pollux,
Qui dominæ ex oculis gaudia mille trahit.
Posthiadesq; meus Palma & cui nobile nomen,
Agnomenq; suum dædala finxit apis.
Septimus accedet Lubecæ gloria Ianus,
Ianus, fraterno notus amore mihi.
Præterea, quot res præsens quot suggeret hora,
Siue meo tantum nomine, siue tuo.
Nec frustra hos bene fors dicemus quis scit, an illi,
Dum pro se faciet quilibet istud idem,
Nostri haud inmemores, dicent, regione, Modi, qua,
Quo, Berchemi, animam culte, sub axe trahis?
Dum & dicent desiderium absentum testati,
De lacrimis faaient crescere vina suis?
O mihi si talem hunc liceat sperare dolorem, vt
Haud meream præ illis. Principum amicitias.
Quin licet, & fas est, talem hunc sperare dolorem,
Nec mereo præ illis Principum amicitias.
Ergo, Berchemi bene te, tales bene amicos
Et mecum appositos dic bene me, ad cyathos.
Nec tantum bene te, bene me, tales bene amicos,
Aut nostras mecum dic bene Pieridas.
Verum etiam, quotquot sunt vndique, seu qua
Vicino tuitur sidere mane diem
Princeps India, seu qua Phœbus vespere fessos
Extremo vultus abluit Oceano:
Qui ad Genium sapiunt Musarum, & rite quotannis
Nobiscum illarum sacra hodierna ferunt.
Vita fugit celeres velut horæ nec datur vlli
Mancupio; ex vsu est longa, breuisve suo.
Ergo vinamus, dum fas est viuere, fors cras
Lumina nos coget linquere mors oculis.

*Ad Ianum Guilielmum.*

Et merito, quoniam dia heic inhonora iacebat:
Doctrina, ad populos iuit Hyperboreos.
Vt, quos tantum olim merces audire solemus
Tractare atq; illis anteputare nihil:
Ingeniis certent nostris nunc, & bona captent,
Quæ metuant vlla posse perire die.
Sic solet illa Iouis iusti iustissima proles,
Aufert, contemni quæ sua dona videt.
Ergo igitur quas præsentes despeximus artes,
Cum magna absentes quærimus inuidia.
Etsi, cur aliis hæc inuideamus inante
Publica quæ in nobis temnere fama solet?
Quin potius faueo laudem hanc, & gratulor illam:
Seu tibi, Gulielmi, siue tuæ patriæ.
Est, fateor, Lubeca aliis amplissima rebus,
Regum quæq; suis æquet opes opibus:
Sed commune illud, si non cum pluribus illi est,
Cum paucis tamen haud esse, negare potes.
Laus erit vna dehinc, communem dicere nemo
Quam queat, ingenio parta trophæa tuo.
Hoc vno Lubeca vrbes supereminet omnes,
Nec tantum Hansati est fœderis illa caput,
Totius ast vrbis, qua iungit mane nouo sol,
Et qua defessos vespere soluit equos.
Ergo ô felicem te! ô terque quaterq; beatum,
Gulielmi, per quem sic patriæ auxit honos.
Debebas illi vitam: maiora dedisti:
Nec moriens quisquam plura aliquando dedit.
Quam tu viuendi viuens largiris, honore
Dum illam tam solido, præcipuoq; beas.
Et tu, Lubecum mere flos, atq; vrbium ocelle,
Quæ fors, fortunæ par potis esse tuæ est?
Nomine cœlum aquas, & tangis sidera fama,

Siue

Siue tui vatis munere, siue tuo.
Nec reliquum est aliud, magis & magis vt clarescas,
Porro etiam, quam illum vt debito honore colas,
Ingenio qui te, & calamo super æthera vexit:
Ne illum fors pigeat gratuito esse pium.
Gaudet honorari virtus: & digna merendo est:
Quippe homines soleat quæ facere vna deos.

*Ad Comitem Carolum Egmondanum, &c.*

Dulce meæ decus & spes Egmondane, iuuentæ,
Quo mihi suaue etiam sit moriente mori.
Quis Deus opposuit nostris sua Numina votis,
Et vetat ingenio te dare vela tuo?
Scilicet huic curæ esse tuam, carissime, vitam:
Monstrandam hac orbi quam ratione putet.
Vt cum te teneris videat consuescere ab annis,
Dura pati: infractoq; omnia ferre animo:
Olim non dubitet rerum tibi tradere habenas:
Belgicaq; in manibus ponere sceptra tuis.
Multa tulisse animos facit in quæcumq; paratos,
Atq; hinc quid fugias quidue sequaris habes.
Hocq; Ithacum dius laudauit nomine Homerus;
Et dignum longa credidit historia.
Ergo, quidquid erit, fortunæ obnitere, vinces,
Carole consueta dum mala fronte feres.
Est durum, fateor. tyroni: principia inter
Cernere: & hoste sibi cæso aperire viam:
Sed durum hoc olim tibi proderit. & tibi quondam,
Hic pariet cum re gaudia vera labos.

*In Natalem Erasmi Neustetteri, Sturmeri.*

Ille ego, qui dixi, lux septima mense Nouembri
Tam tibi formosis sæpe recurrat equis:
Cum me de numero iussisses esse tuorum,
Ante annum ipso hoc, ni fallor, Erasme, die:

Nunc quoq; idē dico; & Numen prece ſupplice adoras,
Quod regit arbitrio noſtraq; noſq; ſuo;
Vt rata ſint iuſte iuſto, quæ iuſta precamur,
Det dictis quæſo pondus ineſſe meis.
Et dabit. eſt aliquid pro iuſtis iuſta precari,
Non ſolet hæc facilis ſpernere vota Deus:
Præſertim votis eadem cum mille petantur;
Hocq; optent precibus fœmina virq; ſuis.
Quorum ſpes anima Sturmeri pendent ab vna;
Quorum, Sturmero, ſpes moriente, cadant.
Euentura igitur, precor audit publica lætus
Vota Deus; vanas nec ſinit eſſe preces,
Macte igitur tali longum digniſſime honore,
O Modio in patrio ſemper amande loco:
Macte Dei dono, Sturmere, ætate ſenecta:
quod quantum eſt verbis nos docet ipſe ſuis;
Qua nos parte iubet ſenibus parere, & bonorum
Maiorum canis ire habitum omne genus.
Præmia promittens facturo hoc maxima; vitæ
(Nil potius viſum eſt) tempora longa ſuæ.
Munere Sturmere hoc, inquam, macte eſſe memento:
Hac & ſponte tenus, quod facit, vſque face.
Iamque hic in terris diuos imitare merendo:
Non eſt ad cœlos pronior vlla via.
Multos demeruiſſe tibi, te æquabit Olympo:
Hac vna iam nunc re Deus eſſe potes.

*Ad Annam Pallantiam.*

Cura Deum, miraclum hominum, Pallantia ſalue:
Tu mihi Palladii numinis inſtar eris.
Inſtar quid dico? non tu mihi Palladis inſtar;
Ipſa mihi, virgo, ſed mage Pallas eris.
Ergo faue; tibi ſurget opus; te noſtra loquentur
Plectra; heu quam plectris non ſatis æqua tuis
Te ſolam ipſe ſuis reſonabit Rhenus in vndis;

Te solam solis numina læta locis:
Te saltus siluæ montes, vallesque feræque,
Te quierrat tremulis ventus in arboribus.
Et merito mihi te resonabunt omnia, nam quid
Inuenias toto dignius orbe cani?
Vixdum etiam, nisi me decepit credula amor res,
Alter ab vndecima Bruna peracta tibi est,
Et iam audes ipsam Sophiæ peruadere in arcem,
Miscere & Latiis pallia Græca togis.
O certe dea, non hominum de stirpe, cui se
Tam teneræ, atque arte fauit Apollo suas.
Ite agite ignaui sina turba Poetæ;
Pallada que exemplo ponite inante meam.
In vestrum nummum pignus dabo magna talenta,
Quod bona de vobis carmina quisque facit:
Si non & versu antistat Pallantia, & arte;
Humanum vnde genus nominis omen habet.
Mussant iamdudum victi; dominamque fatentur;
Et faciunt, vino dia puella tibi.
Macte mero, facilisque piis votum annue votis,
Digna etiam præsens numinis esse loco.
Macte meroque, inquam; celebremque age læta triumphum.
Ausonis ora ori cedit & ipsa tuo.
Præcedent vincti currum sine honore Poetæ,
Optantes genii vim sibi quisque tui.
Quadriiuges Fama ipsa vehet superæthera cœli,
Et patria indigetum sistet in arce deam.
Quid cœlum dixi? quin cœlum sera reuise;
Aut captas terras, si pote, semper habe.
Annuis? æternum & terras Pallantia habebis,
Iam dea, iam quouis digna & honori coli?
Ergo mihi longum o cœlestis curia, salue.
Cum diua hic semper stat mihi habere mea.

Ad

*Ad Calliopen de Iusto Lipsio.*

Dic mihi Calliope, mea sola, & summa voluptas,
Quaq; sine inuita hac sit mihi dulce nihil.
Ecquid agit magni semper mihi Numinis instar,
Lipsius? an solitis deditus in studiis
Ac longe à vulgi strepitu semotus, & omni
Cura victurum in sæcula condit opus?
An patriæ potius sortem miseratus acerbam,
Luget, & inmites voce vocat Superos?
Certe credibile est illum, quamquā audiat absens
Terra ea quam à teneris instituit vnguiculis.
Quæ fert quæq; tulit tot iam labentibus annis,
Non posse à lachrymis sæpe tenere oculos.
Nequiquam tamen hoc: nil verba precantia Belgas
Diua iuuant, mixtæ nil precibus lachrymæ.
Quanto igitur satius, quam se vexare, nec hilum
Proficere: in solita conterere arte diem:
Et meditari aliquid, sæclis venientibus olim
Quod nullum sinat æuum immemor esse tui.
Sed semper magis atq; magis laudetur, ametur,
Morte ipsa maius, maius & inuidia.
Hoc dignum Iusto est: sed lucem ducere luctu
Hostibus eueniat, Calliopæa, meis.

*Ad Erasmum Neusteterum. de Io. Tosthii poematis.*

Delicium Aoniæ & mel. Neusettere, caterua,
Aoniiq; simul pars bona & ipse chori:
Quid tibi turba dabit te dignum Musica, vel quæ
Sunt satis ex meritis dona futura tuis?
Nil mortale feres; si te tibi digna dabuntur,
Non capiunt tantum quæ peritura decus.
Ergo quid, quid erit? mansurum in secula nomen:
Famaq; ab Eois didita ad Hesperios.

Qua-

Quæ si parua cui merces, si indigna videtur
Hunc ego iurarim mente carere bona.
Nil maius præstare potest mortalibus ipse
Iuppiter, & magno iuncta Thalia Ioui.
Nec tu, Neustettere, scio maiora negabis
Omnibus hæc aliis munere muneribus.
Dixerit hoc aliquis, cogendis nocte dieq;
Qui nescit finem ponere diuitiis.
Quem malus ardor habet præsentibus addere semper
Plura & quærendo conterere ære diem.
Qui fragili potis est vitam concredere ligno,
Temnere & ignoti incerta pericla maris:
Vt gemma bibat; & peregrino dormiat ostro:
Barbaricusq; caua pendeat aure lapis.
Dixerit hoc aliquis, patriis qui nomina fastis
Inserere in votis ambitiosus habet:
Empto qui sellæ mercatur iura fauore,
In populo primus gaudet & esse suo.
Qui titulos titulis veteres cumulare laborans
Vsque nouis, toto hoc pectore semper agit,
Vestibulum ante ipsum vt numeret longo ordine fasces
Impleat & vanis atria imaginibus.
Denique de medio hoc vulgo quis dixerit, omnis
Fabrili cuius sudat in arte labor:
Quique profana velut Musarum arcentur ab aris
Turba exesse sacris iussaq; liminibus.
Aere merent, nummoq; operas præstare coacti,
Quodlibet à mane ad vesperam opus faciunt,
Quo sibi sit, natisque suis cum vxore, magistram
Artium & ingenii, pellere ab ore famem.
Dixerit hoc, inquam, de turba quilibet horum,
Quisquis & huic turbæ non alienus erit.
Non tu, Neustettere, sacri celeberrime cœtus
Præsul, ab omniuola liber auaritia.

Diuitias

Diuitias qui ita habes, vt non habearis ab illis,
Diues sisque magis, quam videare tibi.
Patritis opibus fere in hoc & qui vtere auitis,
Seu quas Fors meritis adiicit æqua tuis,
Vt ne egeant, dulces quis sunt ante omnia *Musæ*:
Aut Clario esuriant pectora sacra Deo.
Non tu, quem ambitio leuis & sitis atris honorum
Vanis non torquent sollicitudinibus.
Nec potuere mali speciosi auertere nubeis
Tramite, *Iustitiæ* qua *Cynosura* vocat.
Qui contemnendo, quæ alii mirantur & optant,
Esse animo ostendis cuncta minora tuo.
Et clauum, titulos, fasces, sellamque curulem,
Non decora, at, quod sunt, numen inane putas.
Non tu, qui reliquis valefactis artibus vno,
*Musarum* in studio nocte dieque habitas.
A tergo longe & vili qui plebe relicta,
Hæc, vt te dignum est, numina sola colis.
Qui famam ipse tuam certas extendere scriptis,
Queis Latii cedat pagina Callimachi;
Molitisque nouum Varum de gente triumphum,
Siue tui Posthii carmine siue tuo
Non tu, in quem puerum sua congessere frequentes
Munera, quique nota de meliore Dei.
Aonio Musæ quem lactauere sub antro,
Penderuntque suis tantulum ab vberibus.
Quem felicæ bonus respexit ab arbore Phœbus,
Et citharæ docuit fila mouere suæ
Secta cui Veneris mores finxere decorum
Et ridere cui ac dulce dedere loqui.
Vestiuit frontem cui maiestate verenda,
Et soror & magni maxima nupta Iouis.
Luminibus cuius lætos afflauit honores
Nullo nota Deis Cypria adulterio.
Cui Dea Fors aurumque, & opes donauit abunde,

Cui

Præbuit vtraque & plurima dona manu
Fors Dea cœca alias, & lumine cætera vtroque
Captã, sed hic quauis lyncea lynce magis.
Non tu Neustettere inquam, tot dotibus auctus,
Quæ solo viuunt nomine perpetuum;
Nomen perpetuum, & victurum laude perenni
Omnium in ore æuis innumerabilibus,
Præmia parua, tuis meritisque indigna putabis,
Aut spernes, hominemque facit vna Deum
Fama ex mortali immortalem amentia mentem
Hæc eius teneat quisque mihi hostis erit,
Sed nec spernis; enim didici Vate indice nuper
Postio, vt hæc voti cura sit vna tui;
Nota sit vt seris tua fama nepotibus olim,
Et celebrent nomen postera secla tuum.
Quin etiam ipse facis noua carmina & insuper omnes
Carminis autores Numinis instar amas.
In reliquisque vnum, vt reliquos supereminet vnus
Carmine seu melico gramine seu medico,
Ipsam hunc Posthiaden merito veneraris honore,
Vsque domi & tecum quod pote semper habes.
Posthiaden late insolito qui his extulit oris
Flagrantem Aonii fulminis igne facem.
Posthiaden famam, dare quæ sit idonea vitam,
Ipsa etiam à sera qui dare morte potest.
Qui vulgo hunc vulgans (quod spero) bono omine librum
Multa tuum cuius pagina nomen habet.
Ante alia, in primisque vnum hoc spectauit in illo,
Crescceret vt scriptis laus tua, Erasme suis.
Non, quo more solent vani dictare Poetæ,
Laudato, & Domino præmeritura suo,
Sed quo more magis Pelignis natus aquosis,
Tradidit æternis multa voluminibus.
Vel quo Messalam celebrauit more Tibullus

Meno-

*Memmiadenue* ſuo Caius epiſtolio.
His tua nominibus miſcentem nomina Muſam,
Iure lubens igitur mutuo amore colis.
Iure foues, inquam, hanc, multo & dignaris honore,
Inque tui ponis parte patrocinii.
Felices ambo, ſi quid pia carmina poſſunt,
Bis. ter felices, tuq;; clienſq; tuus.
Dat tibi famam, & nou minus accipit ipſe viciſſim,
Ornantq; vtrumuis alterutrius opes.
*Ma*cte pari antiquo par quoliqet aurprius; aut par,
Non meliore aliud venit in aſtra via.

*In obitum Ioanni Fichardi.*

Virtutis, Ficharde, tuæ mihi trans mare ad aures
Acciderat dudum fama, impleratq; videndi
Te deſiderio ingenti, affandiq;, ſacerdos
Iuſtitiæ ô venerande, meis contraria votis
Cum mors florenti dignum gaudere ſenecta
Perpetuum humanaſq; vices neſcire, piorum
Cœtibus Elyſium in campum, tranſmiſit, vt illic
Iudicibus iunctus bis, ius, legeſque duobus
Defunctis dicas. Ergo, quem cernere coram
Tantopere optabam, iubeam ſaluere neceſſe eſt,
Dum veniat mox illa dies, quæ me quoque vitæ
Curricula emenſum ancipitis prærupta quietis
Addat, quod quoniam citius ſpe forſitan inſtat,
Paruo care Deo ſalue mihi tempore iam te,
Aut certe mox, vt volui, Ficharde videbo.

*Epitaphium Æneæ Mariuordæ.*

Dardanio haud ipſi dextra, aut pietate ſecundus
Æneæ, Æneas hic Mariuorda iacet.
De quo, ne mirere hoſpes fors: ſcire neceſſe eſt:
Fortes morte emere, vt degeneres fugiant.

In

*In mortem Gemmæ Frisii.*

Cui nunc posse mori mirum sine nomine vulgus,
Ipsi cùm morborum artifices pereant?
Artifices, sed de reliquis nil conqueror, vnus
Hic, intempestas ire cui exsequias
Cogimur, innumeros medijs è faucibus Orci
Qui retrahens, vitæ, iam fugiente anima,
Restituit, reliquis tot corpora conclamata,
Ire domum extinctis qui rediuiua rogis
Iusserit, hunc vnum non hoc potuisse merendo,
Vt paullum vitæ, quod minimum est, spatium
Adijceret modicosque illam proferret in annos
Quis non profusis indoleat lacrimis?
Ha Gemma infelix! verè Phœbi arte in vtraque
Gemma, herbis medicis, seu numeris melicis
Vsus erat. quis te, quis nobis Gemma deorum
Crudelis nimium inuidit, & eripuit?
Agnosco fatum medico commune, periclo
Qui vitæ, vitam reddidit Hyppolito.

*In mortem Iacobi Ræuardi I. C.*

Sit tibi terra leuis, nulli grauis ipse fuisti
In vita, ô vita & lumine amabilior
Astræa Ræuarde sacræ iustissima quondam
Cura, voluptasque; at nunc dolor, & lacrymæ.
Non erat in Belgis Iuris prudentior alter,
Pace tua, Nansi, pace, Mekerche, tua.
Non erat & melior, vobis quoque testibus illo
Vir quisquam, Flandrum quà patet imperium.
Nil benefacta tamen iuuere, aut gratia linguæ,
Iret vt ad vacuas tardius vmbra domos.
Mors fera, mors crudelis, inexorabilis, vnum hoc
Debuerat telis non licuisse tuis.
Namq; aliquis cernens iustos melioribus annis
Ante diem Stygijs proluere ora vadis,

Cùm contemtores diuûmque hominumque fruantur
Collectis per fas perque nefas opibus;
Sæpè diu; dubitet curent mortalia Diui,
An tantum incerta lege feratur opus?
Quisquis eris, dubitare tamen desiste, deumq;,
Hoc etiam facere haud abs ratione puta.
Prorogat ille malis vitalia stamina, si fors
In rectam occipiant velle redire viam:
Atq; eiuratis vitijs, virtutibus illa
Mutare; & recto viuere consilio.
Eripit ille bonos prauæ contagia terræ;
Pollutumque iubens deserere hospitium;
Ordinibus potius iuncti vt cœlestibus illum
Laudent; quàm scelerum semina ab orbe trahant:
Et, post hæc mutinus adhuc? magis ista putemus;
Nemo, qui bene obit; mortuus ante diem est.

*Vmbra Theod. Pulmanni loquitur.*

Dum vixi, securus opum, securus honorum;
Antiquæ exemplum simplicitatis eram.
Quam facere ad sæclum hoc vltra cùm posse viderem
Nil quidquam & canam nomen inane fidem.
Pertæsus vitæ; vitam, terraque relinquo,
Vt vita demum, sed meliore fruar.

*Ecloga nautica.*

In tactam Beroen, sensus deperditus omnes;
Votique immodicus, malesano ardebat amore
Grippius; & patrijs proiectus rupibus amens,
Quà patet Hadriacum latè prospectus in æquor;
Sub noctem hos quæstus vacuas iactabat ad auras:
Durior his scopulis, Beroe truculentior Orcis;
Surdior & pelago, thynnisq; fugacior ipsis:
Nunc saltem ô nostræ subeat te cura salutis,
Quo me subiectas demittere corpus in vndas

Tempora

Tempore agit furor, & miserandam abrumpere vitam
Hortatur, dignasque mihi se sufficit iras.
Nunc saltem exorata veni & me crimine tanto
Eripe teque simul, tandem & miserere doloris,
Cuius iampridem venti miserentur & vndæ,
Et defessa meas dudum Echo iterare querelas.
Iam vox me in questus, oculos iam deficit humor
In lacrimas; solus solus dolor ille, perenne
Quo miserum torques, fruit indefessus, & vnus
Lassari ignarus nostri in penetralibus vndat
Pectoris & prensam non deserit improbus arcem.
Cunctaque cùm vicibus certis humana regantur,
Æstatem Autumnus nimborum diues & imbris,
Illum tristis Hyems, hyemem Ver dulce sequatur.
Nescit sola vices, quæ mentem cura fatigat.
Crudelis, nimiumque mei secure Cupido,
Hoccine erat, quondam quod me sperare iubebas,
Amplexus mihi cùm, nocturnaque gaudia demens
Fingebam, & mecum hæc nequiquam sæpe putabam?
Sic veniet Beroe mihi; sic mecum ista loquetur;
Sic vnà longo intexemus retia filo,
Alterna lentum solantes voce laborem:
Inter & hæc illi furtim sic basia pangam.
Improbe Amor, quæ nunc rapidis ludibria ventis
Vana volant & te non nostra Cypride natum,
Balænæ aut aliqua, aut immanis semine Pistris
Nec nemore in Paphio eductum sed gurgite in illo,
Monstroso Sicula antra freto quod diuidit aruis
Ferrilis Ausoniæ, Oceano testantur: & illa
Incautis quæ tu promittis amantibus omnia,
Exagitatæ Austro suadent inscribere arenæ.
Cùm interea infelix alienæ crimina culpæ
Plector ego; & viduus rationis, cuncta fatigo
Questibus; vt si sit nostro medicina furori
Vsquæ queri, & sæuo non dent alimenta mage igni.

Quo amburor, lacrimæ, quæ, ceu de fonte perenni,
Erumpunt oculis sese. iam nota perosi
Retia, &, o quondam mea gaudia prima cicutam,
Cum calamis; quæ tunc incertum est an magè amarem
An nunc contemnam quia nil iuuere furentem?
Frustra ergo exspectant mœsti mea iubila quondam
Delphines; notæq; illidunt corpora rupi,
Nostræ admirantes insueta silentia Musæ.
Quin etiam nigro capti mihi tergore Milui,
Scombriq; & Xiphiæ, sargiq;, scarique; tragiq;
Auratis cum murænis merulæq; virentes;
Quos partim ingratæ seruauimus hactenus vrbi,
Partim. dura, tibi Beroe, moriuntur in vndis
Non sua mutatis per tempora; dum miser illa
In questu & lacrimis ducens, præbere recentes
Demoror & dulces latices miscere marinis.
Et post hæc potis es nostros contemnere amores
Crudelis, nec te morituri funere acerbo
Vlla mouet cura aut suadet miserescere Grippi?
Sed moriamur. ait; cum facta æquare parantem
Dictis, vicina siccans sua retia caute
Occupat Alcimedon. verbisq; obiurgat amicis.
Cogensq; inuitum socijs succedere tectis,
Hortatur tristes animo secludere curas.
Inuitarq; meri compescere flore dolorem;
Dum victa in placidum dimisit lumina somnum.

*Ennius.*

Primus ego Ausonia, Phœbi, de gente, sacerdos,
Punica bella cano; & Carthaginis irrita pacta:
Iuratosq; Deos frustra; seu fraude bilingui
Hoc factum est, seu sic Romæ iam fata ferebant,
Cui sola obstabat Byrse, caput vrbium, & orbis
Ne foret illa: atque hæc de Pœnis altera bella
Scripsi etiam Æacidæ, qui monstra inuisa Latinis

Intulit

Intulit in Latium princeps, ſtupefactaque vertit
Agmina. Romulex cauſa altera maxima cladis,
Ni Siculi auertant; tantus ſurgebat in arma,
Sic ſpirabat auum, qui ſolus mœnia Phœbi
Strauit humi, & verſam ſecum tulit ad Styga Troiam.
Hæc & plura, inquam, ſcripſi: ſed longa vetuſtas
Omnia conſumens, ſic me quoq; peſſima adedit;
Vt tantilla meo mihi vix de corpore reſtet
Pars; ſcateatque ipſa hæc infeſtis vndique, hietque
Vulneribus; nil eſt adeo hoc ſub Sole perenne.

*P. Virgilius Maro.*

Quod Graijs tres, vnus ego præſtare Latinis
Aggreſſus; Sicula vt permulli paſcua canna
Arua chely Aſcrea impleui; mox arma, virumque
Vatis ad exemplum cecini cui Peliasira,
Atque errans per luſtra duo ſunt carmen Vlyſſes.
Nec mihi conanti Deus abfuit: audit Homerus,
Audit & Aſcræus paſtor diuinus vterque
Vates; ſed mea laus maior, qui præferor illis.
Quo fit vt & minus indigner, ſi ruſtica ſæcli
Muſa rudis dignas dum canto conſule ſiluas,
Penè tubæ ſimili noſtræ præfertur auenæ.

*C. Silius Italicus.*

Hannibalis furias cecini, qui, fœdere rupto,
Iuratam patri Romanis mœnibus haſtam
Perfidus intorſit, triniſque ex ordine luſtris
Italiam ferro latè vaſtauit, & igni.
Sed quia rem geſtam narro mendacia vatum,
Et diuos hominum parcus miſcere maniplis:
Eſt qui me numeros omnes impleſſe poetæ
Iuratus neget: exemplar mihi carminis ipſa
Cum tamen Æneis fuerit: niſi fortè, quod aiunt,
Inuita ſtudui verſum ſufflare Minerua,

Vtrica

Vt mea ne frustra tot benefacta cadant:
Antoni cineri grauis vt sit terra sepulti
Semper & vt Stygijs vmbra fugetur aquis,
Optato, eloquij nostri de fonte perenni,
Quisquis es, arcanas qui sitis, hospes, opes.
Hoc me, cui dulci nectar manabat ab ore,
Quæque ipsas possent flectere verba feras,
Hoc me monstrum, inquam, res prodigiosa relatu,
Per mihi seruatas iudicum ab ore manus
Mactari iussit, cumulansque hoc crimine crimen,
(Infandum hac si fas voce vocare scelus)
Exultans, capitis linguam à ceruice recisi
Barbarica pungi à coniuge vidit acu:
In rostrisque dehinc spectandum ciuibus illud,
Immemor humanæ conditionis homo;
In rostris, inquam, posuit; mea maxima virtus
Ante ea quo cunctis cognita sæpe loco est:
Cùm nostro pendens stupefactum vulgus ab ore,
Aut vrbem, & totam verius Italiam,
Sæpe etiam inuitam mea dicta probare coegi,
Et quæ visa vni, velle, iubere, mihi.
Quod meminens aliquis, mea cùm forte ora videret,
Mutaque non siccis cerneret illa genis:
Nil agis, Antoni, dixit: cùm maximè ab illo,
Elinguem quem tu voce carere putas,
Nunc tua vulgantur totum scelerata per orbem
Consilia; vt si ea tu fortè latere velis;
Solis ad occasum proscribendi eius ab ortu
Sint cuncti, Ausonium quà patet imperium.
[illegible]a nimis dixit: viuis ego mortuus artes.
[illegible]mper & innumeris pectora fœta dolis
[illegible] Antoni; tu viuus mortuo eidem,
[illegible]is es, optaro sit modò terra grauis.

*Albius Tibullus.*

[illegible] nullas sordes, nitidissimus amnis,

Voluit & à limo puras vbique fluit :
Sic mea Romanas inter castissima Musas,
Vndique nativo culta decore nitet.
Ergo aliæ placeant ornatu transmare sumto
Nostra suo, & patrio si placet vna, sat est.

*Sextus Propertius.*

Pythagoræ si vera foret sententia migrent
Alsernis animæ vt post Styga corporibus,
In te Callimachum iurem transisse, Properti ;
Delitijs Graiûm sic tua Musa madet.
Felix qui Princeps diuina reperta Pelasgûm
Inferere Ausonios ausus es in numeros.
Signa alij & tabulas, atque æra Corinthia iactent
Per se prima suis visa fuisse iugis.
Te maior manet æternum laus intulit vrbi
Per quem Romanæ Graia Elegeia pedem.

*Brugæ Flandrorum.*

Quod Latio Roma est doctæ quodque Helladi Athenę,
Hoc ego sum Belgis, Belgica Bruga, meis,
Non Phœbo sedes, aut Musis notior vlla est,
Quam mea qua immoto stat prope Roia vado.
Nec minus interea merces tractare solebam,
Nostras Neptuni dum fauor auxit opes.
Sed nunc inuasit pestis me publica, solus
Belliger & nostra regnat in vrbe Deus.
Felix dum potui tantos nescire furores,
Me miseram, vt longè vita atauita mihi est !

*Dialogus.*

A. Quid tibi tunc animi, formosa Neæra, futurum est,
Cum tibi tam longè hic talis amator erit ?
N. Quod quib' attonitũ externat cor montiuagus Pan ;
Quodque Iouis tactum quis stupet igne caput.

A. Anne

A. Anne etiam interdum abſentis te cura ſubibit,
Et memori quidnam mente rogabis agat?
N. Immemor abſentis quæcumque eſt fœmina amici;
Hæc numquam vera ſciuit amare fide.
A. Inter mille metus totidemque hinc inde dolores,
Quidnam præ reliquis quo mouearis habes?
N. Ne dum alio mutat regiones ſole calentes,
Mutet & ardoris priſtina ſigna ſui.
A. Ha quid ais? noti temeras conſtantiam amoris,
Perſpectamque tibi lædis inepta fidem.
N. Quin magis indicia hæc noſtri ſunt certa caloris;
Certus amor ſemper quod vereatur habet.
A. Nodus amicitiæ quæ tanto tempore iunctus
Eſt tibi, ſecuram hic te meritò eſſe iubet.
N. Nõ pote quin metuã vſq; atq; vſq; hoc perdere q̃ iam,
Tempore tam longo non patienter amo.
A. Magni adeóne igitur ſentires tela doloris,
Mutatam ſi aliò verteret ille facem?
N. Tanti adeo quantæ mihi lætitiæ eſſe ſolebat,
Vna diu tanti quod fui amica viri.
A. Cuius bella tuum potes aſſimulare dolori,
Hoc aliquis quotiens nuntius vrget iter?
N. Eius, qui iuſti damnatus iudicis vrna
Feralem exſpectat in ſua colla manum.
A. Ergo mori ſperas, lentam de littore puppim
Soluens vela citis cum dabit ille notis?
N. Qui poſſum non momento quæſo emori eodem,
Vmbraque ſollicitum perſequi euntis iter?
A. Hẽ, quid agas etiã atq; etiã adſpice, ne tibi mors hæc
Extincto doleas quod mage amore ferat.
N. Verus amor neſcit leti contagia, verus
Ipſo etiam à fati tempore durat amor.

*Ad Iulium, Ep. Wirtzb. Fr. Orientalis Ducem, &c.*

Auſpicio feſtas anni pandente Kalendas
Illo, qui & nutu claudit aperta ſuo;

Quid tibi quid mage te dignũ precer, inclyte dux, quam
Vsque deus similem te velit esse tui?

*Ad Erasmum Neustetterum cogn. Sturmerum.*

Vt positis nitet exuuijs, meliore quot annis
Pelle, nouas vires & simul anguis habet.
Induuijs sic nostra recentibus aucta iuuentus,
Vsq; reflorescit munere, Erasme, tuo.
Munere; quod facit vt dictu (ô mirabile monstrum)
Frigore dum pereunt cætera; Vere fruar.

*Ad Ioachimum Mathanum, Gallum.*

Si Mathane mei iuris sit quidquid vbique est;
Dimidium cedat quidquid vbique, tibi.
Verùm hoc cum nõ sit; quaquà vt tua munera pensem;
Vtere me toto, & quidquid vbique meum est.

*Verbis innenusti amantis.*

Incurrunt quotiens oculis ingentia nostris,
Quæ læuo cogor ferre in amore mala.
Mortem oro, vt tantos valeam finire dolores,
Ante diem Elysium certus adire nemus,
Sed morti quotiens factus vicinior, hîc sum,
Vt mihi Lethææ iam sitiantur aquæ,
Ilicet à portu in medium redeo, irritus, æquor,
Conatus, duplo quàm fueram ante miser.
Cansam quæris? habe, mens exsoluenda labore,
Sperans secura exinde quiete frui,
Immensum exultansque effert se in gaudia, quæ me
Vita iam prohibent deficiente mori.
Et quisquam nostro post hæc æquare dolori
Audet qui sua sub Tartara damna ferunt?
Illi felices, infelicissimus ipse
Viuere, cui mors est cui noua vita mori.
Vt quæ vita affert mala mors non auferat, & sic
Dum pereo assiduè, posse perire velim.

*Ad Luciam.*

Tam viuam accendis mihi, Vita, in pectore flammam
Posse vt iam subita morte perire velim.
Nec satis in miserum hoc tibi, Lucia, conduplicando
Diuersam speciem, supplicio addis aquas.
Imas vt mihi cum pascatur flamma medullas,
Infaustæ madeant assiduo imbre genæ.
Sed frustra es, duplici si credis posse perire
Morte, mage impediet vis geminata necem.
Dum lacrimæ prestant nimio ne absumar ab igne;
Dum tutum à nimiis me facit ignis aquis.
Aut horum alterutrum tolle ergo, at, Lucia, frustra
Ius vitæ vt, mortis, poscis habere meæ.

*De effigie Luciæ sculptili.*

In docili hanc scalpsit Veneris puer æræ figuram,
Qua caperet regnis regna inimica suis.
Cui rei dum vultus illi dat matris, & omnem,
Qua dote aut Iuno, aut casta Minerua placet:
Astris dum insinuatque eius se luminis ecce
Nescius ipse suum deperit auctor opus.
Deperiisse parum est: etiam male sanus adorat,
Diuinoque Deus laminam honore colit.
Neue quid indomito atque insano desit amori,
Cordibus illi hominum & mentibus vsque facit.

*Verbis male nupta.*

Viuebam læta & secura Cupidinis olim.
Me miseram telis cum petit ille suis.
Sic quoque Principio tamen iis male credula, totæ
Quis dulce in vita, præter amare nihil:
Audebam stulte vitam sperare deorum,
Et mihi nescio quas fingere delitias.
Verum o spes fallax: vt præbens colla catenis,
Ipsa animi pereo proditione mei.

Continuo in luctu. curarum in perpetuo æstu,
Lux lacrimanda mihi nox lacrimanda venit.
Nimirum Æætæ sic quondam filia regis,
Duxit Colchiacis otia lata iocis:
Nescia curarum donec formosus Iason
Non solitis miseram cœpit habere modis.
Quem mox illa suum cupiens lenire dolorem,
Dum sperat Graio semper amore frui:
Dumque sibi spondet mera gaudia; fasque nefasque
Conculcans. pulchro qui potiatur hero;
Coniugio tandem exul inops. exacta cupito,
Non exspectato plurima ab hoste tulit.

*Verbis rectè nupta.*

Viuebam tristis, nec rei satis vtilis vlli,
Donec in hoc nullus pectore habebat Amor.
At simul ille suis tetigit mea corda sagittis;
Dispeream, si non gaudia mille tuli.
Ergo sequi tua quæ iurabam castra, Cupido,
Esse agere in scopulos, duraque saxa ratem,
Vnde olim tempestatem exspectare solebam,
Experta hic votis cuncta secunda meis:
Nunc. pro sancta Venus, quantum mutata priore,
Nocte, dieque nihil. præter amare crepo.
Nimirum Andromede nigris sic tristis in Indis
Vixit, ab extremis non patre tuta malis:
Donec amata & amans simul, aëre Persea vidit
Pendentem, & vinclis est resoluta suis.
Coniugium cuius quamuis sibi triste timeret,
Destruit exstructos dum patrui ira thoros:
Mox tamen experta melioris commoda vitæ,
Non vano coniunx, certa futura viro.
Graiasque ingrediens ingens regina per vrbes,
Connubio vidit cuncta minora suo.

Dia-

*Dialogus.*

Iam conscendenti nauim cur lingua puellæ
Non potuisti illud dicere triste vale?
Mirum ni possem sensus deperdita cunctos,
Et magis ipsa etiam mortua morte loqui.
Esto, at cum reducem dominam saluere iuberes,
Tum quoque num visa est mortua, lingua, tibi?
Stulto quid distat sapiens; an non dare vitam
Posse putas reducem, quæ necem itura potest?

*Ad Conradum Leium.*

Parce precor, tibi pauca neget si carmina, Lei,
Nostra sibi culpæ conscia Musa suæ.
Carmina qui tibi dat, non se, non te capit, vna
Dignum se carmen Leia Musa canit.

*Amans ad Cupidinem.*

Si tibi certa domus hæc, atque æterna futura est,
Perpetuumque meo pectore habere iuuat:
Quorsum, amor vsq; nouo has depasceris igne medul-
Tamquam sint ædi pars aliena tuæ? (las,
O te iam vere puerum! o vere puerum bis!
Ipse tuæ incendas qui tabulata domus.

*Idem ad eundem.*

Parce tuas violens diuûmque, hominumque Tyranne
Perdere in hoc quæso, pectore parce faces.
Ac dominæ potius, si amburere tanta cupido
Corda hominum est, flammis pectus adure tuis.
Nam quid enim? niueus si sit sinus, inde necesse est
Dura illi æterno corda rigere gelu?

*Ad Luciam.*

Quo me cepisti argutis, mea Lucia, ocellis
Tempore; ab hoc tantus me miserum ardor habet.
Illi vt iam nil accedere posse putarem,

Vllis

Quo amburor, lacrimæ, quæ, ceu de fonte perenni,
Erumpunt oculis sese. iam nota perosi
Retia, &, ô quondam mea gaudia prima cicutam,
Cum calamis; quæ tunc incertum est an magè amarem
An nunc contemnam quia nil iuuere furentem?
Frustra ergo exspectant mœsti mea iubila quondam
Delphines; notæq; illidunt corpora rupi,
Nostræ admirantes insueta silentia Musæ.
Quin etiam nigro capti mihi tergore Milui,
Scombriq; & Xiphiæ, sargiq;, scarique; tragiq;
Auratis cum murænis merulæq; virentes;
Quos partim ingratæ seruauimus hactenus vrbi,
Partim. dura, tibi Beroe, moriuntur in vndis
Non sua mutatis per tempora; dum miser illa
In questu & lacrimis ducens, præbere recentes
Demoror & dulces latices miscere marinis.
Et post hæc potis es nostros contemnere amores
Crudelis, nec te morituri funere acerbo
Vlla mouet cura aut suadet miserescere Grippi?
Sed moriamur. ait; cum facta æquare parantem
Dictis, vicina siccans sua retia caute
Occupat Alcimedon. verbisq; obiurgat amicis.
Cogensq; inuitum socijs succedere tectis,
Hortatur tristes animo secludere curas.
Inuitatq; meri compescere flore dolorem;
Dum victa in placidum dimisit lumina somnum.

*Ennius.*

Primus ego Ausonia, Phœbi, de gente, sacerdos,
Punica bella cano; & Carthaginis irrita pacta;
Juratosq; Deos frustra; seu fraude bilingui
Hoc factum est, seu sic Romæ iam fata ferebant,
Cui sola obstabat Byrse, caput vrbium, & orbis
Ne foret illa: atque hæc de Pœnis. altera bella
Scripsi etiam Æacidæ, qui monstra inuisa Latinis

Intulit

Intulit in Latium princeps, stupefactaque vertit
Agmina, Romuleæ causa altera maxima cladis,
Ni Siculi auertant; tantus surgebat in arma,
Sic spirabat auum, qui solus mœnia Phœbi
Strauit humi, & versam secum tulit ad Styga Troiam.
Hæc & plura, inquam, scripsi: sed longa vetustas
Omnia consumens, sic me quoq; pessima adedit;
Vt tantilla meo mihi vix de corpore restet
Pars; scateatque ipsa hæc infestis vndique, hietque
Vulneribus; nil est adeo hoc sub Sole perenne.

*P. Virgilius Maro.*

Quod Graijs tres, vnus ego præstare Latinis
Aggressus; Sicula vt permulti pascua canna
Arua chely Ascrea impleui; mox arma, virumque
Vatis ad exemplum cecini cui Pelias ira,
Atque errans per lustra duo sunt carmen Vlysses.
Nec mihi conanti Deus abfuit: audit Homerus,
Audit & Ascræus pastor diuinus vterque
Vates; sed mea laus maior, qui præferor illis.
Quo fit vt & minus indigner, si rustica sæcli
Musa rudis, dignas dum canto consule siluas,
Pene tubæ simili nostræ præferrur auenæ.

*C. Silius Italicus.*

Hannibalis furias cecini, qui, fœdere rupto,
Iuratam patri Romanis mœnibus hastam
Perfidus intorsit, triniſque ex ordine lustris
Italiam ferro latè vastauit, & igni.
Sed quia rem gestam narro mendacia vatum,
Et diuos hominum parcus miscere maniplis:
Est qui me numeros omnes implesse poetæ
Iuratus neget: exemplar mihi carminis ipsa
Cum tamen Æneis fuerit: nisi fortè, quod aiunt,
Inuita studui versum sufflare Minerua,

A rostris, centumq; viris Helicona mouere,
Atque Arpinatem tentans mutare Marone.

*M. Annæus Lucanus.*

Me quoque, scriptorem belli, quo Roma laborans
Mole sua, vnius concessit Cæsaris armis:
Me quoque; de numero vatum censoria virga
Subtractum historicis iungit, nomenque poëtæ
Denegat. at siue historicus, siue istud habebor:
Viuam dum historici, vatum dum carmina viuent.

*M. Tullius Cicero.*

Romani vocor eloquij, & patriæ pater, ipsa
Semper & inuidia iudice talis ero.
Gaudeat extremo ergo alius quatere oppida in orbe,
Finitimis etiam non bene nota suis.
Me flammis gladijsque iuuat, Catilina, togatum
Orbis dire tuis eripuisse caput.
Sic quoque & arma tuli tamen, & laudabar in illis,
Sæpe & res ductu non malè gesta meo est:
Sed quod cum multis ea sint communia nobis,
Vita meo cura hæc digna labore parum est.
Huc ergo incubui toto molimine; Romæ
Romano audirem vt primus in eloquio.
Et fauit cœptis Deus ac natura: nec vllus
In tanta mihi quin cederet, vrbe fuit.
Nec fini nostra hac stat gloria: postera sed quo
Deberent studijs omnia sæcla meis;
Quæcumque à Graijs hausi, rerumq; magistro,
Dum fero pro trepidis eloquij arma reis;
Vsu, posse aliqua hanc artem pro parte iuuare,
Expertus didici. qua breuitate potest,
In libros retuli: quandoque nepotibus illa
Omnibus vt possent auxilio esse locis.
Pro quibus efficijs, si qua est modo gratia nostri,

Vt mea

Vt mea ne frustra tot benefacta cadant:
Antoni cineri grauis vt sit terra sepulti
Semper & vt Stygijs vmbra fugetur aquis,
Optato, eloquij nostri de fonte perenni,
Quisquis es, arcanas qui sitis, hospes, opes.
Hoc me, cui dulci nectar manabat ab ore,
Quæque ipsas possent flectere verba feras,
Hoc me monstrum, inquam, res prodigiosa relatu,
Per mihi seruatas iudicum ab ore manus
Mactari iussit, cumulansque hoc crimine crimen,
(Infandum hac si fas voce vocare scelus)
Exultans, capitis linguam à ceruice recisi
Barbarica pungi à coniuge vidit acu:
In rostrisque dehinc spectandum ciuibus illud,
Immemor humanæ conditionis homo;
In rostris, inquam, posuit; mea maxima virtus
Ante ea quo cunctis cognita sæpe loco est:
Cùm nostro pendens stupefactum vulgus ab ore,
Aut vrbem, & totam verius Italiam,
Sæpe etiam inuitam mea dicta probare coegi,
Et quæ visa vni, velle, iubere, mihi.
Quod meminens aliquis, mea cùm forte ora videret,
Mutaque non siccis cerneret illa genis:
Nil agis, Antoni, dixit: cùm maximè ab illo,
E linguem quem tu voce carere putas,
Nunc tua vulgantur totum scelerata per orbem
Consilia; vt si ea tu fortè latere velis;
Solis ad occasum proscribendi eius ab ortu
Sint cuncti, Ausonium quà patet imperium.
Vera nimis dixit: viuis ego mortuus artes,
Semper & innumeris pectora fœta dolis
Narrabo Antoni; tu viuus mortuo eidem,
Quisquis es, optaro sit modò terra grauis.

*Albius Tibullus.*

Vt Cidnus nullas sordes, nitidissimus amnis,

Voluit & à limo puras vbique fluit :
Sic mea Romanas inter castissima Musas,
Vndique nativo culta decore nitet.
Ergo aliæ placeant ornatu transmare sumto
Nostra suo, & patrio si placet vna, sat est.

*Sextus Propertius.*

Pythagoræ si vera foret sententia migrent
Alsernis animæ vt post Stryga corporibus,
In te Callimachum iurem transisse, Properti ;
Delitijs Graiûm sic tua Musa madet.
Felix qui Princeps diuina reperta Pelasgûm
Inferere Ausonios ausus es in numeros.
Signa alij & tabulas, atque æra Corinthia iactent
Per se prima suis visa fuisse iugis.
Te maior manet æternum laus intulit vrbi
Per quem Romanæ Graia Elegeia pedem.

*Bruga Flandrorum.*

Quod Latio Roma est doctæ quodque Helladi Athenæ,
Hoc ego sum Belgis, Belgica Bruga, meis,
Non Phœbo sedes, aut Musis notior vlla est,
Quam mea qua immoto stat prope Roia vado.
Nec minus interea merces tractare solebam,
Nostras Neptuni dum fauor auxit opes.
Sed nunc inuasit pestis me publica, solus
Belliger & nostra regnat in vrbe Deus.
Felix dum potui tantos nescire furores,
Me miseram, vt longè vita atauita mihi est!

*Dialogus.*

A. Quid tibi tunc animi, formosa Nexra, futurum est,
Cùm tibi tam longè hic talis amator erit ?
N. Quod quib⁹ attonitũ externat cor montiuagus Pan ;
Quodque Iouis tactum quis stupet igne caput.

A. Anne

A. Anne etiam interdum abſentis te cura ſubibit,
Et memori quidnam mente rogabis agat?
N. Immemor abſentis quæcumque eſt fœmina amici;
Hæc numquam vera ſciuit amare fide.
A. Inter mille metus totidemque hinc inde dolores,
Quidnam præ reliquis quo mouearis habes?
N. Ne dum alio mutat regiones ſole calentes,
Mutet & ardoris priſtina ſigna ſui.
A. Ha quid ais? noti temeras conſtantiam amoris,
Perſpectamque tibi lædis inepta fidem.
N. Quin magis indicia hæc noſtri ſunt certa caloris;
Certus amor ſemper quod vereatur habet.
A. Nodus amicitiæ quæ tanto tempore iunctus
Eſt tibi, ſecuram hic te meritò eſſe iubet.
N. Nõ pote quin metuã vſq; atq; vſq; hoc perdere ꝙ iam
Tempore tam longo non patienter amo.
A. Magni adeóne igitur ſentires tela doloris,
Mutatam ſi aliò verteret ille facem?
N. Tanti adeo quantæ mihi lætitiæ eſſe ſolebat,
Vna diu tanti quod fui amica viri.
A. Cuius bella tuum potes aſſimulare dolori,
Hoc aliquis quotiens nuntius vrget iter?
N. Eius, qui iuſti damnatus iudicis vrna
Feralem exſpectat in ſua colla manum.
A. Ergo mori ſperas, lentam de littore puppim
Soluens vela citis cum dabit ille notis?
N. Qui poſſum non momento quæſo emori eodem,
Vmbraque ſollicitum perſequi euntis iter?
A. Hẽ, quid agas etiã atq; etiã adſpice, ne tibi mors hæc
Extincto doleas quod mage amore ferat.
N. Verus amor neſcit leti contagia, verus
Ipſo etiam à fati tempore durat amor.

*Ad Iulium, Ep. Wirtzb. Fr. Orientalis Ducem, &c.*

Auſpicio feſtas anni pandente Kalendas
Illo, qui & nutu claudit aperta ſuo;

Quid tibi quid mage te dignũ precer, inclyte dux, quam
Vsque deus similem te velit esse tui?

*Ad Erasmum Neustetterum cogn. Sturmerum.*

Vt positis nitet exuuijs, meliore quot annis
Pelle, nouas vires & simul anguis habet.
Induuijs sic nostra recentibus aucta iuuentus,
Vsq; refloresçit munere, Erasme, tuo.
Munere; quod facit vt dictu (ô mirabile monstrum)
Frigore dum pereunt cætera; Vere fruar.

*Ad Ioachimum Mathanum, Gallum.*

Si Mathane mei iuris sit quidquid vbique est;
Dimidium cedat quidquid vbique, tibi.
Verùm hoc cum nõ sit; quaquà vt tua munera pensem;
Vtere me toto, & quidquid vbique meum est.

*Verba inuenusti amantis.*

Incurrunt quoties oculis ingentia nostris,
Quæ læuo cogor ferre in amore mala.
Mortem oro, vt tantos valeam finire dolores,
Ante diem Elysium certus adire nemus,
Sed morti quoties factus vicinior, hîc sum,
Vt mihi Lethææ iam sitiantur aquæ,
Ilicet à portu in medium redeo, irritus, æquor,
Conatus, duplo quàm fueram ante miser.
Cansam quæris? habe, mens exsoluenda labore,
Sperans secura exinde quiete frui,
Immensum exultansque effert se in gaudia, quæ me
Vita iam prohibent deficiente mori.
Et quisquam nostro post hæc æquare dolori
Audet qui sua sub Tartara damna ferunt?
Illi felices, infelicissimus ipse
Viuere, cui mors est cui noua vita mori.
Vt quæ vita affert mala mors non auferat. & sic
Dum pereo assiduè, posse perire velim.

*Ad Lu-*

*Ad Luciam.*

Tam viuam accendis mihi, Vita, in pectore flammam
Posse vt iam subita morte perire velim.
Nec satis in miserum hoc tibi, Lucia, conduplicando
Diuersam speciem, supplicio addis aquas.
Imas vt mihi cum pascatur flamma medullas,
Infaustæ madeant assiduo imbre genæ.
Sed frustra es, duplici si credis posse perire
Morte, mage impediet vis geminata necem.
Dum lacrimæ prestant nimio ne absumar ab igne;
Dum tutum à nimiis me facit ignis aquis.
Aut horum alterutrum tolle ergo, at, Lucia, frustra
Ius vitæ vt, mortis, poscis habere meæ.

*De effigie Luciæ sculptili.*

In docili hanc scalpsit Veneris puer æræ figuram,
Qua caperet regnis regna inimica suis.
Cui rei dum vultus illi dat matris, & omnem,
Qua dote aut Iuno, aut casta Minerua placet:
Astris dum insinuatque eius se luminis ecce
Nescius ipse suum deperit auctor opus.
Deperiisse parum est: etiam male sanus adorat,
Diuinoque Deus laminam honore colit.
Neue quid indomito atque insano desit amori,
Cordibus illi hominum & mentibus vsque facit.

*Verbis male nuptæ.*

Viuebam læta & secura Cupidinis olim.
Me miseram telis cum petit ille suis.
Sic quoque Principio tamen, iis male credula, tota
Quis dulce in vita, præter amare nihil:
Audebam stulte vitam sperare deorum,
Et mihi nescio quas fingere delitias.
Verum o spes fallax: vt præbens colla catenis,
Ipsa animi pereo proditione mei,

Con-

Continuo in luctu. curarum in perpetuo æstu,
Lux lacrimanda mihi nox lacrimanda venit.
Nimirum Æætæ sic quondam filia regis,
Duxit Colchiacis otia la[illegible] iocis:
Nescia cur.arum donec formosus Iason
Non solitis miseram cœpit habere modis.
Quem mox illa suum cupiens lenire dolorem,
Dum sperat Graio semper amore f ui:
Dumque sibi spondet mera gaudia, fasque nefasque
Conculcans. pulchro qui potiatur hero;
Coniugio tandem exul inops. exacta cupito,
Non exspectato plurima ab hoste tulit.

*Verbis recte nupta.*

Viuebam tristis, nec rei satis vtilis vlli,
Donec in hoc nullus pectore habebat Amor.
At simul ille suis tetigit mea corda sagittis;
Dispeream, si non gaudia mille tuli.
Ergo sequi tua quæ iurabam castra, Cupido,
Esse agere in scopulos, duraque saxa ratem,
Vnde olim tempestatem exspectare solebam,
Experta hic votis cuncta secunda meis:
Nunc. pro sancta Venus. quantum mutata priore,
Nocte, dieque nihil. præter amare crepo.
Nimirum Andromede nigris sic tristis in Indis
Vixit, ab extremis non patre tuta malis:
Donec amata & amans simul, aëre Persea vidit
Pendentem, & vinclis est resoluta suis.
Coniugium cuius quamuis sibi triste timeret,
Destruit exstructos dum patrui ira thoros:
Mox tamen experta melioris commoda vitæ,
Non vano coniunx, certa futura viro.
Graiasque ingrediens ingens regina per vrbes,
Connubio vidit cuncta minora suo.

Dia-

*Dialogus.*

Iam conscendenti nauim cur lingua puellæ
Non potuisti illud dicere triste vale?
Mirum ni possem sensus deperdita cunctos,
Et magis ipsa etiam mortua morte loqui.
Esto, at cum reducem dominam saluere iuberes,
Tum quoque num visa est mortua, lingua, tibi?
Stulto quid dissat sapiens; an non dare vitam
Posse putas reducem, quæ necem itura potest?

*Ad Conradum Leium.*

Parce precor, tibi pauca neget si carmina, Lei,
Nostra sibi culpæ conscia Musa suæ.
Carmina qui tibi dat, non se, non te capit, vna
Dignum se carmen Leia Musa canit.

*Amans ad Cupidinem.*

Si tibi certa domus hæc, atque æterna futura est,
Perpetuumque meo pectore habere iuuat:
Quorsum, amor vsq; nouo has depascere igne medul-
Tamquam sint ædi pars aliena tuæ? (las,
O te iam vere puerum! o vere puerum bis!
Ipse tuæ incendas qui tabulata domus.

*Idem ad eundem.*

Parce tuas violens diuûmque, hominumque Tyranne
Perdere in hoc quæso, pectore parce faces.
Ac dominæ potius si amburere tanta cupido
Corda hominum est, flammis pectus adure tuis.
Nam quid enim? niueus si sit sinus, inde necesse est
Dura illi æterno corda rigere gelu?

*Ad Luciam.*

Quo me cepisti argutis, mea Lucia, ocellis
Tempore; ab hoc tantus me miserum ardor habet.
Illi vt iam nil accedere posse putarem,

Vllis

Vllis quo posset crescere temporibus.
Mox tamen, vt quot perrexit tua forma diebus
A Cypriæ forma plusculum habere deæ,
Cum cremento eius creuit meus ignis, & vsque
Augmenta in damnum sumsit, & vsque meum
Quod re. per Venerem precor, oro, atq; obsecro candē
sis formosa tibi & bella aliquando satis.
Nam si tantillum sias mage bella, fauillam
Ilicet in tenuem, atque in cineres abeo.

*Longe fugit, qui se fugit.*

Quo mihi vitigeni colles spectantur, & herbæ;
Aut Mœni vitreæ lene fluentis aquæ;
Quo fontes, siluæ, saltus, & amœna vireta?
Non faciunt nostris, illa vel illa malis.
Heu mihi! quid prodest dominam fugisse superbam,
Si dominæ huc etiam me comitatur amor?
Ille mihi media luce est dolor, ille tenebris
Vsque nouis miserum ludit imaginibus.
Sic, cui membra calor tacito depascitur igni,
Semper sunt latices somnia, semper aquæ.

*De Ronsardo.*

Quærenti dignum Ronsardi carmine carmen;
Aurem imam vellens Calliope, admonuit:
Pone stylum, & ceram Ronsardi carmine solus
Vindocinus Vates carmina digna facit.

*In effigiem Berchemii I. C.*

Quod mortale tui est, Berchemi, hoc alter Apelles
at, fateor, graphice expressit in hac tabula.
Immortale quod est verum foret alter ab illo
Spectandum dare qui posset in effigie,
Ipsa iam Inuidia sit iudice digna merendo:
Illa tenere homines, ista tenere deos.

*Ad formosam identidem speculum consulentem.*

Quid faciem, malesana, tuam defixaque & hærens
Hinc atque hinc positis suspicis in speculis?
An ne malum oblita es facinus, fonte indice quo olim
Narcissus propria tabuit effigie?

*Assimulatio.*

Hæc quotiens tueor vicina cacumina cœlo,
Æquaque Olympiacis hæc iuga Franca iugis;
In mentem totiens voti temeraria nostri,
In modicique venit vana cupido animi.
At quotiens ventos tempestatesque sonoras
Audio, & indomitos vasta per antra sonos;
Tum vero subeunt animum suspiria anhelo
Pulmone, atque imo pectore promta mihi.
Rursum si fontem video de monte perenni
Subiecta hinc, illinc, qui loca fœtet aqua;
Vndarum exemplo fio memor, & lacrimarum;
Quæ mihi de geminis semper eunt oculis.
Nec satis ad luctum tamen hæc; viduata sed arbor
Fronde sua quotiens obuia forte mihi est;
Spes subito in mentem insinuat quæ mortua sæpe;
Nescit, ne desit quod doleam vsque, mori?

*In quendam.*

Quid mirum Anna tibi si se patiatur amari?
Stratoris capitur illa & amore tui.
Carpitur, haud capitur; peccaui grammate in vno?
Non Annam seruus, seruum amat Anna tuum.
Munera tu mittis, transcribit munera seruo:
Das lacrymas, lacrymis frangitur ille datis;
Quin, ne quid pereat tibi, ne uon omnia ad illum
Perueniant, precibus iam Annam amat ille tuis.
Et miramur adhuc si ansatus inambulet?
Scit Dominæ domini se dominum esse sui.

*Ad Venerem.*

Hoccine amare vocas, fallax Amathusia, vitam
Nunc inter flamas, nunc agere inter aquas?
Intus edax fibras & cor depascitur ignis,
Ex oculis lacrimæ fluminis instar, eunt.
Hoccine amare vocas, fallax Amathusia? lege,
Qui sapiet, tali nullus amator erit,

*Amoris descriptio. ad Luciam.*

Quid sit amor quid amans, si nescis, lux mea, ab vno
Discere me, quid amans, quid sit amor potis es.
Nam quotiens furor hic duplicem quē insanio, gliscit,
Meque omni expertem consilio ire vides:
Cum fugio quæ prima putat pars sanior igni
Huic extinguendo, cum sequor id quod obest:
Denique cum nequam facio, & frugi esse laboro,
Tum vere facio hoc, lux, quod amare vocant.

*Ad eandem.*

Defungi ante diem, & nullam sperare salutem,
Hæc mihi sola salus, lux, in amore tuo est.

*Daphnis in laurum.*

Quid mirare, puella dei si spreuerit ignes
Daphne, qui Eoo portat ab axe diem?
En, nunc facta arbor, veterisque oblita figuræ,
Sic quoque magni audet temnere tela Iouis.

*Ad Ianum Lernutium.*

Quidnam Iane, rei dicam esse hoc, portinus vt te
Conspicio, insolitus quod quatit ossa tremor?
Esse quid hoc animi quod mens lymphatur, vt illis,
Pectora queis Phœbi plena furore calent?
Anne sacro vati tibi quod vult ferre salutem,
Seque tuo quanta est insinuare animo?

An

An quod, vt est stulte temeraria se quoque laudis
In partem sperat posse venire tuæ?
Certe siue hæ sunt, siue est causa altera; scriptum
De modio in memori hoc pectore semper habe:
Ante feras medio victuras æquore; siluas
Ante habituras squammigerûm pecudes;
Quam tua de nostris emigret cura medullis;
Siue ero quod cupio; siue ero quod vereor.

*Consilium ante rem.*

E terra explorat sapiens quid luna minetur,
Quid iubeat ue oriens mane timere dies.
Postquam altum tenuere rates, sero illa videntur:
Aduertisque etiam est ire necesse notis.

*Rosa.*

Floribus omnipotens si rex imponere regem,
Suaui qui reliquis præsit odore, velit.
Non illis violam non suaue rubentem hyacinthum;
Pæstanam iubeat sed dominam esse rosam.
Veris honor plantarum oculus, prati decus, almæ
Terræ ornamentum præcipuum vna rosa est.
Hæc dulcem Venerem, faciles hæc spirat Amores:
Apta hominem, apta ipsos conciliare deos.

*Matrimonium.*

Pulcra quidem fateor res est, hinc inde duorum
Nexu animi vinctum cernere coniugium:
Pulcra tamen res hæc tot fert incommoda secum,
Coniugio vt pulchrum nil minus esse putem.

*Cereri, Baccho, Pali.*

Te fœcunda Ceres spicis; te Bacche racemis;
Te placida hoc niueo munere lacte Pales.
Pro quibus officiis vt rumpant horrea messes
Illa det, hæc pecori consulat, iste mero.

*Venatrix mulier facta.*

Ferre coacta iugum, Latona, o nata, maritum,
Et tibi promissæ damna pudicitiæ;
Hoc arcum infelix, pharetramque in stipite, honori
Cum lacrimis sacro. & dedico, Diuo, tuo.
Teque precor, si me haud nescis discere siluis
Inuitam; hoc reddas pro pietate mea:
Quam venatrici fautrix Diana fuisti;
Tam Lucina adsis dextra vocata mihi.

*Icari sepulchrum.*

Icarus hic situs est. pulchro temerarius ausu
Lucifero dum vult cominus ire deo.
Remigio alarum hic cecidit miseabile corpus
Defectum; æthereas mens habet alta domos.
Mens habitat cœlo; generosaque pectora eadem
Plurima, vel simili morte perire velint.
Nam quid casu eius præclarius? astra petiuit;
Astra tenet; spolium corporis æquor habet.
O posita in digno felix audacia cœpto!
Non poteras alia clarior esse via.
O damnum lucro quouis præstantius! o mors,
Qui sapiat votis cuique petenda suis!
Non iussis potuit patriis moderantius vti;
Nec sectata suum est mens generosa ducem:
Sed magna affectans, magnis tamen excidit ausis;
Annorum & victor sic quoque victus erit.
Nobilius quidquam hoc certamine & esse putemus,
In quo victoris victus ad instar ouat?

*Ad seipsum.*

Quid tibi vis anime, aut quænam te cura fatigat,
Et vetat opata sæpe quiete frui?
Quæ tibi parua nimis, vel quæ sat magna videntur
Horum, præberi quæ sibi vulgus amat?

Ob quæ bella gerunt, ob quæ discordibus armis
Cernant, & stant hinc filius, inde pater?
An tibi fors Gygę placet annulus, & fieri optas
Rex, sed corrupto regis inante toro?
An Midæ ad exemplum vis induroscere tactu
Cuncta tuo, & sumtas ore rigere dapes,
Apposito vt pereas diues miserabilis auro,
Et voti pœnas perpetiare tui?
Vis gemmis splendere Indis, rutilare beryllis,
Aure caua & magna deterere vrbis opes?
Vis tibi centenis tellus scindatur aratris,
Plenaque quam multis horrea habere locis?
Balantum vis mille greges, armentaque mille,
Pascuaque irriguis quæ secet amnis aquis?
Vis vanos tribuit quos mobile vulgus honores,
In plausum vt resonent rauca theatra tuum,
Vt caput excelsus nunc inter sidera condas,
Contemtus vilem nunc tuearis humum
Connubium felix, fœcundi pignora lecti
Plurima vis, reddant quæ patris ora suo;
Sollicitudinibus carpere vt pluribus, omnia
Infelix illis dum quoque tuta times?
Eloquio notus fieri super æthera poscis,
Dum fers pro trepidis arma diserta reis?
Figere vis pretio, pretioque refigere leges,
Pendeat à nutu vt iusque forumque tuo?
Sub galea Martem spirans, vis Induperator
De cæso hostili figere opima duce?
Pulvere Olympiaco vis sordidus arte quadrigas
Sic regere admissis vt caueatur equis
Meta; coronata & celebreris vertice victor,
Teque omnes digito prætereunte notent?
Vis statuas poni tibi: saxea vis monumenta?
Vis miracula leuis qualia Memphis, amat?
Omnia vis, inquam, hęc; aut ex his omnibus vnum

Quidlibet; optatis vt potiare tuis?
Ha bene, per diuos, anime, his non tangeris; vmbræ
Vanæ quæ veluti, & somnia vana volant.
Instar quæ sonitus, vestigia nulla relinquunt,
Quem facit è neruis missa sagitta suis.
Aut tragor hic veluti plandentis turba coronæ,
Concurrens lævæ & quem facit acta soror.
Recte, inquam, hæc spernis. quis enim sapiente, bonoq;
Vmquam digna satis tam bona fluxa putet?
Crede mihi; non sunt, non sunt bona; craſtina quæ lux
Eripere, atque alio transdere iniqua potest.
Non sunt hæc, inquam bona; quæ iuxta improbus, ac si
Sit probus, à capta lumine Forte capit.
Quæ nos destituunt, nec concomitantur euntes,
Vnde retro huc nulla posse redire via est.
Ergo nec accipies etiam à me hæc talia; quamuis
Arbitrij fiant, meas, ea cuncta mei.
Verum hoc quod potius velle, atque optare videris,
Iungêre angelicis angelus ipsa choris.
Me meam digitis citharam pulsante, volucris
Astra super, cœli & templa ferêre tui.
Hospitiumque illic nobis præmissa, parabis;
Quo tecum æterna, à morte, quiete fruar.
Tu quoque dic mihi nũc, Caro, quid miserabilis optas,
Ne viua, ante diem, deficiare tua?
Vis mensam Assyrio fragrantem semper amomo,
Semper & in multa dulcia vina rosa?
Vis madida vnguentis caput, & vis tempora sertis
Cincta, Aganippæam voce animare chelyn,
Aut inter molles iuuenes, muliebre crepantes
Nescio quid, turpes turpis inire modos,
Et cantatrices saltatricesque puellas
Nudatas inter, ducere nuda choros?
Vis, qui pruritu faciant rumpare, Cynædos,
Quæque alia ad vinum iungere luxus amat?

Vis

Vis hæc à nobis, inquam, Caro; uempe dabuntur.
Sed dono huic laquens non alienus erit.
Scilicet, hoſpitibus deberi hæc munera auaris;
Votorum immodici & qui nocitura petunt.
Saxea te rupes humani ignara laboris,
Aut contignatum, neſcium at artis opus
Defendet contra ſolem, pluuiaſque geluque,
Quæque alia irato ſub Ioue habenda forent.
Veſtis, ſemideûm tibi erit de more, Cameli
Villi; vel rabido pellis ademta lupo.
Tergora ſeu capræ, veterum geſtamina auorum;
Aurea dum terras ſæcla habuere rudes.
Herba torum laſſo præbebit quælibet, vmbra
Siue vbi lata almam fagus opacat humum;
Tempore ſeu verno in veſtiri gramine campi,
Multa cicada hiemis neſcio vbi ore canit.
Victus erit ſimplex; & menſa ignara cruoris
Non eſt iudicium deteritura tuum.
Strata ſed in molli vicinum gramine ad amnem,
Vmbram ſilua ſuis denſat vbi alta comis:
Vilia præbebit; ſed neſcia fercla veneni;
Qualia pellitos fama aluiſſe patres.
Cœpe & trita diu manualibus hordea ſaxis;
Alliaque; in propero toſtaque rapa foco.
Pocula præteriens leni dabit agmine flumen;
Aut lac; ſi niuei copia lactis erit.
Delitiari vltra tendis nocituraque captas,
Et male multo vis ebriola ire mero?
Largitorem alium tibi quære; domeſticus hoſtis
Non placet; vt ſerpens, qui, ſtupefacta gelu,
In tepido recreata ſinu, ſeruantia carpit
Membra receptus, me in pectoris ima necet.
Ædes viſne tibi ornatas laquearibus aureis,
Quodque aurum artifici emblemate vincat opus?
Vis variam, & multo ſquallentem murice veſtem,

Continuo in luctu, curarum in perpetuo æstu,
Lux lacrimanda mihi nox lacrimanda venit.
Nimirum Æætæ sic quondam filia regis,
Duxit Colchiacis otia lata iocis:
Nescia curarum donec formosus Iason
Non solitis miseram cœpit habere modis.
Quem mox illa suum cupiens lenire dolorem,
Dum sperat Graio semper amore frui:
Dumque sibi spondet mera gaudia; fasque nefasque
Conculcans, pulchro qui potiatur hero;
Coniugio tandem exul inops, exacta cupito,
Non exspectato plurima ab hoste tulit.

*Verbis rectè emptæ.*

Viuebam tristis, nec rei satis vtilis vlli,
Donec in hoc nullus pectore habebat Amor.
At simul ille suis tetigit mea corda sagittis;
Dispeream, si non gaudia mille tuli.
Ergo sequi tua quæ iurabam castra, Cupido,
Esse agere in scopulos, duraque saxa ratem,
Vnde olim tempestatem exspectare solebam,
Experta hîc votis cuncta secunda meis:
Nunc, pro sancta Venus, quantum mutata priore,
Nocte, dieque nihil præter amare crepo.
Nimirum Andromede nigris sic tristis in Indis
Vixit, ab extremis non patre tuta malis:
Donec amata & amans simul, aëre Persea vidit
Pendentem, & vinclis est resoluta suis.
Coniugium cuius quamuis sibi triste timeret,
Destruit exstructos dum patrui ira thoros:
Mox tamen experta melioris commoda vitæ,
Non vano coniunx, certa futura viro.
Graiasque ingrediens ingens regina per vrbes,
Connubio vidit cuncta minora suo.

Dia-

*Dialogus.*

Iam conscendenti nauim cur lingua puellæ
Non potuisti illud dicere triste vale?
Mirum ni possem sensus deperdita cunctos,
Et magis ipsa etiam mortua morte loqui.
Esto at cum reducem dominam saluere iuberes,
Tum quoque num visa est mortua, lingua, tibi?
Stulto quid distat sapiens; an non dare vitam
Posse putas reducem, quæ necem itura potest?

*Ad Conradum Leium.*

Parce precor, tibi pauca neget si carmina, Lei,
Nostra sibi culpæ conscia Musa suæ.
Carmina qui tibi dat, non se, non te capit, vna
Dignum se carmen Leia Musa canit.

*Amans ad Cupidinem.*

Si tibi certa domus hæc, atque æterna futura est,
Perpetuumque meo pectore habere iuuat:
Quorsum, amor vsq; nouo has depasceris igne medul-
Tamquam sint ædi pars aliena tuæ? (las,
O te iam vere puerum! o vere puerum bis!
Ipse tuæ incendas qui tabulata domus.

*Idem ad eundem.*

Parce tuas violens diuûmque, hominumque Tyranne
Perdere in hoc quæso, pectore parce faces.
Ac dominæ potius, si amburere tanta cupido
Corda hominum est, flammis pectus adure tuis.
Nam quid enim niueus si sit sinus, inde necesse est
Dura illi æterno corda rigere gelu?

*Ad Luciam.*

Quo me cepisti argutis, mea Lucia, ocellis
Tempore; ab hoc tantus me miserum ardor habet.
Illi vt iam nil accedere posse putarem,

Vllis

Vllis quo posset crescere temporibus.
Mox tamen, vt quot perrexit tua forma diebus
A Cypriæ forma plusculum habere deæ,
Cum cremento eius creuit meus ignis, & vsque
Augmenta in damnum sumsit, & vsque meum
Quod te per Venerem precor, oro, atq; obsecro cande
sis formosa tibi & bella aliquando satis.
Nam si tantillum sias mage bella, fauillam
Ilicet in tenuem, atque in cineres abeo.

*Longe fugit, qui se fugit.*

Quo mihi vitigeni colles spectantur, & herbæ,
Aut Mœni vitreæ lene fluentis aquæ;
Quo fontes, siluæ, saltus, & amœna vireta?
Non faciunt nostris, illa vel illa malis.
Heu mihi! quid prodest dominam fugisse superbam,
Si dominæ huc etiam me comitatur amor?
Ille mihi media luce est dolor, ille tenebris
Vsque nouis miserum ludit imaginibus.
Sic, cui membra calor tacito depascitur igni,
Semper sunt latices somnia, semper aquæ.

*De Rensardo.*

Quærenti dignum Ronsardi carmine carmen,
Aurem imam vellens Calliope, admonuit:
Pone stylum, & ceram Ronsardi carmine solus
Vindocinus vates carmina digna facit.

*In effigiem Berchemii I. C.*

Quod mortale tui est, Berchemi, hoc alter Apelles
at, fateor, graphice expressit in hac tabula.
Immortale quod est verum foret alter ab illo
Spectandum dare qui posset in effigie,
Ipsa iam inuidia sit iudice digna merendo:
Illa tenere homines, ista tenere deos.

Ad

*Ad formosam idem speculum consulentem.*

Quid faciem, malesana, tuam defixaque & hærens
Hinc atque hinc positis suspicis in speculis?
An ne malum oblita es facinus, fonte indice quo olim
Narcissus propria tabuit effigie?

*Assimulatio.*

Hæc quotiens tueor vicina cacumina cœlo,
Æquaque Olympiacis hæc iuga Franca iugis;
In mentem totiens voti temeraria nostri,
In modicique venit vana cupido animi.
At quotiens ventos tempestatesque sonoras
Audio, & indomitos valla per antra sonos;
Tum vero subeunt animum suspiria anhelo
Pulmone, atque imo pectore promta mihi.
Rursum si fontem video, de monte perenni
Subiecta hinc, illinc, qui loca fœtet aqua;
Vndarum exemplo fio memor, & lacrimarum;
Quæ mihi de geminis semper eunt oculis.
Nec satis ad luctum tamen hæc; viduata sed arbor
Fronde sua quotiens obuia forte mihi est;
Spes subito in mentem insinuat quæ mortua sæpe,
Nescit, ne desit quod doleam vsque, mori.

*In quendam.*

Quid mirum Anna tibi si se patiatur amari?
Stratoris capitur illa & amore tui.
Carpitur, haud capitur; peccaui gramate in vno:
Non Annam seruus, serui amat Anna tuum.
Munera tu mittis, transcribit munera seruo:
Das lacrymas, lacrymis frangitur ille datis;
Quin, ne quid pereat tibi, ne uon omnia ad illum
Perueniant, precibus iam Annam amat ille tuis.
Et miramur adhuc si ansatus inambulet?
Scit Dominæ domini se dominum esse sui.

*Ad Venerem.*

Hoccine amare vocas, fallax Amathusia, vitam
Nunc inter flamas, nunc agere inter aquas?
Intus edax fibras & cor depascitur ignis,
Ex oculis lacrimæ, fluminis instar, eunt.
Hoccine amare vocas, fallax Amathusia? lege,
Qui sapiet, tali nullus amator erit.

*Amoris descriptio. ad Luciam.*

Quid sit amor, quid amans, si nescis, lux mea, ab vno
Discere me, quid amans, quid sit amor potis es.
Nam quotiens furor hic duplicem quē insanio, gliscit;
Meque omni expertem consilio ire vides:
Cum fugio, quæ prima putat pars sanior igni
Huic extinguendo, cum sequor id quod obest:
Denique cum nequam facio, & frugi esse laboro,
Tum vere facio hoc, lux, quod amare vocant.

*Ad eandem.*

Defungi ante diem, & nullam sperare salutem,
Hæc mihi sola salus, lux, in amore tuo est.

*Daphnis in laurum.*

Quid mirare, puella dei si spreuerit ignes
Daphne, qui Eoo portat ab axe diem?
En, nunc facta arbor, veterisque oblita figuræ,
Sic quoque magni audet temnere tela Iouis.

*Ad Ianum Lernutium.*

Quidnam Iane, rei dicam esse hoc, portinus vt te
Conspicio, insolitus quod quatit ossa tremor?
Esse quid hoc animi quod mens lymphatur, vt illis,
Pectora queis Phœbi plena furore calent?
Anne sacro vati tibi quod vult ferre salutem,
Seque tuo quanta est insinuare animo?

An

An quod, vt est stulte temeraria se quoque laudis
In partem sperat posse venire tuæ?
Certe siue hæ sunt, siue est causa altera; scriptum
De modio in memori hoc pectore semper habe:
Ante feras medio victuras æquore; siluas
Ante habituras squamnigerûm pecudes;
Quam tua de nostris emigret cura medullis;
Siue ero quod cupio; siue ero quod vereor.

*Consilium ante rem.*

E terra explorat sapiens quid luna minetur,
Quid iubeatue oriens mane timere dies.
Postquam altum tenuere rates, sero illa videntur:
Aduersúsque etiam est ire necesse notis.

*Rosa.*

Floribus omnipotens si rex imponere regem,
Suaui qui reliquis præsit odore, velit.
Non illis violam non suaue rubentem hyacinthum;
Pæstanam iubeat sed dominam esse rosam.
Veris honor plantarum oculus, prati decus, almæ
Terræ ornamentum præcipuum vna rosa est.
Hæc dulcem Venerem, faciles hæc spirat Amores:
Apta hominem, apta ipsos conciliare deos.

*Matrimonium.*

Pulcra quidem fateor res est, hinc inde duorum
Nexu animi vinctum cernere coniugium:
Pulcra tamen res hæc tot fert incommoda secum,
Coniugio vt pulchrum nil minus esse putem.

*Cereri, Baccho, Pali.*

Te fœcunda Ceres spicis; te Bacche racemis;
Te placida hoc niueo munere lacte Pales.
Pro quibus officiis vt rumpant horrea messes
Illa det, hæc pecori consulat, iste mero.

*Venatrix mulier facta.*

Ferre coacta iugum, Latona, o nata, maritum,
Et tibi promissæ damna pudicitiæ;
Hoc arcum infelix, pharetramque in stipite, honori
Cum lacrimis sacro. & dedico. Diuo, tuo.
Teque precor, si me haud nescis discere siluis
Inuitam; hoc reddas pro pietate mea:
Quam venatrici fautrix Diana fuisti;
Tam Lucina adsis dextra vocata mihi.

*Icari sepulchrum.*

Icarus hic situs est pulchro temerarius ausu
Lucifero dum vult cominus ire deo.
Remigio alarum hic cecidit miseabile corpus
Defectum; æthereas mens habet alta domos.
Mens habitat cœlo; generosaque pectora eadem
Plurima, vel simili morte perire velint.
Nam quid casu eius præclarius? astra petiuit;
Astra tenet; spolium corporis æquor habet.
O posita in digno felix audacia cœpto!
Non poteras alia clarior esse via.
O damnum lucro quouis præstantius! o mors,
Qui sapiat votis cuique petenda suis!
Non iussis potuit patriis moderantius vti;
Nec sectata suum est mens generosa ducem:
Sed magna affectans, magnis tamen excidit ausis;
Annorum & victor sic quoque victus erit.
Nobilius quidquam hoc certamine & esse putemus,
In quo victoris victus ad instar ouat?

*Ad seipsum.*

Quid tibi vis anime, aut quænam te cura fatigat,
Et vetat opata sæpe quiete frui?
Quæ tibi parua nimis, vel quæ sat magna videntur
Horum, præberi quæ sibi vulgus amat?

Ob quæ bella gerunt, ob quæ discordibus armis
Cernant, & stant hinc filius, inde pater?
An tibi fors Gygę placet annulus, & fieri optas
Rex, sed corrupto regis inante toro?
An Midæ ad exemplum vis induroscere tactu
Cuncta tuo, & sumtas ore rigere dapes,
Apposito vt pereas diues miserabilis auro,
Et voti pœnas perpetiare tui?
Vis gemmis splendere Indis, rutilare beryllis,
Aure caua & magna deterere vrbis opes?
Vis tibi centenis tellus scindatur aratris,
Plenaque quam multis horrea habere locis?
Balantum vis mille greges, armentaque mille,
Pascuaque irriguis quæ secet amnis aquis?
Vis vanos tribuit quos mobile vulgus honores,
In plausum vt resonent rauca theatra tuum,
Vt caput excelsus nunc inter sidera condas,
Contemtus vilem nunc tuearis humum
Connubium felix, fœcundi pignora lecti
Plurima vis, reddant quæ patris ora suo;
Sollicitudinibus carpere vt pluribus, omnia
Infelix illis dum quoque tuta times?
Eloquio notus fieri super æthera poscis,
Dum fers pro trepidis arma diserta reis?
Figere vis pretio, pretioque refigere leges,
Pendeat à nutu vt iusque forumque tuo?
Sub galea Martem spirans, vis Induperator
De cæso hostili figere opima duce?
Pulvere Olympiaco vis sordidus arte quadrigas
Sic regere, admissis vt caueatur equis
Meta; coronata & celebreris vertice victor,
Teque omnes digito prætereunte notent?
Vis statuas poni tibi? saxea vis monumenta?
Vis miracula leuis qualia Memphis, amat?
Omnia vis, inquam, hęc; aut ex his omnibus vnum

Quidlibet; optatis vt potiare tuis?
Ha bene, per diuos, anime, his non tangeris; vmbræ
Vanæ quæ veluti & somnia vana volant.
Instar quæ sonitus, vestigia nulla relinquunt,
Quem facit è neruis missa sagitta suis.
Aut fragor hic veluti plandentis turba coronæ,
Concurrens læuæ & quem facit acta soror.
Recte, inquam, hæc spernis. quis enim sapiente, bonoq;
Vmquam digna satis tam bona fluxa putet?
Crede mihi; non sunt, non sunt bona; crastina quæ lux
Eripere, atque alio transdere iniqua potest.
Non sunt hæc, inquam bona; quæ iuxta improbus, ac si
Sit probus à capta lumine Forte capit.
Quæ nos destituunt, nec concomitantur euntes,
Vnde retro huc nulla posse redire via est.
Ergo nec accipies etiam à me hæc talia; quamuis
Arbitrij fiant, meas, ea cuncta mei.
Verum hoc quod potius velle, atque optare videris,
Iungêre angelicis angelus ipsa choris.
Me meam digitis citharam pulsante, volucris
Astra super cœli & templa ferêre tui.
Hospitiumque illic nobis præmissa, parabis;
Quo tecum æterna, à morte, quiete fruar.
Tu quoque dic mihi nũc, Caro, quid miserabilis optas,
Ne vita, ante diem, deficiare tua?
Vis mensam Assyrio fragrantem semper amomo,
Semper & in multa dulcia vina rosa?
Vis madida vnguentis caput, & vis tempora sertis
Cincta, aganippæam voce animare chelyn,
Aut inter molles iuuenes, muliebre crepantes
Nescio quid, turpes turpis inire modos,
Et cantatrices saltatricesque puellas
Nudatas inter, ducere nuda choros?
Vis qui pruritu faciant rumpare, Cynædos,
Quæque alia ad vinum iungere luxus amat?

Vis

Vis hæc à nobis, inquam, Caro; uempe dabuntur.
Sed dono huic laquens non alienus erit.
Scilicet, hoſpitibus deberi hæc munera auaris;
Votorum immodici & qui nocitura petunt.
Saxea te rupes humani ignara laboris,
Aut contignatum, neſcium at artis opus
Defendet contra ſolem, pluuiaſque geluque,
Quæque alia irato ſub Ioue habenda forent.
Veſtis, ſemideûm tibi erit de more, Cameli
Villi; vel rabido pellis ademta lupo.
Tergora ſeu capræ, veterum geſtamina auorum;
Aurea dum terras ſæcla habuere rudes.
Herba torum laſſo præbebit quælibet, vmbra
Siue vbi lata almam fagus opacat humum;
Tempore ſeu verno in veſtiri gramine campi,
Multa cicada hiemis neſcio vbi ore canit.
Victus erit ſimplex; & menſa ignara cruoris
Non eſt iudicium deteritura tuum.
Strata ſed in molli vicinum gramine ad amnem,
Vmbram ſilua ſuis denſat vbi alta comis:
Vilia præbebit; ſed neſcia fercla veneni;
Qualia pellitos fama aluiſſe patres.
Cœpe & trita diu manualibus hordea ſaxis;
Alliaque; in propero toſtaque rapa foco.
Pocula præteriens leni dabit agmine flumen;
Aut lac; ſi niuei copia lactis erit.
Delitiari vltra tendis nocituraque captas,
Et male multo vis ebriola ire mero?
Largitorem alium tibi quære; domeſticus hoſtis
Non placet; vt ſerpens qui, ſtupefacta gelu,
In tepido recreata ſinu, ſeruantia carpit
Membra receptus, me in pectoris ima necet.
Ædes viſne tibi ornatas laquearibus aureis,
Quodque aurum artifici emblemate vincat opus?
Vis variam & multo ſquallentem murice veſtem,

Qualem operosa olim dat Phrygionis acus?
Vis frustra. nil tale tibi præbebimus vnquam:
Nec tu, si sapias, hæc Caro. dona petas.
Nam quid agis, malesana, nisi vt maturius Orcum
Visas, Tartareo victima digna Deo?
Na misera exemplo hoc lichni circumuolat, in quo
Stultitia pereat papilio, igne, sua.

*In Symbolum Er. Neustetteri, Amat Ardua virtus.*

Sidera vt ipsa citis plangit Iouis armiger alis;
Lucifero gaudens cominus ire deo:
Sic pertæsa soli, cœli petit ardua virtus;
Alta suo demum digna labore putans.
Virtus, cuius amor cum quantum hydropico in vndis
Plus potæ mediis plus sitiuntur aquæ,
Tantum, Neustettere, tibi cultissime in horas
Crescat; & in leges te trahat vsque suas:
Dix quid mirum est Virtutis gloria merces
Te quoque laude noua si super astra vehit?
Scilicet, inuito licet vt tibi corporis vmbra,
Sic magnis gaudet laus comes ire viris.

*De Hub. Goltzio: liber eius loquitur.*

Quod dederit tibi iure *Hubertas aurea* nomen,
Testes sunt alii; sum tibi testis ego.
Verum pro Vbertate tua tibi pauca reponi,
Testes sunt alii, testis es ipse tibi.

# FRANCISCI MONCÆII FRIDEVALLIANI ATREBATII Heden, siue Paradisus.

*Ad virum illustrem Michaëlem Ennium Betencurianum.*

ET vacat, inque leues iuuat ora resoluere cantus;
Et locus, & Zephyri cantibus aura fauet:
Et noua vere nouo cupida mens expetit aure
Ennius, ad liquidas carmina fusus aquas,
Inter olor niueos non dedignatus olores
Candidus, herboso discubuisse thoro.
Hisdinum mea Musa, Hisdiniaque arua canamus:
Haud alia est numeris dignior ora tuis.
Nulla beata magis, nec tute libentius in qua
Degere, posthabito nunc Helicone, velis.
Quidni? tota parem cui nullam Græcia, nullam
Clara tot illa habeat laudibus Italia:
Nec vero gelidis vel Tyburamabile riuis,
Vel calidis Baïas nobile littus aquis,
Aut nemora Oebalii, formosaque prata Galesi
Ausonis Hisdino præferat ora meo.
Scimus, Apollineam quanta vetus efferat Hellas
Laude Rhodum, nec erat digna minore Rhodos,
Atque pari cum laude Rhodi certantia laudi
Grata Corymbifero Lesbia rura Deo.
Iudice clara Rhodos sed Apolline, iudice Bacchо
Cesserit Hisdino Lesbos & ipsa meo.
Nec tua, doctarum decus Enni insigne sororum,
Enna, quod Hisdini laudibus æquet, habet:
Quamuis Sicaniam (tot abundat frugibus) Ennam
Inferiore loco fertur habere Ceres.

Hæc nullis adeo tellus concesserit oris;
Certet nobilium seu mihi laude virûm,
Seu forma genioue loci, siue aëris alma
Temperie, aut culti fertilitate soli.
Hanc quoque, prima rudis quum pinseret ordia terræ
Maximus ille noui conditor orbis Amor,
Effictam potiore luto Cerealibus omnes
Ante alias aptam frugibus esse dedit;
Afflauitque aura meliore, salubris vtaër
Vtque salubris eam vena rigaret aquæ.
Tum formâ dedit esse. sui dulcedine summos
Quæ potuit cœlo diripuisse Deos.
Diuiso in varios mundi primum orbe colonos,
Auricolor superis cesserat æthra Deis,
Alma homini tellus concessa. volucribus aër,
Squammiferis refluum piscibus æquor erat:
Despiciens terras ab summo Cœlus Olympo,
(Prima ætate Deûm gloria Cœlus erat)
Despiciens terras. qua parte beatus amœni
Dulcibus Hisdini messibus halat ager,
Sors, ait. ô Superi, si quos iuuat ista. relinquo,
Viuite; sors hominum me capit illa magis.
Tellurem ex illo sibi iam despondet amicam,
Desponsamque procus deperit. ambit, amat.
Sedibus huc superis tandem descendit. & vnà
(Qua pompa illustrem fas fuit ire Deum)
Secum vnà ir gentem Diuûm Paana canentum
Æthereа thyasum sponsus ab arce trahit.
Quæ porrò immensi species. quæ gratia mundi,
Coniugis in thalamos quum Deus iret amans?
Soluitur in dulces refiatus gaudia risus
Hinc pater Oceanus, signifer inde polus.
Irradiat nutrans crebris aër hiacynthis:
Mollior exceptos irrigat aura Deos.
Denique luxurians prima Natura iuuenta

Flore

Flore venusta nouo, lætitiaque micat.
Ipsa triumphali effulgens Hisdinia virgo
Syrmate, vernantes prodit amicta sinus,
Stellantique sit æqua Deo: tot protinus astris,
Tot gemmis, tot enim floribus aucta nitet.
At pater ingenti Nympham complexus amore
Rore medullifluo Cœlus & imbre fouet:
Quo grauis amplexu primo Nurus omine felix
Concipit, & tanti semine fœta Dei,
Magnanimos parit Heroas, genus vnde virorum
Quos ea nunc etiam Dis alit ora pares.
Nobilitas alio nec enim fœcundior orbe est,
Nec plaga Principibus tam scatet vlla viris.
Hinc genus, hinc gentilitium nomenque decusque
Mille iuuat proceres ducere, mille equites.
Quos equites? nec enim mediocri stemmate tantum,
Quod genus his superat copia magna locis,
Ordinis hos at summi Equites, at torque decoros,
Siue Philippe tuo, seu Lodoice tuo.
Regis enim multos Franci conchilia, multos
Rarus Iasonii velleris ornat honos.
Has tua te si quando feret via: si quis in oras
Lustrandi cupidum limitis huius amor:
Qua geminas placido gentes Altya salutans
Murmure, iam magno proximus Oceano,
Arua solet Francis abiungere Belgica terris,
(Fixus enim amborum terminus errat agris)
Quum celebres passim magno cognomine vicos,
Præter & admisso prisca tot ibis equo
Nunc summis sita, nunc imis prætoria cliuis,
Summaque nunc mediis inter & ima iugis:
Singula quam priscæ celebrentur originis olim
Quos habuisse ferant quos habeant Dominos,
Tum quibus ornatos insignibus, & quibus armis,
De media pigeat ne rogitasse via;

Siue senex parochus vicino occurret ab agro,
Cultior in promptu siue colonus erit:
Accipies dominata Heroibus omnia, quorum
Se cœlo à priscis gloria tollit Anis.
Quæ si cuncta velim memorare, sat vna volenti
Non mihi lingua, dies non foret vna satis.
Et patriâ hæc melius edisseret incola linguâ,
Sint quippe Ausonio dura futura sono.
Olim etiam seclis virtute calentibus alma
Præcipuè immensi relligione Dei,
Turcica cum Reges certatim in bella coirent,
Sanctaque cum populis nomen in arma darent,
Haud alia tot gente nouus conscripsit Iason
Ad noua delectos vellera semideos,
Alter adhuc quos Typhis, & altera duceret Argo
Trans maria, in populos Colchice Phasi tuos.
Nunc Thracen atque arua tamen Bithyna tenentes.
Antiquæ hoc equidem nobile laudis iter,
Quanquam illis tanti incepti, tam comparis ausus,
Portitor haud aries causa, sed agnus erat.
Purpureis proceres trabeis, & torquibus ibant,
Iustitia insignes, & pietate magis;
Denique si quidquam (nec enim meminive, vel armis
Fas totinire parem talibus Iliadem)
Si bene quidquam olim, si gestum fortiter, ingens
Parta sit vnde meis gloria Principibus,
Omnibus vsque locis nostræ celeberrima bellis
Omnibus, Heroum gloria gentis erat.
Vt bene nunc adeo totum hæc præstante per orbem
Indole nobilium clareat ora virûm.
Magna quidem laus illa, sed illâ gloria maior
Laude tamen nostræ semper habenda plagæ est:
(Incertum magis ingeniis tribuenda virorum,
An genio placidi deliciisve loci)
Sola quod ante omnes Domini consuerit amorem,

Hospi-

Hospitiumque frequens promeruisse sui.
Ordinis ille adeo tanti nouus auctor Iason,
Quo duce pax belgis Pompiliana fuit.
(Nam mea quempotius laudarent carmina? mitem
Gentibus ille suis præbuit vsque patrem)
Diuerso quanquam prognatus in orbe, tot arces,
Deliciis aptos & tot haberet agros,
Gentis amabilibus se cedere nullius agris
Ille tamen, nulla maluit arce frui.
Quum procerum medius quos hæc ab origine tellus
Indigetes dulci sustulit alma sinu,
Acer apros venator, aues haud segnior auceps,
Has canibus, forti has persequeretur aue,
Blanditiis Nymphas: nec enim venatus ei alter
Hoc multo, aut aliud gratius aucupium.
His seu Francus eum Princeps, seu viseret Anglus
(Sæpius his illum visit vterque locis)
Admirabundi tam fortunata negabant
Se loca, per gentes vlla videre suas,
Optaruntque suis ea finibus addita, si quo
Burgundus precio cedere vellet herus.
Permutare etiam Rex Tornacensia Francus
Tunc sua tam placitis arua parabat agris.
Fors etiam maiora daret: sed noster Iason
Posset eo nulla conditione trahi.
Præ cunctis adeo terrarum hæc gentibus vna
Ablubuisse Probo creditur ora Duci.
Hanc in delicias priuataque deditus vnam
Gaudia, proque suo legerat Elysio.
Nec poterant tanti magis opportuna profecto
Vlla voluptati Principis arua legi.
Ruris enim quoduis reputes decus, ecquod in illis
Possis iure queri, Musa, deesse locis?
Seu siluas, trepidantis ames seu flumina lymphæ,
Seu montana sua te iuga luce iuuent:

Hic

Hic ſyluas, trepidantis habes hic flumina lymphæ,
Ermontana ſuâ quæ iuga luce iuuent.
Et propè ſylua iugis, & adhærent flumina ſyluæ,
Trinaque ſunt ſpatio commoda iuncta breui.
Naiadibus paſſim miſcentur Oreades, illic.
Has quoque mutato ſæpe labore ferunt,
Naiades ad ſyluas, ad flumen Oreades ire:
Vmbræ illas, fluctus has nouitate capi.
Lintre vehi peraquas & Oreades & prope ſumpto
Naiades arcu arcu acres ſollicitare feras.
Quid memorem longo ambitum munimine lucum,
Teta olim quantus Perſide nullus erat?
Quem genio, ludoque, voluptatique dicatum
Iure putes ipſos incoluiſſe Deos.
Incoluit certe nemorum Latonia cuſtos,
His ſua poſtponens Mænala ſæpe iugis.
Et vero quoties luco venantibus illo
Viſa fuit Ducibus virgo fauere comes?
Et vitrea quoties vna ſpectauit ab aula,
Puris merſuras fontibus ora feras?
Struxerat hunc mitam Dux namq; Philippus in vſum
Propter aquam è vitro præradiante domum.
Denique ſi magnis fas eſt componere magna,
Nec vera obliquam laus timet inuidiam,
Huic ſimilem primis habitandum patribus olim
Fertur Edeſſæa condere valle Deus,
Perpetui rutilo fulgentem veris honore,
Perpetuis hilarem floribus & Zephyris,
Omnis abundantem dulcedinis, omnis amoris,
Omnis lætitiæ, mellis & ambroſiæ.
Imo ego, ſi veram profiteri conſcius auſim
Nunc tandem hiſtoriam, lucus hic ille fuit,
Iſte voluptatum paradiſus hic ille receſſus
Fructibus & ſignis deliciоſus aquis.
Quem primi coluere patres: nec tractibus Heden

Veſti-

Vestiganda aliis docte Becane fuit.
Nominis hoc etymo testante superstitis, ipsum
Esserri, vt patria nunc quoque voce solet,
Quippe quod Hisdinum Ausonii, vernaculus Hedin
Sermo vocat, qua non pulchrior arce locus.
Quid quod & hanc rapido præterluit agmine Ganges
Alter? Achæmenio qui licet amne minor,
Fortunatorum nemorum non cedit honore,
Non & Achæmenio laude salubris aquæ.
Deliciis certe nusquam locus omnibus æquæ
Consitus, omnigenis vberiorve bonis.
Neu repetam (veteris nam laus ea maxima sane,
Si diuersa modò non eademque fuit)
Quam sit & ista Heden clementer salubris ab aura,
Quamque salutiferæ fontibus vber aquæ;
Quam spiret quod aromaticis Panchaia lucis,
Quo vel Arabs, vel ager fragrat odore Cilix:
Quadrupedum, volucrumve, natatiliumve salubres
Nulla magis tellus non fouet aura dapes,
Nulla vsquam fouet vnda: ferinæ pinguis abundat,
Qua nemorosa puto nulla sit ora magis.
Hic leporem datur, hic capreas, hic figere ceruos,
Marsicus & quantos saltus alebat apros.
Maior abest si præda, cuniculus excitus antro
Præbet hero faciles hospitibusque dapes.
Nobiliora vigent nusquam pecuaria, nullus
Pabula quum pecori det potiora locus.
Nec potuere Galesus oues, Meuania tauros,
Rura sapore pares ferre Sabina sues.
Hæc porrò in dulcem scatet ora volucribus escam,
Siue quis altilibus, seu capiare feris.
Si cicures optabis, habes quas rustica pascit
Cumque cohors mites turris, & amnis aues.
Siue feras, quot vbique volant, segetesve, ruboſve
Seu nemus, aut liquidos accoluere lacus,

In mis-

In missus per ea arua tuos, in edulia cedent
Fercula, parta leui quamlibet ære tibi,
Vel nullo magis ære, voluptas si tibi cordi est,
Quam canis aucupio præbet odora suo,
Seu mage villoso capieris hylactore, per quem
Eminus icta lacu mox referatur anas.
Nec pecoris minor his squamosi suppetit oris
Copia: sed magno pars venit orta mari.
Pars educta vagis hiat amnibus: vtraque præstans,
Malit vtra dubites blanda latere Venus,
Verius aut in vtraque latet, sed sponte, nec vllo
Iam Briarei trepidans. Enceladiue meru.
Tam maris hanc tenero vicinia munere gentem,
Hanc tria tam sapido flumina pisce beant,
Altya, Anuinio visurus & æquora Ganges
Largior, assumptis Anuinionis aquis.
Quid natiua loci referam bellaria? vel quas
Alma parit fruges vbere terra sinu?
Nulla boum liquido gens nectare, nulla coacto
Denique nobilium nectare præstat apum.
Arboreos coniux nusquam Vertumnia fœtus
Largius, hortenses florida Chloris opes,
Vberiora Ceres dat adorea, gramina nullis
Sufficit agrestis gentibus æqua, Pales,
Quæ vel in Augusto fœnilibus arida condas,
Quæque bouem vel equum carpere verna sinas,
Seu siccis ea, seu riguis crescentia pratis,
Incultisue, gregi delicioſa, iugis.
Prata hic obiiciat nemo mihi Rosea, nemo
Italiæ dictos sumen & vber agros.
Nam quod in his fertur pridem admirata vetustas,
Visaque res veterum digna stupore fuit:
Hic quoque postridie latuit sub gramine sæpe
Pertica, depasto forte relicta solo:
Et quantum hinc longis carpunt armenta diebus,

Rosidæ

Rosidæ nostræ breui plusque reponit humus.
Multa quidem nostris operosa Minerua puellis
Mollia pellitæ vellera tondet ouis:
Sed tamen hîc Phariæ seges Isidis haud secus implet
Multa puellares, mollis & illa colos.
Solus (& hoc nostræ sine culpa & crimine terræ)
Cum viridante sator palmite Bacchus abest.
Sed neque felices Baccheïa floruit arbor
Inter Edessæi delicias nemoris:
Quippe aberat, longo post tempore consita primùm,
Et tibi sed probro culta Noache tuo.
Num minus ille decens, minus hortus amabilis ille,
Nempe quod informi vite careret, erat?
Nec minor hoc nostræ fuerit, puto, gratia terræ,
Cui sat Edessæum est æquiparare nemus,
Ne quid hic archetypo distet paradisus ab illo.
Par in vtroque paris meta decoris enim est.
Si non Inuidiæ facit hoc satis, imputet aruis
Quin magis, & vitium culpet obesse loci,
Effœtæ accusans maciémue aut frigora terræ,
Nomine quod dignum est fecerit illa suo.
Detrahat immeritò fœlicibus inuida glebis.
Nam neque humus læto pinguior vlla solo est;
Nec tam auersus equos placida Sol iungit ab vrbe,
Apta sit vt teneris vitibus ora magis:
Quando etiam patriâ de vite haud languida nostros
Vina bibisse suo tempore constat auos.
Tempus enim quondam fuit illud, idonea Baccho
Hic quoque quum grauidâ vite vireret humus.
Hic quoque maturum multo quum sole ruborem
Mitis in apricis duceret vua iugis.
Qui factum ergo, rogas? cur vitibus vtile regnum
Et minus arua Pater nunc ea Bacchus amet?
Nam neque in his rigidi desæuiit ira Lycurgi,
Nec certè hæc diros Pentheas ora parit.

Sola,

Sola. quis hoc credat? fratrem soror, at soror illa
Hoc à fratre cui gratia multa venit
(Nempe quod ad quæstum magis vtilis) omnibus agris
Omnibus exegit collibus alma Ceres.
Alma Ceres cupidi magis expiet auara coloni
Vota: minus Semeles filius æris habet.
Ergo relegatus nostris miser exulat aruis.
Vsibus illa solum vindicat omne suis.
Nec vero sunt nulla Dei solatia campis
Exulis. aut nusquam his regnat vt ante locis.
Expulsum Zephyri coniux adsciuit amœni
In partem imperii, laus vbi magna Dei est.
Præbet enim tremulam felix ibi pampinus vmbram,
Captanti implicita frigora sub trichyla.
Quin & odoratos carpas licet inde racemos,
Suauior haud alio prouenit esca solo.
Perstat. & improperans nostro male rursus honori
Morsibus obliquis detrahit inuidia.
Nam si Bacchus abest, simul absunt dulcia Bacchi
Munera, ait, vestris vix bene nota plagis.
Quin ades hospes, ades quicunque beata potentum
Oppida Belgarum nota viator habes,
Structuris operosa immanibus oppida, regnis
Qualia non aliis, quanta nec esse solent,
Ecquid, inauratis quoties vagus vrbibus erras,
Ora gerens monstris obstupefacta nouis,
Vtque fit, exciperis popularibus aduena mensis,
Optima non igitur, dic rogo, vina bibis?
Aut puto nec crebris, minimeque capacibus, hospes
Bacchica re cyathis ad sacra Belga vocat?
Riserit, & gentem quisquam ne ignorat opimam
Tam rudis, vt cuiuis, nota requirat? air.
Nulla etenim toto genialis & hospita mundo
Gens æque, Alcinoi nec prius illa fuit:
Nulla inuitatos prolixius accipit, vrget

Nulla

Nulla magè, admenſo ſollicitátve mero.
Atqui vite caret: reptantibus, inuide, Serum
Hæc tineis eadem ſtaminibuſq; caret:
Num minus hic crebro bombycina veſtis in vſu eſt,
Sericeaq; nitent plebſque patreſq; toga?
His quoq; nulla locis naſcuntur aromata, nulla
Cynnama, thus, aloë, myrrha, piper, caſia.
Indica nec Belgis vel nux, vel creſcit in hortis
Fiſtula, non Arabum quæ plaga cumque parit.
Num locus idcirco tot aromata ſufficit alter?
Eſt vbi plura metas, plura minoris emas?
Argenti nullæ hic ſuperant, auriue fodinæ,
In noſtro legitur littore nullus onyx:
Num minus argento gens noſtra, vel enitet auro?
Aut locus eſt, gemmis plus vbi cuncta micent?
Nec, ſi hinc agricolis damnoſa volentibus abſit
Vitis, abeſſe ſimul vina neceſſe fuit.
Natura omniparens, ſua cuique peculia genti,
Indigenas merces & bona certa dedit.
Huic aurum, piper huic & aromata, tenuia Seri
Vellera, Erythæis Sardoniches Arabis:
At mare veliuolum, noſtræq; induſtria gentis
Natura huc omnes congerit omnis opes.
Congerit & varij dulciſſima munera Bacchi,
Haud minus axe tamen ſueta gemente vehi.
Nempe tibi laticum metuas ne defore honorem
Quiſquis in iſta pedem vir nouus arua feres,
Nauibus huc & flagricrepis aduecta quadrigis,
Vina frequens pontus, vina miniſtrat humus.
Felices minus vt Francos, vt ſorte colonos
Vitis odoriferæ deteriore putes.
Francus enim iactet, quod iure, feroxque triumphet,
Patria de proprio palmite vina bibit:
Cedo, ſed vtilius, non præſtantiſſima, quum ſit
Ære ea qui multo Belga libenter emat,

Protinus & nostro vindemiet institor ori.
At, nihil externæ gens ea vitis eget:
Herclè, peregrinis ideo caret insçia rerum
Deliciis, quæ nos regnaque nostra beant.
Non etenim vicina modo quæ Francia præbet,
Quæque arunna Liger, Sequana, Rhenus, Arar,
Condimus; & nostris sunt vina domestica Belgis
Haud secus atque domi si sata, demta forent.
At præstans etiam quæ Græca vel Itala tellus,
Fertilis Hesperii quæ parit ora Tagi,
Quæ fortunatis nascuntur Atlantis in hortis,
Et vel Atlantæo longius Oceano,
Exposita hic vulgò sunt vsibus omnia nostris,
Sint minus vt patriæ singula nota suæ.
Sit satis Inuidiæ, quando hic quod vellicet vlrà
Nil habet, estque vltrà nil habitura magis.
Et verò ad summos quod agri præstantis honores
Restat, ad illustris votaque summa plagæ,
Delectabilium prælucet honore locorum
Omnibus hæc regnis, omnibus ora plagis.
Nusquam terrarum prospectus amœnior, vnum
Quique sub intuitum pulchra tot arua trahat.
Quantus horizontis patet ambitus, omnis apertum
Dissimili in gyrum terra decore placet.
Vndique fronde nemus videas graue, messibus arua,
Vndique prata herbis turgida, pisce lacus.
Vndique mobilibus fulgent pomaria riuis,
Grata virore suo, mollibus apta iocis.
Cætera præteruectus vt oblectamina mittam,
Quoque tener potius me vocat amnis, eam:
Ecquis Gange meo visatur amœnior amnis?
Ecquis honore, ecquis dignus amore magis?
Quàm sacer hic stadium fluuius decurrit amœnum?
Quàm loca purpureâ florida lambit aqua?
Quàm variis distincta coloribus? arte tapetes

Assyria,

Assyria, tota fulgere valle putes.
Et patet illa quidem modicis vtrimq; reducta
Collibus immensis planities spatijs.
Extollunt veteres miris Peneia tempe
Laudibus, & Ladon quæ rigat arua Syrus.
At sedem Peneus (Olympum testor & Ossam)
Haud similem, haud Ladon irrigat ille Syrus;
Obsitus vt lauris sit vterque, fugacis vterque
Se Nymphæ exuuias iactet habere licet.
Vtrumque eximijs vt laudibus efferat, illum
Græcia nobilior, ditior hunc Syria:
His tamen hoc nostri minor vno regia Gangis,
Nec minor at toto nobilis orbe minus,
Diuitijs quod abundantem potioribus, olim
Contigit artificis nullius ore cani.
Et quis ego, vt tantos delibem primus honores?
Remq; pari ingentem tollere laude queam?
Ecquis ego? vel quo tam fretus Apolline vates,
Primus vt intacta moliar ire via?
Ista Duacenos poscat sibi gloria Cycnos,
Quósve Louana solet Orpheas vmbra sequi.
Certum est ire tamen, crebris licet inuia dumis
Sit via, perplexis inque pedita rubis,
Imò rosæ licet, & varij denso agmine flores,
Altáque inaccessam præstruat herba viam.
Floribus eluctabor, & herba obstante, rosasque
Moliar, hirsutos dique mouere rubos,
Dum saltem ad minimos facto penetremus honores:
Calle, meiq; leues persequar amnis opes.
Quisquis amabilibus fluuiorum duceris vndis,
Riparúmque thoros, gramina, frigus amas:
Explorator ades tantorum adscitus honorum,
Iudiciúmque rei conscius omnis habe.
Si fallam conuince; fidem sed adde merenti:
Stat semel arbitrium quando subire tuum.

Fortè roges, quâ versus, & vnde sit ordia duci
Æquius: arbitrij res sit & illa tui.
Decliuis comitem seu se dat euntibus vnda;
Obuia te aduorsum siue mouente venit,
Maxima decliui est cupientibus ire voluptas,
Nec minor aduersa si spatieris aqua.
Nam certè alterutro, vel vtroque feraris amœnæ
Haud modus vnus erit, forma vel vna viæ.
Sed modo feruentes viridi caligine soles
Arcens, nunc puro prorsus aperta solo,
Tecta viatori iam xysti vmbracula nunc iam
Sufficit apricas nuda paradromidas,
Maior vt alternante sit vmbra & luce voluptas,
Inque vicem excepti sole refrigerij.
Nec vero spatijs modo si breuioribus erres,
Nempe quot à pastu fortè salubre putes:
Ast etiam via si sit eunda remotior (ipsum
Seu mare versus eas, Monstrolióq; tenus,
Seu fontes repetens riguum vagus vsq; Freuescum
Cuiq; dedit campo nomina Cæruus, eas)
Illecebris variè prætexta decentibus, omnem
Ripa voluptatem suggeret vsque tibi.
Longior illa quidem flexúque ignauior ipso
Hæc via sed breuior credita sæpe tamen.
Quippe viatori compendia magna beati
Pæsta amabilitas, temperiesq; soli:
Sentiri vetat hîc vllam, vel fasce grauato
Multiplici effulgens scena decore moram.
Quid referam multos, quos seria forsitan vrget
Res quoquo, profuerit iam quibus esse domi,
Sæpè queri tamen, hoc quòd iter breuitate malignum
Sit nimia, quòd opes inuideatq; suas?
Ingratæ quamquam breuitati vtcumq; mederi
Sæpe solent, placitam nunc iterando viam,
Nunc mite vmbrosa captando frigus ab vnda,

Captan-

Captando argutos nunc auiúmque sonos,
Mollibus acclines ripis dum temporis hærent
Iam seri immemores, immemoréque sui.
At teneri, dices, mortales pectoris illi,
Quoq; leuis faciles causa moueret, erant.
Quin age, Musa, refer quînam hîc miteſcere quondam
Contigerit rigidi pectus agreste Ducis,
Sarmatica de stirpe Ducis, totius & ipso
Cum duce Barbaricæ robora militiæ.
Gesta quidem priscis res, & iam obscurior annis,
Sed tanto illa venit commemoranda magis.
Gallica Crinitus tentabat Clogio regna,
Insessis abolens Romula castra iugis,
Clogio Francorum vetus auctor & vltima Regum
Nobilitas, magnis Clogio maior auis.
Iam Rhenúmque Mosamque, feros traiecerat amnes,
Scaldin & herbosæ pascua læta Lisæ.
Neruia iam victor castris insederat arua:
Hinc sua compulsis sub iuga finitimis,
Atrebatum terras peruaserat vsque patentes,
Hactenus indomti roboris, atq; animi.
At vero vt dulces Hisdinidos attigit oræ
Conualles, miras hausit & illecebras
Fluminis, hausit agri redolentes barbarus auras,
(Barbarus & rigidis moribus asper erat,
Sola virum vis & rabies, sola arma decebant,
Cædibus vda nouis semper, & vda nouis)
Emolliſſe ferum placidæ clementia ripæ
Fertur, & egelidi dulcis imago loci:
Hannibalem ceu fama fuit, mollitáque quondam
Punica Campanis agmina delicijs.
Ergo, reluctatus fuerat qui semper Amori
Hactenus, & sacris ô Hymenæe tuis,
Cogitur ille ferox & amare, & velle tyrannus
Nomen, Hymen, sacris hac dare valle tuis.

Inter Amazonidum comitantes signa cateruas
Nobilis, eximij virgo decoris erat:
Ore genus, flauo patriam testata capillo,
Orta Sycambrorum stirpe erat illa Ducum.
Hanc nouus ambit amans; illa suspirat in vna
Mitior; huic Veneres deliciásque facit.
Florigeræ Plutona putes in vallibus Ennæ
Persephones alio rursus amore trahi,
Non iam contracta metuendum fronte, sed hirti
Discussa placidum nube supercilij
Barbarus hoc adeo Rex more ferocia ponit
Corda repentè, almi vi cicurata loci.
Haud mora, iam Scythicis feruebat ripa choreis;
Babaricus toto Gange sonabat Hymen.
Francus Hymē vocat vdus, Hymē Hymenæe Chamaues
Accinit & multo proluit ora mero.
Indoluit Mauors: nec enim iam fortis, vt antè,
Fortibus vlla viris gratia Martis erat.
Indoluitque, hastámq; mouens, mox strage minatur
Hæc, fore, festa graui cœtus vt omnis emat.
Limitis huius agros tunc fortè armatus obibat
Romanæ Aëtius gloria militiæ.
Illum improuisis adoriri Francica turmis
Mars iubet, & nullà cædere castra morâ.
Irruit ergo furens, Francosque, vt iussus, inermes
Opprimit & tota valle cruentus agit.
Arma quidem rapit arma sed antè, aptare iuuentus
Fortibus arma humeris quàm queat, ense cadit.
Fusa iacent lyra vina dapes: captiua supellex
Per iuga barbarici diripitur thalami.
Ipsa suis etiam dum Sponsa curulibus amens
Insilit, & trepida fertur in arua fuga,
Crudelis sibi questa deos concussa decorum
Pectus & heu flauas dilaniata comas,
Præda sit: hac tristis finita coronide clades

Cladibus

Cladibus hinc aliis triſtis origo fuit:
Donec multa ferox per prælia, multa per arma,
Dum memor accepti perfurit opprobrii,
Francica Romanis ſtabiliuit ſceptra fugatis
Clogio, tergemini conditor imperii.
Sed Francis ſatis eſto datum, ſatis hactenus armis
Et Marti; inceptam curre, Thalia, viam:
Vt diuerticulo greſſum referamus ab illo,
Et mihi ſermo, fuit vnde profectus, eat.
Quæ non corda domet quantumlibet aſpera? quæ non
Sauciet inſolita pectora lætitia,
Tot rerum illecebris, tot honoribus inclitus Amnis?
Amnis odoriferis fultus vtrimque thoris?
Perſpicuis ſitiendus aquis, auiúmque ſonoris
Totus amabilium conſitus hoſpitijs?
Circum etenim tremulis Zephyræa ad flamina ramis
Incluſæ volucres carmen agreſte canunt.
Sed quod agreſte licet, quouis ſit carmine carmen
Dulcius, haud fatuæ quodque vir auris amet.
Ecqua tuis vox ſe modulatibus æquet, Acanthi
Comparet ecqua tuis ſe Philomela modis?
Atqui dulce melos nullo magis amne reſultat
Vocis Acanthi tuæ vel Philomela tuæ,
Conſpirant, toróq; ſuos dant margine cantus,
Quotquot vocales rure vagantur aues.
Tinniculus, Vireo, Fringilla Rubellio, Picus,
Liuiaq; & Trochilus, Cinclus, Hirundo, Merops.
Quàm variæ pennis volucres; tam cantibus; aures
Diſſona vox, oculos diſcolor ala iuuat.
Diſſultat crebris reſonans concentibus æther:
Scrupeus illiſa conſtrepit amnis aqua:
Quódq; ſoporicrepo, pluſquam vicina fatigat,
Lene volutatæ murmur ab amne molæ.
Quàm multa alituum viridantibus agmina ripis,
Agmina fluctigenûm multa vagantur aquis.

Hîc etiam cognominibus gaudere volucres
Piſcibus, inq; vicem ſe redamare putes.
Cærtillantem audis Merulam qua parte, natantem
Tu merulam medijs ire videbis aquis.
Quà ſummo Turtur gemit ales, aquaticus imo
Turtur in amne, frui voce gementis amat.
Quid, quod aues in aqua viſuntur, in arbore piſces
Naturæ obliti nare, volare, ſuæ?
Mutua dum ſatagunt commercia, mutua vtrimque
Sortis inire audent diſparis hoſpitia.
Hercle putes, quoties ſolem viret inter & amnem
Pronáque ſubiectis fluctuat arbor aquis.
Sic adeo ramis latet Enchelis, innatat vndis
Pica, errat folijs Carpio, Parus aquis.
Magna quidem cunctis eſt gratia piſcibus, huius
Quos tener innumeros fluminis humor alit:
Sed bonus ante omnes laudatur Turtur inuſtus
Tergora purpureis, pectus & ora notis.
Auſonij fors ille Salar, mihi Turtur, at ipſis
Indigenarum olim Trutta vocatus auis.
Ille bonis epulas ſua præſtat agreſtibus idem
Lautia, ſi quem olim demeruiſſe volunt.
Villicus hoc demulcet herum: ſit euntis in vrbem
Hic quoque ad Actores ſæpe Clientis onus.
Nec ſibi maluerint, docti licet illa palati
Gens hominum, capreæ viſcera miſſa feræ.
Cætera ne ſperes à me numeranda natantum
Agmina, perſpicuis ludere ſueta vadis.
Pars quorum aduerſo, pars labitur amne ſecundo,
Flumina habent quantum maxima vix populum.
Hoc ſat lector habe quòd & hac decedere Gangi
Auſoniana meo laude Moſella queat.
Nec longè tamen abſcedam, nec in amne relictis
Piſcibus, vda ſimul linquere prata queam.
Scena moratur adhuc me dulcis, & apta choreis,

Apta

Apta Cupidineis illa palæstra iocis,
Vallibus exporrecta virentibus, alma secundum
Flumina, siluosis vndiq; septa iugis
Quo ferri procliue sit omnibus, vnde vagantem
Haud facile ingresso sed reuocare pedem.
Vellera Phryxæus simul aurea pandit & auro
Ipse suo rutilos vector inaurat agros.
Anteuolante Venus Zephyro, Veneremque secutæ
Desuetos properant hic renouare choros
Tres Charites, totidémque pares natalibus Horæ,
Quas Themis alma Ioui, quas parit Eurynome.
Assuitat choreas agitantibus, igne recepto
Igne recente ferox, nuper inermis Amor.
Omnis ab afflatu tellus, & odore Deorum
Spirat & ipsa meram protinus Ambrosiam.
Exultant animi popularibus, & sine causa
Concipiunt subitam pectore lætitiam.
Nonne recente vides, hilarentur vt intima Agrestum
Pectora vere? quibus trista nuper erant?
Porrò quid exultent, quid sic lætentur agrestes,
Quæ noua, si rogites, gaudia? scire negent.
At non illa sacros latet exultatio vates,
Vnde sit, à Charitum nempe profecta choris,
Lætitiâ nostros & amore afflantibus agros,
Picta nouo simul ac prata colore rubent.
Ignorare sinunt nec enim nos omnia Musæ,
Quarum cura pij deliciæque sumus.
Hac iter olim adeo comitantibus aduena primum
Quum facerem Musis (Musæ iter illud amant)
Talia pectoribus dum sentio gaudia, nondum
Conscius, atque sacræ fulgura lætitiæ,
Ipse quoque afflatum mirabar amabilis auræ.
Mirantem Aonides submonuere Deæ,
Quæque titillaret resides dulcedine blanda
His animos terris causa, videre dabant.

Nam Charitũ mihi visa ꝓpinquo in gramine turma est,
Verna ter alterno dum ferit arua pede.
Hæc autem Aonidum quòd erat mihi facta potestas
Munere, nulla Deas culpa videre fuit.
Tum quoq; (nam memini, & magna est meminisse vo-
Dum loca cœlesti sorte per illa fruor, [luptas)
(incertum, raperétne loci raperétne Dearum,
Anne Dearum vnà, dulcis amorque loci)
Valle puer reuocare gradum viridante nequibam:
Sed modò vt Orphæis raptus ab aure sonis,
Aurarúmque susurra, minuritúsque volucrum
Murmuraque trepidæ blanda sequebar aquæ:
Interdum nouus hæc voce Orpheus ipse trahebam:
Nunc prope Cephisi qualis alumnus eram,
Intentis spectans oculisque animoque serenas
Fontis Hedonacio limpidioris aquas.
Quin & Hedinaciũ (putò) sentit, & indicat ipsum hunc,
Quæ de Narcisso nunc quoque fama viget.
Certè aliam ne versus enim credatur ad vndàm
Ille sui fatuo captus amore puer,
Historiæ hic poterant (seu fabula verius illa est)
Plurima adhuc veteri conciliare fidem:
Ipse sed in primis floris, conuallibus illis
Omnibus excellens floribus, huius honos.
Creber enim grata cum luce vireret Adonis
Flos modo purpureus, nobilis ante puer,
Et Veneris rosa tincta breuem lugentis Adonin
Sanguine; fortunæ testis Adoni tuæ,
Vnguentisque madens & odorus Amaracus illis,
Quæ, cadit illiso dum pede, fudit Onyx,
Regius ante puer. sed tam casu anxius illo,
Nominis hinc fuerit factus vt herba sui.
Et modò flos alius, puer olim illustris & ille,
Magna prius Phœbi gaudia, post lachrymæ,
Infelix Hyacinthus, & vnà discolor Iris,

Discolor

Discolor irriguis Iris amica locis.
Liliáque Argiuæ rorantia lacte nouercæ,
Lacte, quod Herculeis exciderat labijs,
Quique vocatur Ios teneri flos veris ab Io,
Martia (Martis enim gloria mensis) Ios.
Tum quæ nomen habent ab ea vaccinia vacca
Haud minus, esca bouis prima quod eius erant:
Atque alij natura nouo quot prodiga flores
Vere dat; hac certè prodiga valle dabat.
Stirpibus excellens tamen omnibus; omnibus astris,
Queis stellata polos æquiparabat humus,
(Qui floris decor illius, præstantia, candor,
Qui calycis pulchrè gratus hiantis honor!
Namque labella calyx imitatus hiulca reflexus
Oris ei risu more madentis hiat)
Narcissi reliquos superabat gloria flores,
Mutatum hîc puerum magna sit vnde fides.
Quid, quòd & huius ibi Dryas olim Heroi amatrix,
Quæ nequit ipsa loqui, nec reticere prior,
Vicinis resonabat agens in rupibus Echo?
His quoque mutatum testificata locis?
Illam indignantem, sæpe interitúque gementem,
Tam pulchri interitu tam misero pueri,
Sæpe insultantem quis eam putet; exq; probrantem
Durum fata virum talia iure pati.
Nec priscæ hîc deerant monimenta quoq; altera famæ,
Solis amans Clytie, Panos Oreas amor,
Dissimiles animi Nymphæ, studióque calentes
Dispare forma prior donec vtriq; fuit.
Illa Deæ studio Cytherеidis, altera Phœbes:
Hanc thalami; memorum hanc dulcis agebat amor.
Dissimiles Nymphæ, tamen ante simillima passæ
Funera, si verti corpora funus erat.
Fertur enim mutata repentibus vtraq; plantis,
Flore prior croceo, fluminis hæc calamis.

Illa

Illa Deo quod amans fastidiebatur amato,
Hæc, quòd amatorem spreuit amata Deum.
Sed veteris quid adhuc sensus, animique putares,
Et quid amoris adhuc & quid adhuc odij,
Altera mutatis superesse in corpora Nymphis?
Quæ fuit, vsque adeo mens in vtraque manet.
Nam modo luteola Clytie licet abdita caltha,
Ceu prius auricomi Solis amore caler
Nil veteres fastus, tristémq; morata repulsam,
Nil odium, irati secubitusque Dei.
Quin amat inde magis, desertoremq; reposcent
Spectat amans, cœlo persequiturq; suum.
Phœbus enim, quàm longa dies, quibus erro vagetur
Cumque locis, notam præcipiterque fugam,
Suspicit, obtutúque volúbilis hæret in vno
Vsque Dei Clytie dulce secuta iubar.
At contrà in calamos Syrinx mutata palustres,
Dum fugit Arcadici vimque precesque Dei,
Nunc etiam veteris concussa horrore pericli,
Si qua vel exilis murmuret aura, tremit,
Raptorem rata Pana sequi, rursumque pudori
Ceu quondam insidias vimque parare suo.
Littora si qua fides habitantibus illa colonis
(Et quare agricolis non sit habenda fides?)
Nunc quoque sæpe queri, suspiria ducere sæpe
Virgo, memor casus fertur adhuc veteris.
Et quid ego indigenas in eam rem testor Agrestes?
Me quoque firmari res ea teste potest.
Virginis ipse ego met gemitus his auribus hausi
Sæpe, susurrantis margine fusus aquæ.
Quamquam & erant, charæ memorē qui Pana putarēt
Naiadis, his calamos sic animare sonis.
Prendere nam solitum, quibus olim condier illam
Vidit arundinibus, ijsque inhiare Deum.
Nil equidem affirmo; sed amatæ siue puellæ

Vox

Vox ea siue in eam Panos hiantis erat,
Hic mihi sæpe fuit tenui sub arundine Syrinx
Nescio visa Noco quid crepitante queri.
Denique dulce sua si quid nouitate, vel ingens
Fabula seu memorat, siue quid historia
Gesta putes olim conuallibus omnia nostris,
Vere nouo toties vel renouata geri.
Nulla adeo ripis vel imago, figuraue ab illis
Siue voluptatis, siue decoris abest
Quid mirum: tot inescatum si pectora rebus
Me tener huius habet ruris & amnis amor.
Si mihi terrarum reliquis magis angulus oris
Ille placet, nusquam si iuuat esse magis.
Forte nec adiiciat leue nostro pondus amori,
Prima quod inde patris surgat origo mei.
Dulce quod his mihi rus, hæreditolumque, meorum
Paruula Maiorum regna superstit agris.
Postremo, quod amicorum perspectior orbe
Nullo animus, nullo certior orbe fides.
Conuixisse quibus festosque sub ilice soles
Condere grata comis flabra mouente, iuuet.
Fontis ibi obliquo vaga lympha erumpere riuo
Certet, & obstreperum ructet itura sonum.
Viuus item dapibus cespes cumuletur inemptis,
Cuius ab effuso marceat herba mero.
O luces, epulæque Deûm quas hoc genus illic
Inter se lepidis mos agitare viris!
Mel mihi nuper heris cum illustribus, alligat arcte
Quos sacer vnanimes nodus amicitiæ.
Iungit at vnâ anîmo quibus idem me quoque nodus
Iunctum iisdem Villæ proximitate meæ.
Quorum equidem doleo, quod, vt horridiora, recusent
Nomina sub leges carminis ire mei.
Nobiliora aliis legerentur nulla priorum,
Quosque ferent vatum postera sæcla modis.

Siue

Siue ſuis etiam accipiant me ſuauius, vt ſit,
Ille epulis, illos accipiamue meis;
Non ego maluerim fieri conuiua Deorum,
Nec Regum Attalicis accubitare thoris.
Et conuiua Deus ſi quis mihi, Rexue veniret,
His minus hoſpitibus gratus vterque foret.
Nam quibus hæc condita iocis conuiuia! quam nil
Fellis, habent multum ſed tamen illa ſalis?
Quæ dum noſtra vago vicinia mutuat orbe
Ceu ſolet, accipimus mutua, quæque damus.
Præſtat id ingenium ſolers, id acumen, in illis
Vel de plebe hominum quamlibet acre locis,
Talibus acre viris quanto magis eſſe putabis,
Aula quibus vitæ ſæpe magiſtra fuit!
Nec minus iis & comis, & obſequioſa voluntas,
Poſſit vt è populo vix magis eſſe viris.
Quo tu cumque voles exercitione, vel arte,
Quo volucrem ſtudio fallere cumque diem,
Inuenies exercitio certare paratos
Quolibet, atque operam mox dare ſponte tibi.
Quin & ad hoc tè vltro inuitent, quodcunque putabũt
Poſſe genus ludi forte placere tibi.
Hoc ego ſæpe modo vidi plęroſque fruendas,
Vita voluptates ruſtica quotquot habet,
Suggerrere ignauæ cultoribus vrbis, agreſtum
Ignaris operum, dum ſua ſeque probant.
Et modo perdices, modo qua ſit fallere turdos
Quaue coturnices aptius arte, docent.
Oſtentare volent nunc dextram artemque parabunt
Seu talamo volucrem figere, ſiue globo.
Iam ſaltu optabunt contendere iamque palæſtra,
Iam triuia excuſſa ſpatioſa pilâ.
Sin mage venatu for- delectabere, ſiluas
Abductum in medias ſponte præire volent.
Expedientque canes, venabula cornua, caſſes

Nec

Nec labor his ducibus, Hospes inanis erit.
Quæ plures siquidem leporesue, vel educet apros
Silua sciunt, vt non ipsa Diana magis.
O fortunati lætos quibus inter agrestes
Tam bona securis vita fruenda datur.
Dulcium amicorum quibus insons suppetit vsus,
Tot procul armorum motibus, vrbe procul,
Vrbe malisque simul matrem comitantibus vrbem,
Ambitu, auaritia, luxu, odio, inuidia.
Nec sua non etiam tamen vrbibus amplaque constat:
Gratia, quas Pallas condidit atque colit.
Indignata suis meritum ne forsan honorem
Vrbibus hoc adimi carmine Diua putet.
Magna alta etiam comitatur Palladis vrbes
Gratia sed longe gratia maior ea est,
Quum studiis defecta resurgit agrestibus, & nos
Illecebræ alternis vrbis & arua trahunt.
Ipse egomet laudator & idem ruris amator,
Nunc equidem, rata si vota nuente Ioue,
Vrbanæ mihi detur agrestis & optio vitæ,
Sola vrbe, & solo viuere rure negem.
Rure quidem cupiam, dum vernat & ocia, sed sic
Vt fruar hybernis vrbis & illecebris,
Atrebatum quas dulce, suo mea præbet alumno
Patria, belligeris vrbs animosa viris.
Dedita nec pacis minus artibus aspera quanquam,
Gensque ferox, pacem, Dij dederitis, amat.
Et seu pacis in hac, seu belli tempus agatur,
Tempus agi studio constat vtrumque pari.
Atrebatum meus alter honos, & originis auctor,
Sic vitæ requies grata futura meæ.
Hanc veneror pius hanc semper veneraboralumnus,
Hæc placet, ipsa minus nec tamen arua placent.
At vero satias quoties subit vrbis, & almi
Sydere mens refici saucia ruris auet,

Hisdi-

Hisdinum, placitosque per interualla reuiso
Lætus agros: huc pes, huc via sponte refert.
Ipsa reuisentem siquidem via non minus illis
Sæpe locis, paulo vel minus hercle, beat
Hospitiis recreata frequentibus: hac sua vicus
Pandit Auerdoni præuiridans nemora.
Hac peragranda venit fœcundis nobilis aruis
Saulopolis, circum mille decora iugis,
Sexcentum dominata clientibus. Æstus euntem
Neu grauet arenti vel premat ora siti,
Hac Zephyri flant parte, fugent qui lenibus æstum
Arida qui volucres flatibus ora rigent.
Tum fortunatis sensim vestigia terris,
Quo propiora mouens & propiora feras;
Molle propinquantis suspirat anhelitus oræ,
Quo nemus halat Arabs, tum magis atque magis.
Accrescunt spatiis res decrescentibus, & iam
Illa sub aspectum turris & illa venit.
Iam pagus venit ille, venit mox alter & alter;
Mox nouus immensis nascitur orbis agris:
Emerguntque noui colles, noua rura, uouæ arces.
Prata noua & saltus, flumina, stagna lacus.
Et nemora alternis inter frondentia campis:
Campus at ille seges, ille noualis erit;
Improuisarum spectacula denique rerum,
Lumina distineant quæ vaga mille locis.
Septiforem Musæ vagus armentalis auenam,
Inflat hians dulces Tityrus inter oues.
Luxuriante canit frondator ab arbore: in illum
Probra viator, in hunc rursus & ille iacit.
Parte sonantem vna scuticam quatit, alterâ anhelos
Poppysmo & cantu mulcet arator equos.
Hic tibi triticeam messorum turba catenam
Ingerere, ære leui quo redimare parant.
Ære dato, cui des simul oscula, fas legere omni

Ex

Ex numero, formæ si qua Napæa probe est.
Hîc pedes, hîc occurrit eques: celerante vehuntur
Pilento ingenuæ læta per arua nurus.
Sæpe fit & venator eunti atque obuius auceps,
Ille sequens leporem perditus, alter auem.
Certat ager, cœlumque coloribus: æthere summo
Læta galeritæ gaudia voce mouent.
Quod spectes, quod odoreris, quodque hauseris aure,
Flexanimam pariunt omnia lætitiam.
Vltimus accliuem terræ commitrit horizon
Æthera, nube lacus assimilante maris.
Singula quid porro memorem loca? quæq; tot Heden
Nostra suis afflat cominus arua bonis?
Innumeras circum quisquamne recenseat arces,
Hac quot ab arce lapis primus, & aiter habet?
Conuertas oculos quacumque per aëra sudum,
Lumina qua circum tu vaga cumque feras;
Vt Delo circumfusæ perhibentur in orbem
Cyclades, haud secus hinc, sed propiore situ,
Omnibus attollunt se lætæ partibus arces,
Ruraque deliciis illecebrosa suis.
Attollunt se crebra, nigrantibus addita lucis,
Rite dicata sacris templa sodalitiis.
Quale quod Alsiaci nemori Syluine propinquum,
Parte propinquum alia quodque Georgi habitas.
Diuersa nam parte, ter illud amabile, Patres
Hinc atque inde sacra clauditis æde nemus.
Anuinione prior, per funditur altera Gange:
Laude hæc claret heri, claret & illa sui.
Nec Cerui tam campus abest, non possit vt addi
His quoque, prolutus Gangis & ipse vadis.
Sed propius liquido rursum Anuinione rigatur
Sancta monasterium quod tibi Berta sacrum est,
Blangiacia tutela nurus fidissima ruris,
Vlla clientelæ cui mea iura subest.

Huicce præesse meum voluit clementia fratrem
Regia: dignus ei quique præesset erat:
Plus valuit data lex ab iniquo fœdere; regi
Summoro hæc alij commoda fratre dedit.
Nec prætermitti sacro vicina Ruselli
Clara sodalitio tu mihi villa potes.
Quam regat affinis mihi Præsul amicitiâ idem
Mî rara, & crebro iunctior hospitio.
Sed neque quam diui rigat ædem Altya Iodoci
Proximus, indictam præteriisse licet:
Non & ab Andraa tractu cui nomen eodem est,
Consimilique Deum more professa colit.
Hæc structurarum prægrandibus omnia fulgent
Molibus, atque altis conspicienda Pharis.
Pluribus abstineo: prætoria denique mitto
Circum finitimis tot speciosa locis:
Digna quidem cepto celebrari cuncta labore,
Nostro Musa teri singula digna pede.
Tantillo tot oberrari sed tempore nobis
Quum nequeant, nequeant tot quoque rura cani.
Id quoq;, credo, vetes, quod dotibus omnia quum sint
Prædita disparibus digna fauore putes
Singula pene pari. placet vmbris hoc magis, illud
Luce magis; terra hoc & magis illud aquis,
An syluas, an aprica, mediterranea, an almas,
Addubitem primum visere præstet aquas.
Singula quum nequeam, tumulo tamen omnia ab alto
Possim oculis monstrans exhibuisse tuis.
Nam velut in tabula pascendis Pictor ocellis,
Quum loca prospectu ponit amœna suo:
Immensi species patet orbis: inane serenum
Præ se luce diem versicolore refert.
Quam procul aspicias, oræ supereminet ora
Discolor, vt vario germine picta viret.
Hic argento candet ager hic flauet ab auro,

Hunccę putes crebris cæruleum cyanis:
Ille autem arboribus procul infuscatur opacis:
Plurima stant medio rura domusque loco.
Sic vno velut obtutu, me auctore, licebit
Tota sub aspectus arua legentis eant.
Hisdini Zephyris perflata salubribus arua.
Nec, puto, tam pingi nobilis ora queat,
Tot lucis, tot aquis, tot abundans collibus, vt non
Omnibus huic numeris cedat honore minor.
Vsqueadeo, tumulis quacumque inuectus apricis
Lumina deliciis ex saturata feras,
Mille voluptatum species, spectacula mille
Suggerit alma soli copia forma, situs.
At vereor, suspecta habeas ne carmina nostra,
Nullamque inueniant te penes ista fidem,
Scilicet ore profecta meo, res tollere cœlo
Qui ficto patrias censear elogio.
Sic facito; incautæ neu possit amabilis auri
Musa, minus veris imposuisse modis,
Cominus insignem sit cura fidelibus oram
(Et semel hanc fuerit dignus obire labor)
Collustrasse oculis. sic demum Hisdinia tempe
Maturo expendens singula iudicio,
Carminis explorato fidemque, & pondera nostri:
Si, censura in eo quod tua culpet, erit.
Nimirum illud erit quod, erant quæ maxima, dices
Ingenij culpâ facta minora mei:
Et mea quod tantis infantia laudibus impar,
Multum materiæ detrahat ipsa suæ.
Nec vero liber vnus, eum vel dictet Apollo,
Possit inexhaustis laudibus esse satis.
Pluribus explicitis, totidem totidemque resurgunt:
Copia defluuio crescit ab ipsa suo.
Quando erit, vt tanto nactus satis æqua labori
Ocia, nec duras in mea vota Deas,

Cuncta ſigillatim peragrem loca? cuncta peragrans
Carmine nulla meo non celebrata ſinam?
Per iuga præcipiti, leuiore per humida prata,
Mox pede per campos liberiore ferar?
Quaque ferar, qua lætus eam, cum vallibus amnes,
Roſcida cum gelidis fontibus antra canam,
Antra, lacus, nemora & montes, gaudere locorum
Et quibus illecebris tu quoque, Muſa, ſoles.
Auribus errantem quacumque ſequentur acutis,
Admirabundi ruſtica turba Dei,
Syluani, Satyrique, ſequentur & auribus ipſæ
Attonitis nemorum carmina noſtra Deæ.
Ruris enim, nemorumque potentibus altera Nymphis
(Nec moror Arcadiam) non ſcatet ora magis;
Fœlices alio nec habent magis orbe receſſus,
Seu iuga, ſeu ſyluas, flumina ſiue colant.
Interea, ſpatiis nunc quando excludor iniquis,
Longior hæc texi ne mihi tela queat,
At ſaltem extremo ſubtexta ſit Algida limbo
Vallis; erit telæ fimbria digna meæ.
His etenim quoties regionibus erro, vocantis
Quaque lubens animi me rapit ardor, eo;
Multa licet me ſæpe vagum loca, multa, morentur
Me tempe, variis delicioſa bonis;
Præ reliquis longe delectat & excipit vna
Me tamen horridulo vallis amœna ſitu.
Continui dorſum vario nam montis hiatu
Sic ſecat, vt quadruplex pandat opaca latus.
Sol læuum exoriens, dextrum caſurus inaurat
Luce ſua, latus hinc, latus illud obit.
Diuerſo, quam longa dies, ſic omnia Soli
Quippe patent, aliquod ſemper vt vmbra tegat.
Horum vni incumbens totam ſuper arx mea vallem
Deſpicit: arx regnum vallis & illa meum eſt.
Paruum forſan, inopſque illud, ſed amabile, votis

Et

Et quod, inops quamuis, sat queat esse meis.
Huic is agri siquidem modus est; modus ædiũ & horti,
Pratorum modus est, & modus is nemorum,
Quem paruo contenti vber laris exigat vsus;
Et vel amicitiis, & vacet hospitibus.
Regi addicta suo parui mihi turba quirites
Id quoque collatis exstruit auxiliis:
Quæ mihi in obsequium reuoluto pensitat anno
Certa clientelæ pignora quisque suæ.
Regia subiectam longe mea despicit ergo
Et vallem, & raras valle iacente domos.
Abiunctas procul: inter enim decliue theatrum
Stractaque gramineo scena tapete iacet;
Et vero illa suis etiam celeberrima ludis
Scena, puellarum quos dare turba solet
Æquali Iuuenum thyaso permixta. Choræas
Pars agitat, somnos pars ibi sæpe capit
Venatu defuncta graui: pars cantat amores
Sæpe suos, si quam forte subegit amor.
Hic exercitiis locus omnibus aptus amori
Præcipue tamen est aptus, eique fauet.
Quippe fauet, rudibusque nouos in mentibus ignes
Dicitur illecebris sæpe ciere suis.
Et quod ament Satyri Nymphas, quod amentur ab illis,
Non Venus est, vel Amor causa, sed ipse locus.
Idq; æqua fors mente feram, quod agrestia Faunos
Numina, quod Nymphas, quod Satyrosque domes.
Aonias ab eo cogi sed amare Sorores
Non pudor? huc quoties namque feruntur, amant.
Nec dictare suis hîc præter amantia possunt
Ludicra, & eueruis molle furoris opus.
Sæpe quidem & cupio tento quoque, liber abire,
Si possim, Idalij seruitio pueri.
Et tento, & plerumque manu ratione prehensa
Conatus aiiquid sentio posse meos:

Cunctorum vt videar mihi iam ſecurus amorum,
Et tua nulla modo tela Cupido putem:
His atenim ſolus ſimulatque receſſibus erro,
Priſtina mox animum cura, calorque ſubit.
Ilicet illius reminiſcor temporis, olim
Quo ſolitus ſimiles ſum peragrare vias:
Quum flagrante calens ætate, beata Louani
Arua, Brabantinas incoluique domos.
Quum Muſis, ſanctoque Helenes addictus amori,
Omne Helenæ, Muſis tempus & omne dabam.
Quin & in illa loco iuuat inuitante redire
Tempora cantantem, queis hera me illa bonis,
Molle ſui quantis in amorem pectus & hoc cor
Flexerit illecebris; illecebriſne tamen?
Illecebris, inquam, ſed non quibus illud amantes
Vile puellarum flectere vulgus auet.
Corporis haud, formæue bonis, licet his quoque noſter
Et multum fuerit conciliatus amor,
Verum animi puros per translucentis ocellos,
Indole, verum acris dotibus ingenij.
Nam quid ego egregias memorem, quib. eminet, artes?
Virtutes, ſuperat vel quibus illa viros?
Quid, tot eam linguis fari potuiſſe quot olim
Falcifer hæredes fertur habere Deus?
Teutonice Cymbros, idiomate Saxones Anglos
Conueniſſe ſuo, Francigenaſque ſuo?
Sed Muſis Latio melius ſermone locutam?
Nonne hæc, cur quiſquam iure tumeret, erant?
Quum talis foret illa tamen, quum dote puellam
Qualibet haud aliam poſſet habere parem;
Hæc æquabilitas placidæque modeſtia mentis
Exſtitit. hæc animæ gratia mitis erat,
Vt reliquis impar multo magis artibus, eſſet
Ipſa vel hac illi Panthea dote minor?
Rectoraque immodico faſtu ſublata peroſam

Poſſet

Posset eâ Nemesim nulla timere minus.
Hac ego flagrabam: spem vero si qua videndi
Illius hora dabat, si quis in vrbe locus,
Cuncta, nec auditâ cogebar protinus horâ
Deserere, atque illo primus adesse loco.
Ipsa quoque insonti nimium crudelis amanti
Ne foret, aut clemens, quam decet esse, minus,
Occursus vitare meos, grauiterve sequentem
Ferre, nec alloquium spernere sueta meum est.
Quondam etiam placida dignata sed aure loquentẽ est,
Et placido similes reddidit ore sonos.
Hanc tamen, hanc illâ reuocatus ab vrbe reliqui,
Cederet imperio quum reuocantis Amor.
Illius sed enim canerem quum temporis omnem
Nuper in hac luctum valle, meumque vale:
Quum canerem, quanto loca sim mœrore coactus
Dulcia, sim dulcem linquere iussus heram:
Quanta recessurus dederim suspiria corde,
Quantaque conscenso sim mala passus equo:
Vtque ingressus iter, mea mox sentire videbar
Membra suis velli partibus; vltro locus,
Ipse locus, circumque cauæ solatia valles
Præbebant, gemitu cuncta mouente meo.
Solus eram; sed adesse aliquos lamenta putares
Ad mea, qui fletus, qui gemitumque darent.
Ille loci fauor huius erat, miseratus amantem
Quippe fuit, curis indoluitque meis.
Quin, Helenen quoties me deseruisse querebar
Clarius, expressus vix bene questus erat,
Desertam rupes Helenen, & opaca sonabant
Antra, sonabat aquæ quodque fluentis erat,
Assensu nemorum volucres, nomenque trementes
Ingeminabat idem flebilis aura sono:
Vtque fauebat, adhuc crepitantis in aëre vocis
Mox partem, ad Dominam ferre rogata, tulit.

Nunc ad rem, nunc Musa redi. vestigia flammæ
Quò veteris, quis agit me rediuiuus amor?
Nunquid & illa loci vis huius, vt haud modò, visat
Quisquis eum, sed erit qui memor eius, amet?
Æquum igitur, mentes aliò traducere. sed iam
Sedula, iam plenis Musa redi calathis,
Floribus indultum sat, Nympha, rosisque legendis.
Tum grauis apricis imminet æstus agris.
Te quoque iam lassis dimittier auribus, Enni,
Seria quò reuocant te tua, forte roges.
Vir Phœbi generose, leuem cui blanda corollam hanc
Texuit hoc manibus vere Thalia meis,
Dum trepidas plebes, & seditiosa perosum
Murmura, dum streperæ strata sretumque viæ.
Me plerumque fauens in amœna virentibus arua
Collibus, Atrebato seuocat aura meo.

---

## PHILIPPI MORI.

*Ad Ianum Dousam Nordouicem.*

DOusa delicium comesque Phœbi,
Dousa delicium decusque nostrum,
Priscarum decus elocutionum,
Nouarum decus elegantiarum,
Quò me melliflux tuæ Thaliæ
Ignoto attonitum rapis furore?
Iam iam te duce nil amans profanum
Per lucos videor pios vagari,
Et Cyrrhæ bifidum tenere culmen,
Quà nouem fidibus canunt sorores,
Et nouem superat fides sororum
Vocem pectine temperans Apollo.

Fal-

Fallor? an veteres & heic Poëtæ,
Cum Flacco Iuuenalis, audiuntur,
Et quodcunque ſimillimum Catullo,
Et quodcunque ſimillimum Tibullo,
Naſonique tuo, Propertioque eſt.
O rarum Genii tui leporem!

At vos Pieriæ nouem puellæ,
Vnum quæ voluiſtis vnicumque
Veſtris verba choris præire Phœbum,
Phœbum qui fidicen lyræ venuſtæ
Decantat numeros venuſtiores,
Veſtræ quos imitantur & choreæ,
En qui non comitem modo, ſed & ſe
Sacræ præbeat arbitrum coronæ,
Si quando aut veterum memor calorum
Modò Theſſaliam, modò Lacones,
Modò Cea reuiſet arua Phœbus:
Aut Delphis dubiis futura dicet.
Hic eſt Iænus Apollinaris ille
Priſcarum decus elocutionum,
Nouarum decus elegantiarum.

---

## IOANNIS MVRMELII RVREMVNDENSIS.

*In Odas Iac. Montani Spirenſis.*

QVi melicos quæris numeros, cui dulcia ſanctæ
Carmina ſunt cordi, melliſluæque lyræ.
Huc ades, abiectis tandem gentilibus odis,
Accipe virtutes Grammaticenque ſimul.
Non decet excultæ tumidum mulcedine linguæ

Te laudes ſummi non memorare Dei.
O nimium demens, qui verſus ſcribere diſcit,
Et numeros animi negligit vſque ſui.
Aſſidua in mores rerum meditatio tranſit,
Haud parui refert qualia ſcripta legas.
Non petulans Chione, non hic eſt lactea Leuce
Hinc procul eſt Acme. Lesbia blanda procul.
Candida Phecaſii non hic Sicyonia geſtant
Nec Cybele galli turpia ſacra parant.
Non hic albane perfricta fronte Mineruæ
Coucelebrant molles Orgia fœda viri.
Sunt Mileſiacæ procul hoc à codice nugæ,
Atque Epicurei mollia plectra chori.
Lydia in his captum Sybarim non detinet odis,
Nec religat flauam candida Pyrrha comam.
Non hic irretit Taliarchon amœna voluptas,
Nec poſito ludit pulchra timore Cloë.
Nullaque formoſam palinodia placat amicam,
Nullus in hoc Glycere carmine ſpirat amor.
Tyndaris hinc procul eſt, procul hinc periura Baryne
Immitis Lyde, difficiliſque Lyce.
Non hic Thyrſigeri celebrantur pocula Bacchi,
Nec furibunda Thyas impia ſacra colit.
Nulla cicuticines iactant hic iubila Panes,
Cum Fauno capripes hinc ſatyriſcus abeſt.
Archilochi mordax non hic deſæuit Iambus,
Nec Cæi vatis triſtia plectra dolent.
Omnia digna pio ſuperis canit ore Poëta
Noſter, & argutæ ſydera voce petit.
Comemorat diuûm laudes, ſynceraque ſacra,
Quæ faciunt vero mitia corda Deo.
Non huic Calliope, non huic Pataræus Apollo
Pulſanti citharam fauit, opemve tulit.
Sed regis mater, qui cœlum & ſydera fecit,
Virgineo auratum pollice mouit ebur.

Dulcia

Dulcia sic Dauid tristi psalteria bello
Mutauit quondam, demeruitque Deum,
Ante quidem multò, Græcus quam floruit Alcman,
Alcæus, Sappho, Stesichorusve grauis.
Pindaricus cesset Pean, nugæque canoræ;
Numinibus vanis nullus habendus honor.
Hinc licet & variam Venusini carminis artem
Discere, & egregiæ laudis habere viam.
Vatis opus viuax omnes durabit in annos,
Et Cynnæ Smyrnam vincet, & Iliada.
Quamuis illa nouem limam tolerauerit annis,
Crassitio miris culta & amata modis.
Quamuis hanc docti censoria virga probarit
Grammatici; tantum res pietasque valent.

---

# CORNELII MVSII DELPHENSIS.

*Vrbani & Solitarii colloquium.*

VRbanus celebrem Monachum quum viseret, atque
Attonitus frontemque hilarem, corpusque videret
Vt prius infractum; verbis affatur amicis,
De multisque rogat hominem (num pectore aperto,
An ficto incertum, nisi quod discederet illinc
Nondum persuasus tali se credere vitæ)
Quicquid id est, solido stantes in cespite, tandem
Alternis breuiter vicibus, hæc seria tractant.
Et prior Vrbanus. vegeto (inquit) corpore quum sis,
Ecquid edis quæso? *Sol.* panem modicumque polentæ.
Atque olus interdum, tenui aut cum lacte legumen.
*Vrb.* Hæc tibi solus habe: sed lasso porrige potum.
*Sol.* Ecce tibi ante pedes puteus, quantumlibet hauri.

*Vrb.* Num

*Vrb.* Num carnes comedis? *Sol.* non sum lupus. *Vrb.* anne Corinthi
Splendida vasa tibi? *Sol.* Samiis iucundius vtor.
*Vrb.* Quis coquus est? *So.* ignis. *Vr.* famulus quis? *Sol.* nolo alere hostem
Ipse domi. *Vrb.* at famula saltem caruisse molestum.
*Sol.* Tartareas habitat hominum aduersarius ædes.
*Vrb.* Vxorẽ sed habes? *Sol.* nõ sum sic stultus vt Orpheus,
Qui nigra Eurydicen rapturus, limina adiuit.
*Vrb.* Cur pulchras adeo & populosas deseris vrbes?
*Sol.* Cur vrbes linquam? curas & tædia linquo;
Effugio & scelerum Lernam, quæ semper in ipsis
Vrbibus & populis regnant, & noxia menti
Multa ferunt secum, quæ vita monastica nescit.
*Vrb.* Viuorum interea spernens consortia, quare
In defunctorum scriptis tam sedulus hæres?
*Sol* Quod minimum à viuis verbo exemploq; bonorum
Percipio, ex libris vt vix mala paucula carpo:
Sic horum assiduus lector bona plurima disco.
*Vrb.* Macte animo felix, sed me discedere tempus:
Nauta vocat. mercator adest. qui mercibus vsque
Atanai aduectis, multa prece sæpe vocatum
Appulit in portum. viso num fœnora multa
Adferat, an vanis fallat mea scrinia spebus.
*Sol* Hei quàm difficile est locupletes linquere Mundum,
Et summa ætherei penetrare palatia regni!

## FVGIENDVM IMPROBORVM HOMINUM consortium.

*Ad Iacobum Sanctaragundum.*

Si vides hæc qua ratione scribo:
(Non enim paruis, Iacobe, causis
Ducor, vt cui sit tua vita iuxta
Ac mea curæ)
Non feres ægrè, puto, si monebo

Pauca,

Pauca, quæ toto (neque fallar) æuo
Proderunt seruata tibi, mihique
Scripta placebunt.
Vidimus multos vitiis sepultos
Tandem amicorum monitis reuixe,
Quæ nisi audissent, vel adhuc malorum in
Fæce iacerent.
Non nigro quod sis scelere inquinatus
Hactenus, sed ne vitiere: mollis
Prurit hinc quando caro, quumque Dæmon
Hinc vafer vrget.
Quumque corrupti socii suos te
Callidè in mores trahere adlaborent,
Hicque te Bacchi, velit hic Diones
Esse clientem.
Sponte nos omne in vitium mouemur,
Nulli vt accedant scelerum magistri;
Desipit quicumque oleum flagranti
Adiicit igni.
Noxium nil est magis ac sodales
Improbi, multi hoc pereunt veneno:
Hos fuge, aut seris senior querelis,
Multa dolebis.
Vt qui equum amisit, nimis ille sero
Doctus, occluso stabulo ingemiscit:
Frustra & ereptum lachrymis puella
Quærit honorem.
Non es è duro rigidus metallo,
Rege nec magno es Solomone maior.
Crede, perfectis etiam nocent con-
sortia praua.
Nemini tutum est colubros fouere,
Nec pedem illæsum facile est referre,
Asperas sentes, tribulosque acutos
Inter euntem.

Quis

Quis picem certa ſine labe tangit?
Quis ſinu flammam gerit haud aduſta
Veſte? vel ſaluo pede quis valebit
Tangere prunas?
Qui periclo adſtat, perit in periclo:
Vnius porci ſcabie occidit grex:
Vuaque aſpecta modò putrefacta,
Putret ab vua.
Quin Deus gentes habitare iuxta
Abrahæ electos vetuit nepotes,
Iuſſit & nunquam ſocia inter ipſos
Fœdera pugnant.
Nempe ne miſti imbiberent prophanos
Gentium ritus, & abominandum
Diſcerent lignum colere, aut rogare
Marmora ſurda.
Tantum habet iuſtæ rationis, atque
Intereſt tantum, quibus & quibus cum
Cæreus viuas; neque debet eſſe hæc
Vltima cura.
Vtilis non ſic regio, nec aër,
Corpori prodeſt adeo ſalubris,
Quam parum firmis animis bonorum,
Crebrior vſus.
Proinde te vitæ populis probatæ
Iunge, qui Chriſti faciant miniſtrum,
Et via anguſta doceant ad altos
Scandere cœlos.
Negligis? certe (veteres quod aiunt,
Cum pares viuunt paribus libenter)
Eſſe te nequam quoque dicet orbi,
Garrula fama.
Cum malis paſſim malus eſſe rectè,
Cum bonis viuens bonus æſtimatur;
Ne nihil referre putes, quid olim
Turba loquetur.

Disce quam vita est fragilis breuisque:
Ille nunc, nunc hic moritur, die hoc tu,
Cras ego, & tandem hac ratione Letho
Dedimur omnes.
Haud secus quam si lanius modò illas,
Has modò educat pecudes, ouile,
Omnibus donec semel interempris,
Reddat inane.
Nec tibi tanti Priami superba
Regia, aut Crœsi fuerint fluenta
Aurea, vt mutare velis caducis
Sidera rebus.
Nempe quid vastus tibi prosit orbis,
Vltimis à Gadibus vsque ad Indos,
Si tua æternos anima, hei, misella
Ibit in ignes?

## OTIVM FVGIENDVM.

*Ad Balduinum suum.*

Otio qui se dederint inerti,
Nec bonis mentem studiis honestant
Semper, ignauum fugiente pectus,
Laude carebunt.
Non pigri fiunt asini celebres,
Laurea & non desidibus corona
Vlla contingit; decus à labore,
Surgit honosque.
Hinc Maro clarus, Lyricusque Flaccus,
Clarus & Flacco similis Secundus,
Qui viri, obscurum, resides fuissent,
Nomen haberent.
Herculem quæ res alia axe dignum,
Quam labor fecit? caput at quid orbis
Perdidit, magnam vitiosa præter
Otia Romam?

Namque

Namque deuictis violenter Aphris,
Romuli pubes malè feriata,
In ſtatim quoduis ſcelus, in nefaſque
Soluitur omne.
Quin ferunt moles Pharios ſuperbas
Condere hîc illic ſolitos, vaga vt ne
Otio, in Regno bene conſtituto,
Turba periret.

Quod velim exemplum quoque Chriſtianos,
Tam ſequi noſtros, mihi quam videtur,
Publicis illud fore perdecorum, &
Vtile rebus.
Non vt altas Pyramides (quod illi)
Commodas nulli, Rhodium aut Coloſſum,
Perdita impenſa fabricentur, atque ad
Sidera ducant.
Templa ſed ſacris populo audiendis,
Et ſcholas condant pueris docendis,
Strenuè aut vallis ruitura denſis,
Oppida firment.

Nempe ſic fiet facilè vt ne egenus
Ciuium quiſquam ſiet, vtque nemo
Sordido ſeſe temerè otioſus
Crimine fœdet.
Nam quid in molles Sodomos amores
Improbos traxit, niſi ſegne mentis
Otium, & nullos manus aſſueta
Ferre labores.

Attalum regem diuturna pax &
Otium fregit, hominemque obeſum
Alteri iuſſit onus imperique
Cedere ſceptrum.
Otium certè mala multa gignit,
Otium nutrit Venerem aleamque,

Otium

Otium robur minuit, virûmque effeminat artus.
Dum virent ergo tibi crura Balde,
Dum cales, velis & equis (vt aiunt)
Otium fontem fugies malorum,
Consule amico.
Teque Formicis ducibus labori
Gnauus accinges, ad Apumque morem,
Non sines multa sine fruge vt vna
Effluat hora.
Hoc enim in primis opus est volenti
Scandere excelsa auricomæ Mineruæ
Templa, & optanti celebres per vrbes
Nobile nomen.

*Ad Maximilianum à Borgundia, &c.*

Vita beata.

Verè quæ faciunt virum beatum
(Christo credere si magis velimus.
Illis quam nimis ethnicis Poëtis)
Illustrissime Maxmiane sunt hæc:
Mens non ambitiosa, sed modesta,
Nec fracta improbitatibus malorum;
Admissi sceleris dolor perennis;
Ardens esuries sitisque recti;
Fratris commiseratio indigentis;
Cordis mundicies, cupido Pacis;
Propter iustitiam pati libenter.

*D. Simpliciani Martyrium.*

Ergo nefando
Simplicianus
Occidit igne?
Et fora multo
Corporis vsti

Puluere ſparſit?
Quæ, rogo; tanta aut
Quot mala ſimplex
Ille peregit:
Quot miſer arcto
Gutture fumos
Hauſerit atros?
Anne veneni
Pocula cuiquam
Miſcuit atra?
Imo prius ter
Letifero ipſe ex
Fonte bibiſſet.
Inuidus an quem
Inſidioſa
Cæde peremit?
Mitis in omnes,
Nulla malignè
Corpora tangit.
Sed male auarus
Multa alienas
Vi rapuit res?
Res cui parua
Sufficit, is nil
Amplius optat.
Aſt ego rurſus
Fanda nefanda
Quærere cogor.
Quod genus ille
Criminis audax
Tale patrauit;
Quod niſi ſolo
Debuit atrox
Igne piari?
Sceptra nefaſto

Improbiore
Regia læsit?
Nil opus illi
Imperio, qui
Paruit vltrò.
An patria exul
Mœnia sæuo
Prodidit hosti?
Pacis amator
Odit acerbè
Semina rixæ.
Impius atquī
Forte parentes
Sustulit enſe.
Gratus vtrumque
Vltima ad vſque
Funera pauit.
Denuò clamem,
Ni prope fracta
Voce fatiger.
Nube ne tanta
Flagitiorum
Vixit opertus:
Dignus vt eſſet
Tam ſceleratas
Pendere pœnas?
Quid, precor, egit
Simplicianus,
Aut quid omiſit:
Horrida nunquid
Eſt Sodomorum
Stupra ſecutus?
Imò vel ipſa,
Fœda pudicus,
Nomina fugit.

Num ſimulacris
Dæmoniorum
Thure litauit?
Non mage quiſquam
Numina falſa
Horruit vnquam.
Nunquid auita
Relligionis
Dogmata ſpreuit?
Aſt ea nemo
Liberiore
Protulit ore.
At noua forſan
Luciferorum in-
uenta probauit.
Illa probauit?
Quin cane peius
Odit & angue.
Deſino tandem
Plura rogare, &
Dicere plura:
Quum modò cauſa
Tota patenter
Clara videtur.
Ille etenim ſi
Talia nunquam
Fecerit inſons:
Hoc ſupereſt, quod
Iuſtus iniquis
Ignibus arſit.
Quod, puta, vera
Eſt pietatis
Verba profeſſus.
Quodque ea conſtans,
Corde manuque ex-

ercuit vſque.
Quod mala nullis,
Quod bona multis,
Plurima fecit.
Hoc capitale,
Hoc ſcelus illud,
Igne piandum.
Ergo nefando
Simplicianus
Occidit igne?
Et fora ſacro
Corporis vſti
Puluere ſparſit?
O bene natum,
Terque beatum
Simplicianum!
Qui pia propter
Dogmata Chriſti,
Igne crematus.
Æthera calcat,
Dira Tyranni
Fulmina ridens.

*Cicconia Delphica, ſiue Pietatis parentum in libros typus.*

*Ad Iodocum Henricum Ædituum.*

Clarum Batauiæ oppidum,
Quum fortè Delphos, nobile,
Incendium proſterneret,
Non cana quantum proximis
Vidit vetuſtas ſeculis;
Res tunc ſtupenda & omnium,
Iodoce, Vatum & Rhetorum,
Vulganda linguis accidit.
Nam quum domorum culmina
Turreſque templorum editas,

Flammæ vorarent stridulæ:
Ecce hic timebat prolibus
Tenerrimis, inuestibus,
Tristis parens Ciconia:
Nec quid misella conferat
In summo opis periculo
Habebat aërium tamen
Tectis in Heuteri arduis
Nidum petit, circumuolat,
Omnesque pertentat vias;
Nunc ore, curuo nunc pede, ex-
èmisse charos impio
Pullos volens incendio,
Donec pijs conatibus,
Frustrata, speque perdita,
Se sponte in ignem conijcit,
Cum dulcibus natis suis,
Malens honestè commori,
Quàm non pia esse & viuere.
Iam Græca sit vel Itala,
Sic quæ in parentes est pia;
Hæc Delphica est Ciconia.

*Ciconia Peregrina, siue Pietatis liberorum in parentes typus.*

*Ad Lamb. Guilielmum Pastorem.*

Insigniter quondam pia
Mater suos Ciconia
Pullos tenellos educat,
Curat, fouetque sedulo.
Idem sibi exspectans seni,
Ac destitutæ viribus,
A prole grandiuscula,
Dulce inuicem solatium,
Nec fallitur spebus suis,
Nam membra proles languida,

Parca-

Parentis ecce debilis,
Suis lacertis sustinet,
Atque ore porrigit cibos.
Romana an hæc Ciconia,
Lamberte, sit vel Attica,
Peritiores disputent.
Nobis satis superque sit,
Cuias ea ipsa cumque sit,
Quod impotenti & indigæ
Matri rependerit vices.
Nos Christianos interim
Typo sacrato commonens,
Vt gratias parentibus,
Pro tot pijs laboribus,
Ne negligamus reddere:
Nam turpe sanè & impium,
Esset Deo simillimos,
A bestijs volucribus
Virtutè prima vincier.

*Radix vitiorum.*

Si Deus in nobis, Scriptura vt mystica dicit,
Veraque, vt constat, certificaque fide:
Quur ipsum minimè sentimus? multa quòd eius
Est (pudor) in nobis gratia semper iners.
Quur pigra in nobis est gratia? quod puta nunquam
Hanc humili petimus sollicitaq; prece.
Quare non petimus? quia non pro viribus, & non
Toto ritè Deum pectore diligimus.
Quur non diligimus? quia non cognoscimus ipsum.
Quur ita? quod notus sit sibi nemo satis.
Quid porrò causæ est, nos quod non nouimus ipsi?
Quod nulli curæ sit sua vita sibi.
At nostræ haud quaquã quod vitæ intendimus, vnde est?
Cæcatus mentis quod nimis est oculus.
Quí mens cœca adeo est? fluxarum puluere rerum,

Totaque terreno contemerata luto est.
Quæ ratio est? proprios affectus linquimus ægrè,
Nolumus inque vno figere corda Deo.
Hinc lucis nunquam sese irradiatio profert,
Gratia & in nobis otia semper agit.

---

## SAMVELIS NÆRANI DORDRACENSIS.

*Adr. Matheneſio & Corn. Mylio.*

DEbebar totus Patriæ: sed per duo lustra,
Iniecta tenuit Gallia blanda manu.
Ignoscent Batani. Ver nostrum habet illa, sed ipsis
Auctumni tempus seruiet omne mei.
Exiguum refert arbor quo floreat horto,
Mitescant domino dummodò poma suo.
Si tamen & flores poscuntur donaque verna;
En etiam flores donaque verna damus,
Illa tuæ si tutelæ dignaberis vmbra,
O decus Aonij præsidiumque chori;
Forsitan à vestro poterunt sperare fauore,
Sperare à pretio quod nequiere suo.

*Maximil. Bethunæo, Marchioni Rhodonicenſi.*

Illustris Heros, quique auitum illuminas,
Idemque lumen lumine exstinguis tuo;
Tuas merenti quis canat laudes tuba?
Quacunque vasto porrigit fines sinu
Paterna tellus, debet immensum tibi.
Exhaustus omnis fiscus Harpyia manu,
Dextræ salutem reddit acceptam tuæ.
Tibi imputandis roboratus viribus,

Tuo

Tuo labore redditus Maruors sibi,
Armis Iberum territat ferox nouis.
Hoc restat vnum, laudis ad culmen tuæ,
Patriæque terræ; sedibus Musæ suis
Vt restitutæ floreant cultu nouo.
Accinge mentem heroico molimini
Illustris Heros: dulce succurrat tibi
Ver illud æui, lacte lactauit suo
Quod Musa nutrix: siste paullùm Martias
Curas, & illi mutuas refer vices.
Si iam tenacis qui manus repagulo
Obstructus est fons Pegasi, mox vbere
Deuoluet vndas amne; te Fauonio
Difflante, quidquid cursui obstitit, tuo.
Tunc Musicus grex rore saciato madens,
Maroniani nixus alis pectinis,
Te digno in astra subuehet præconio:
Arente qui nunc fauce rauescens, sitim
Vix voce quiuit languida queri suam.

*In quercus prostratas, ante Bullionæi reconciliationem.*

Quum Notus; insano bacchatus turbine nuper
Sterneret euersis quercubus omne nemus:
Cernere rebamur stragis simulacra futuræ:
Horrebant vano credula corda metu.
Omina venturæ non irrita nuncia sortis
Illa quidem: at placidæ nuncia sortis erant.
Vnum qui ciuem cædi subduxerat, illi
Ornabat quondam querna corona caput.
Innumeros subducturus cùm Rex foret, illi
Querna coronando silua paranda fuit.

*Duci Bullionæo Resp. Sedanensis.*

Blanda tenet Boreas expulsi regna Fauonij,
Et vernum verno tempore tempus abest.

Hoc pateris Phœbe, & torrenti frigore vinctam
Nec radius laxat, nec tepor vllus humum.
Non ego pro Veris reditu tibi nuncupo vota:
Cum Veris reditu nil mihi cumq; tuo.
Tu modò, Dux, noſtri qui mutas pectoris Horas,
Tu modò da radios cernere poſſe tuos.
Ver hiemat, ſi quando mihi te ſubtrahit illud:
Vernat hiems, quoties te mihi reddit hiems.
Vel Borea bacchante redi. ſit Bruma licebit,
Non deerit Zephyrus, te redeunte, mihi.

*Philippo Mornæo.*

Mecœnas, infante patrem te voce ſalutat
Pieris: infantis ſuſcipe vocis aue.
Suſcipe, ſed natum genitor qua fronte tenellum,
Quum didicit balba dicere voce, Pater,

*In Philippei Mornæi mortem.*

Mornæi dum celſa petit patris æmula virtus,
Nec ſeſe patitur ſtirpis honore premi,
Fulmine deijcitur, tot Lauri Martia circum
Tempora in hoc vires non habuere ſuas.
At cur non potius votis mediocribus vſus,
Non adeo præceps laudis iniuit iter?
Hoc animus nequijt natus ſublimibus auſis
Ignis erat totus; quid niſi celſa petat?

*Reduci Tileno.*

Gaudete ô iuuenes, viri, ſeneſque,
Et quantum eſt hominum eruditiorum.
Soſpes redditus eſt Tilenus vrbi,
Quæ deſiderio illius liquebat.
Nam Sol eius erat, tenaſque amabat
Illam non ſecus ac ſuos ocellos;
Nec caro potuit ſinu reuelli:

Sed

Sed procantibus his modo, & modo illis,
Antiqua tamen arsit vsque flamma.
Is nunc carpsit iter diu cupitum,
Illinc, vnde negat diu redire.
At vobis bene sit boni Fauonij
Pacis, qui bona rapta reddidistis;
Astris æmula qui ora rettulistis.
O factum bene! ô Tilene salue.
Tuo nunc reditu redux Apollo
Ipsi restituit sibi sedanum.

*De Quirino Blauio, Couerdæ propugnatore.*

Quid, Verdugo, tuo Couardam milite cingis,
Hispanoque paras supposuisse iugo?
In cassum pugnas. Duce stat secura Quirino.
Romuleæ vinci non didicere manus.

*Eidem. de effigie Ludouic. Guliel. Nassouii.*

Nassouium Comitem, cur hac in parte locasti
Hinc illic, Blaui qua latus arma tegunt?
Armorum studio cui nil est gratius, illi
In mediis armis debuit esse locus.

*Gul. Cragio ducenti Claudiam Gorinam.*

Incassum Venerem Phœbeo numine freti,
Incassum pueri spernimus arma Dei.
Omnibus intentat Veneris puer improbus arcum;
Omnibus intentat vulnera sęua Venus.
Hærebat Martis Cytheræa implexa lacertis;
Iudicium claudo fecit Apollo Deo.
Hinc odium Venus in Phœbi concepit alumnos.
Hinc inimica illi spicula vibrat Amor.
Ex illo, vrna capax gentis permixta profanæ
Nominibus pariter nomina sacra mouet.
Serius aut citius sors ducitur illa vel illa,

Hunc

Hunc illum Veneris ſuppoſitura iugo.
Iam tua ſors exit: tranſfixa cupidinis armis
Ah tua iam, Cragi, pectora vulnus habent.
Pectora vulnus habent, nec ei medicatur Apollo:
Nil hîc dictamnus, nil panacea iuuat.
Claudia ſanabit i nunc mentire Galene
Sanari nulla vulnera cordis ope.

*In ſecundas nuptias G. Donalſoni.*

In lacrimas totum te ſenſit vt ire Cupido,
Dum luges ſociæ funera cruda tuæ:
Vulnus ait tibi fecit amor, qui vulneris auctor
Ille tui medicus vulneris vnus erit.
Exſtinctam mox tædam oculis accendit Eliſæ,
Et rediuiuo undans vſtulat igne iecur.
Protinus areſcunt lacrimæ, flammæque voracis
Membra vagus ſerpit liquefacta calor.
Nunc eat, & quiſquam crudelem dicat Amorem:
Nunc eat, & ſæuas, clamitet eſſe faces.
Illacrimabilium vulnus lethale ſororum
Vitali tædæ vulnere ſanat Amor.

*In nuptias Fr. Demerleri*

Intentabat Amor Franciſco vulnera: Phœbus
Opponit telis tela, facemque faci.
Improbe tu ne meum mihi ſic fureris alumnum?
In mea cæce puer, quid tibi iuris, ait.
Hunc exceperunt primum de matre cadentem
Pierides: ſuccis hunc aluere meis.
Tunc Amor: o ingrate tuum ſtat numine noſtro
Numen: habes noſtro numine quidquid habes.
Si per me nemo veniat ſub luminis auras,
Quis tibi quas iactas poret ineptus aquas?
Cedo mihi teneros annos, tibi cedo ſeniles:
Sed volo ſint, qui ſunt inter vtroſque, mei.

Ponite

Ponite Dij finem rixæ: potietur amato
Milite vterque Deus, miles vterque Deo.
Cæcus Amor gaudet tenebris; oculatus Apollo
Lumine: Amor noctem sumat, Apollo diem.

*De sponso imberbi.*

Imberbi mento dare Demerlerus Amoris
Militiæ nomen dicitur ante diem.
Imberbi, mento ducit sua signa Cupido:
Par ne duci miles militat ante diem?

*D. Tileno.*

Dux Amor vt puer est, puero sic milite gaudet;
Ne tamen ista senex castra, Tilene, fuge.
Nil heic Medea, magicis nil est opus herbis,
Vt redeat posito læta iuuenta sene.
In puerum te vertet Amor. quid non queat is qui
In formas quiuit vertere mille Iouem?

*Eidem.*

Ne, Tiline, senex fugienda Cupidinis arma
Esse tibi censе, quod puer ille Deus.
Sectari sua castra senes vult hic Deus vnos:
Non etenim, nisi sit bis puer, vllus amet.

*Aliud.*

Ales Amor pueros aut accipit aut facit omnes:
Sic pueros ducit iure Cupido puer.

*Isaco Fratri lugenti obitum uxoris,*

Digna viro coniux, & eras vir coniuge dignus:
Ambos igne pari mutuus vsit amor.
Pectoribus viguit velle vnum & nolle duobus:
Tu vita & cor eras coniugis, illa tui.
Soli tamen coniux immiti funere rapta est:
Nec mortem illius mors comitata tua est.

Quin

Quin potius tantum pars coniugis altera rapta est,
Et pariter pars est altera rapta tui.
At tu cor nimio, frater, ne carpe dolore:
Adde modum curis, fletibus abde modum.
Natiuus viden' vt tibi pœnæ exaruit humor,
Et confecta color decolor ora notet?
Parce tibi, vt parcas illi, pars altera cuius
Te viuo viuit, te pereunte perit.

*De Gerardo Hertenio Ecclesiaste.*

Hertenio linguæ minus esse volubile plectrum,
Et quereris vocis lenius ire sonos.
Nempe illi in summo non nascitur ore loquela,
Illa sed eximo pectore ducta venit.

*De Charronia & Ionstono, amicorum pari.*

Huc adsis, animam totam qui posse latere
Corporis in quauis parte, Sophista, negas.
Ionstonus pars est nostri. Charronius est pars:
Me tamen hic totum, me tamen ille tenet.

*In Pappum.*

Fert quod equus Pappum, Christumq; ferebat asellus,
Non est ie quod hero præferat ille suo.
Sed Christum vt sectetur, equo vectetur oportet;
Nam multis passûm millibus iste præit.

*In Budæi epistolas à Bercheto illustratas.*

Desine, Sedanum, Bercheti funera flere:
Ille manet pubis doctor, vt ante, tuæ.
Ante tuæ tantum doctor fuit ille iuuentæ;
At pohac doctor totius Orbis erit.
Quid refert? lucis decedit nil tibi, quamuis
Sol radios toto spargat in orbe suos.

*Albo Ioan. Arnoldi inscriptum.*

Amoris Album pectus est, meus tui

Ion-

Inuſtus hæret pectori meo-tuo.
Tu mutuam refers vicem; tuus mei
Inuſtus hæret pectori tuo-meo.
Alterius alter poſſidet cor: abſonum eſt
Cor poſſidentes, pignus eius poſcere.

*M. Gualteri albo.*

In niuea charta cur dextera ſignat amorem?
Eſt quoniam niuei pectoris hoſpes amor.

*Arnoldi Vriſii albo.*

Dextra manus fidei ſacra eſt: hinc mutua fidæ
Signat amicitiæ fœdera dextra manus.

*Nicol. Hartſtakero.* alluſum nomini.

Quærere quid ſatagis, quod non habet Orbis, in orbe?
Eſt hodie vanum nil niſi nomen amor.
Sincerum iunxiſſe tibi vis frater, amicum?
Totus amor Chriſti ſit tuus vnus amor.
Ille tui quanto flagrabit amantis amore,
Suffixus pro te qui fuit hoſte cruci?

*Ad Fr. Perrottum.*

Bibliotheca foris tua cur, Perrotte, vagatur?
Omnis es ipſe tibi Bibliotheca domi.

*D. Brucio cum ei daret Grotii Chriſtum patientem.*

Hoc tibi nil potui, Bruci, dare munere maius,
Nam Batauus maius nil habet hoc Batauo.

*De Thieriato poeta.*

Thieriatus claudet; ſed ei ſuccurrit Apollo,
Reſtituens vno pro pede mille pedes.

*In Epigrammata ſacra Aug. Cailleti.*

Corrumpant alij verſu lenone iuuentam,
Queis Venus & Veneris ſemper in ore puer.

Caillerus

Cailletus mentem meliori percitus œstro est;
Cui Deus & Christus paginam vtramque facit.
Isacio manant illi pia carmina fonte:
Isacium ad fontem Castalis vnda nihil.
Henrici quarti, Dionysii ne quid in vrbe
Quæsieris: totum Flexia mater habet.
Regis vbi Cor est, rex conditus est ibi totus:
Cor etenim totus, dum fuit, ille fuit.

*Ad Charronium de morte eiusd Regis.*

Charroni, quid fles Henrici funera rapti?
Tempore non potuit commodiore rapi.
Ante ratem pelagi subduxerat ille periclis;
Ante ratem tuta fecerat ire via.
Tam bene cum clauum puerilis dextra gubernet,
Nil opus est vltra viribus atque viro.

*Ioan. Narsio sponso.*

Bis viduata viro coniux tibi ducitur: errant
Qui credunt rebus te studuisse nouis.

*In Sosibianum.*

Inficias, quis eat scribi tibi carmen acutum,
Quum sciderit iugulum Sosibiane tuum?

*In Isaacum Casaubonum.*

Quid Romam Romæ, quid Athenas quæris Athenis?
Nomen eis tantum restat inane sui.
Parrisios hæ migrarunt, migrauit & illa:
Nam Casaubo sinu clausit vtramque suo.

*De eodem.*

Miraris quod Parrisij Casaubo Lycæi
Personat eloquio pulpita nulla suo:
Qui totum flammis implet radiantibus orbem,
Includi spatio Sol breuiore nequit.

De

*De eodem.*

Franciſcus Rex, Muſarum quod amauit alumnos,
Impleuit fama Solis vtramque domum.
Illius eſt heres Henricus amoris; amorem
Cur parilem parilis non comitatur honos?
Diſſimiles hac parte quidem, quod fouerit ille
Innumeros; vnum quod fouet huius amor
Sed cum, quæ innumeri callebant ſingula, cuncta
Calleat hic vnus, quis neget eſſe pares?

*Ad eundem.*

Quæ modo Turnebi nituit, quæ luce Budæi,
Nunc Caſaubo, tua Gallia lucet iter.
Sidera ceſſerunt Soli. qui priſca requirit,
Sideribus Solis poſthabet ille iubar.

*Eidem Bibliothecæ Regiæ præfecto.*

Græcia quos iactat, Phœbi quos iactat alumnos
Roma, tua cunctos ſub ditione tenes.
Eloquij Suadela. & mentis acumine cunctis
Cum præcas, cunctis iure Caſaubo præes.

*In leges ſcholæ Sedanenſis.*

Morum malorum peſtilentis tempori
Elide fibras, atque virtutem inſere:
Primis in annis ductilis puertiæ
Flectenda mens eſt: ſerus illam corriges
Adulta poſtquam eſt, inque prauum induruit.
Eſt lenitas crudelis. Indulgentia,
Mentita vultum caritatis, caritas
Seueritate, comitate auctoritas
Periclitatur, omne fert punctum ille, qui
Comis ſeuere comiter ſeuerus eſt.

*In effigiem Quercetani Chymici.*

Chymia Princeps artium Æſculapij,

Confecta telis liuidis calumniæ,
Agebat animam. non tulit tantum nefas
Gallus Machaon, sed stitit vitæ fugam.
Vitam medelę plurimi debent suam:
Medela, Quercetane, quod viuit, tuum est.

*Victoria sui maxima. Symbolum Ain Gronuelti.*

Sæpe licet densas fudit tua dextra cohortes,
Cingat & inuictum laurea multa caput:
Cedis Alexandri tamen hac in parte triumphis;
Nam victor mundi totius ille fuit.
Sed dum tu te, Gronuelti fortissime, vincis;
Magnus Alexander cedit honore tibi.
Nam quicunque sui est victor, victor quoque mundi est:
Sed non qui mundi est, victor & ille sui est.

*In Charilum.*

Quis dubitet Flacco, quis te certare Maroni?
Æqua vel Orphææ sunt tua plectra Lyræ.
Stipitibus placuit brutisque animantibus Orpheus,
Chærile tu brutis stipitibusque places.

*Hieremiæ Bertaldo patrem lugenti.*

Occubuit pater, heu! tuus, at canentibus annis;
Flenda patris; parce funera flenda senis.
Esse breuem fas est luctum post gandia longa:
Post longam breuis vt nox solet esse diem.

*De Desid. Erasmo cœlibe.*

Non nisi Phœbeo cur arsit Erasmus amore?
Non nisi Phœbeo quia Phœbus vritur igne.

*In domum Gul. Bardesii, Alcmariæ.*

Non secus atque ignes nitet inter Luna minores,
Sic nitet in domibus Bardesiana domus.
Illa quidem pulcra est, sed pulcrior hospite non est;

Quem

Quem decorant Musæ Suada, Minerua, charis,
Et quæ virtutes in se complectitur omnes
Orta polo pietas, nata parente Deo.
Sic vt in ambiguo sit, pulcrius hospite num sit
Hospitium, anne hospes pulcrior hospitio.

*Ioanni Arnoldo.*

NVllo Arnolde tuas quod signo carmine laudes,
Non fit quod noster non satis ardet amor.
Nec tibi deuotum liuor cor æmulus vrit:
Liuorem summus candor habere nequit.
Tum quoque si inuideam, inuidiæ sint irrita tela:
Culmina nam laudis sunt nimis alta tuæ.
Cur igitur taceo? cum ego sim tu, tuque ego cum sis,
Nempe pudet laudes me celebrare meas.

*Albo Iani Rutgersii.*

Leues amores penna testetur leuis,
Vt sunt quibus Cupido pennatus pater.
Stabiles amores, qualis est meus tui,
Amice Rutgers, cui tua est virtus parens,
Instabile pignus non bene obsignauerit.

*Fridricus Palatinus*, Anagr: *In Aprili das fructus.*

In viduis, Fridrice, heres deberis habenis
Destituit Patris quas manus ante diem.
Sed patriæ clauum puerili credere dextræ,
Non interrupto lex rata more vetat.
At, quia tu fructus ætatis das in Aprili,
Nil successorem te vetat esse patris
Te puerum dicet, si quis te censeat, amnis:
Annos te si quis censeat, esse virum.

*Dauid Liquæus*, Anagr: *Dia vsque lucida.*

OCelle vatum, vena cui Bartassio

Satura liquore, melle diffluit mero;
Vel luscioſis (teſtor exemplum meum)
Illucet oculis ingenij lumen tui.
Fruſtra latere quæris & te ſubtrahis
Famæ præmenti: nomini fruſtra tuo
Obtendis vmbram; erumpit inde Lampadis
Solaris inſtar vſque dia lucida.

*Ioannes Rutgerſius.* Anag: *Ingenioſus & rarus.*

Ingenioſus & eſt rarus Rutgerſius: implet
Vere menſuram nominis ille ſui.

*Arturus Ionſton.* Anagr: *Virtus nos ornat.*

Non faſces, non eloquium, non mentis acumen,
Non cenſus, non nos ſtirpis honeſtat honos:
Verum nobilitat mortales vnica virtus.
Hæc, Chriſte, in ſponſo dos placet vna tibi.

*Matthæo Sladæo præceptori.*

Melpomenes, Sladæe, meæ pater, accipe fruges:
Quas genuit cultu terra ſubacta tuo.
Si non tam ſterili mandaſſes ſemina glebæ,
Frugibus innumeris luxuriaret ager.
Quo natura ſoli minus eſt fecunda, colono
Denſior hoc laudis pullulat inde ſeges.
Maius opus ſpicam Libycis abradere arenis,
Quam metere in Siculo millia multa ſolo.

*Henrico IV. Galliarum Regi.*

Rex magne magnis maior auis; tibi
Se debet omnis Gallia: Lilium
Flos ille florum te vigorem
Exanimem reparat colono;
Et arefactas tollit humi comas,
Odore fragrans, cuius ad halitum

Deſc-

Defectus Hiſpanus labaſcit;
Vita redit fugitiua Gallis.
Tu mente vincis Neſtora, Martiæ
Præſtas Achilli fulmine dexteræ,
Nulli ſecundus, cuique nullum
Vlla dies genuit ſecundum.
Eſt & tyranni, ſubdere corpora:
Laus priua regis, ſubdere pectora.
Marcere neſcit quæ cruore
Palma viret rubefacta nullo.
Vt par es vnus tu tibi, ſic tibi
Impar es vni. te niſi vinceres
Cunctis fores inuictus: idem
Te ſuperas, ſuperes vt omnes.

---

# LVDOVICI NONII ANTVERPIANI.

*In nuptias Ioan. Wouerii.*

Vrania qui matre ſatus, Bromioque parente,
Huc facilis venias, ſolitus coniungere vinclis
Diſſona comparibus, mundique elementa iugare:
Maternos nunc linque choros, & Theſpia rura;
Huc lætos deflecte pedes, ad mœnia celſa,
Cæruleus placido quæ ſtringit flumine Scaldis.
*Huc* felix Hymenæe veni, feſtiue Hymenæe.
Namque Cupidinea percuſſus arundine Caius,
Indomitos ſentit formoſæ virginis ignes;
Et Caiæ in caſta defixus imagine torpet.
Nec minus inſueto langueſcit vulnere amoris
Aduaticas inter non vltima virgo puellas,
Vnius & Caï ſperati paſcitur igne.

*Huc* felix Hymenæe veni, festiue Hymenæe.
Quid cunctaris Hymen? Veneris prænuntius ignis
Iamdudum tremulo persultat lumine cœlum,
Atria iam quinis resplendent lucida tædis,
Legitimè lana vestitur ianua molli,
Et festi postes ornantur virgine Lauro,
Cernitur & media lectus genialis in aula.
*Huc* felix Hymenæe veni, festiue Hymenæe.
Nonne tibi cessare nefas? iam Diua iugalis
Et Cytherea venit, celsam linquens Amathunta;
Et pater ipse Deûm, Suada, & Dictynna virago:
Te dudum expectant, Diui tua iussa morantur:
Te sine nec fas est cupidos coniungere amantes,
Nec lucere facem, nec fas iunxïsse cubile.
*Huc* felix Hymenæe veni, festiue Hymenæe.
Lutea nunc castos obnubant flammea vultus:
Tangite nunc dextris ignemque vndamque iugalem.
Quid nectis noua nupta moras? quid gaudia celas?
Iamdudum expectat coniux, nec gaudia celat.
Tempus adest auida totiens quod mente petisti;
Quo felice iugo celebres connubia læta.
*Huc* felix Hymenæe veni, festiue Hymenæe.
Ecce Hymenæus adest, portans noua gaudia nuptis:
Ecce venit croceis indutus crure cothurnis;
Flammeolum dextra gestat, tædasque sinistra;
Illius & verni præcingunt tempora flores;
Concordesque thoros felici carmine tandem
Concinit, & tali sancit connubia voce:
Felices iuuenes, & felix copula amantum,
Quos parilis sociauit amor, cornice secunda:
Fortunate nimis tam casta virgine coniux;
Fortunata nimis tam digno coniuge virgo.
Musarum hic decus est & Phœbi maxima cura;
Nec minus ac Phœbus fouet hunc Cyllenius ales:
Et decus hæc Charitum, Veneris non vltima cura;

Cum

Cum Venere hanc Pallas ſimili ſectatur honore.
Ambo pares animis, virtute, opibuſque & amore:
Et Caia dignus iuuenis, Caioque puella.
Viuite concordes animis, Thalamoque beato
Ludite concordes, atque arctis corpora vinclis
Nectite, quæ ſuperent hederas, lentoſque corymbos:
Ludite, & inſigni ſobole exercete iuuentam.

*In Lipſii obitum.*

Magna anima, æthereum quam ſupra euexit Olympum
Æternus genitor, ſolioque locauit auito:
Da faciles threnis aures ne ſubtrahe vultum,
Nænia funereos mea dum perſoluit honores,
Et buſtis extrema tuis Epicedia cantat.
At quinam gemitus, vel quæ lamenta dolori
Sufficient? claros cineres, quæ Præfica, Lipſi,
Perfundet lachrymis? an quæ mœſtiſſima mater
In Sipylo queritur bis ſenas Tantalis vrnas?
An fletu liquefacta ſuo Mæandria Biblis?
An Phaëthonteo quæ in funere diriguerunt
Heliades? anne Eois emerſus ab vndis,
Ferales planctus Hyadum chorus occinet orbi?
Tu longæua Themis, doctâ tu Pallas ab arce,
Dic tumulo leſſos, & ſingultantia luctu
Plectra moue; & taxis crines & tempora vela:
Ante fores nullo frondeſcat culmine laurus,
Sed plorata tuos poſtes cypariſſus obumbret;
Nam cecidit vates Helicon tuus. O vbi triſtes
Siccabis lachrymas Grudium! quanto vndique queſtu
Pulpita, Cecropiis certantia pulpita Athenis,
Mœſta ſonant? vacuæ lugent Doctore cathedræ.
Martia ſic magni in Ciceronis funere Roma
Ingemuit quondam; Latiæque ſilentia linguæ,
Vos ſeptem colles, vos flêſtis roſtra Quirini.
Sanctius ecquis enim coluit ſacraria Phœbi?

Gorgoneo admouit quis dignius ora liquori?
Testis inexhausto est facundia pectore diues:
Seu lubuit vincire modis effamina certis,
Seu lubuit voces animare lepôre soluto.
Qualiter assurgis? quàm denso pondere mentes
Afficis & dulci perfundis nectare sensus?
Non tibi Nelides, non se tibi conferet Heros
Dulichius, breuitate potens non frater Atridæ
Non tua Tellenis turgescit pagina nugis,
Aut populo phaleras, & inania cymbala vendit
Sed solidæ passim virtutis semina spargit,
Lectoremque auidum generoso replet honesto.
Nec tibi morosa dictatur epistola cura,
Aut facilis, nulloque venit impulsa labore.
Non ieiuna tamen, ridenda aut ilia ducit,
Cecropio sed melle madet Latioque lepôre.
Tu miseros Belgas, afflatos turbine belli,
Erigis eloquio, magnisque hortatibus imples:
Et tua nos docuit constantia ferre pericla;
Atque animum infirmum triplici firmare metallo,
Fortunæ aduersus ludos, & lubrica rerum.
Tu veterum mores scabra rubigine secli
Eripis, atque nouo cogis splendescere cultu,
Per te nigrantes Mauortia Roma fauillas
Excutit, & longæ posito squallore senectæ,
Ecce alios iterum melior iuuenescit in annos.
Iam priscas miratur opes. & robora regni,
Et modò Tarpeio Capitolia celsa Tonantis
Fulgere colle stupet; circum delubra Deorum
Obtundunt trepidos oculos fulgore metalli.
Innumeri hinc arcus, spoliisque ornata trophæa,
Hinc Thermæ occurrunt, hinc admiranda Theatra:
Deliciasque suas, sæuæ spectacula arenæ,
Atque Theatrales gaudet cognoscere plausus.
Consiliis, monitisque tuis, vestigia Regum

Lubrica

Lubrica componis, Consi penetralibus haustis,
Queis populos iustis valeant compescere habenis.
Iam te quis Martis tenuit felicius artes?
Militiæ dum prisca doces præcepta Quiritum,
Queis tectus veniat telis in prælia miles:
Qua deceat fossa, valloue includere castra:
Mœnia quam vario prosternat Machina pulsu.
Martia quæ tantum pubes miratur, vt vltro
Cedant arma togæ. concedat Laurea linguæ
Singula quid memorem? non vestigata priorum
Ingeniis, tenebrisque diu damnata profundis
Extrahis. & primus luci commissis apertæ.
Te sine Zenonis latuissent scrinia. Magnum
Crantora quis nosset? demorsoque vngue Cleanthem,
Ni tu Stoicidum renouasses atria sectæ?
Quid lota senta situ Scriptorum, aut mersa veterno,
Vindice te, referam, solitum spirare decorem?
Non tot in Augeæ stabulo exanclasse labores,
Euristi imperio, fertur Tyrinthius heros;
Tædia quot passus, dum cœca nocte latentes
Eripis Auctores, mendis, blattisque fugatis.
Luce noua melior Tacitus, Senecæque coruscant,
Atque alii Proceres, Latium quos vidit & Hellas.
Pileolo ornati, raso te vertice, Lipsi,
Sectantur cuncti; sic libertate recepta
Hostili fuerant quondam qui carcere clausi,
Læta triumphalis comitantur syrmata pompæ.
Quam tibi blanditur Iessæi germinis altrix?
Illa cui extremos calamus seruauit honores;
Dum quæ Belga videt, per te miracula vulgat,
Quæque prius Hallis, nunc patrat Colle Sichemi:
Talia, quæ veniens auida bibet aure vetustas,
Iuratasque dabit fidei euanescere pestes.
Sed quid ego hæc, inopi sperem deducere vena,
Ingenii monimenta tui! quæ dicere fama

Nulla poteſt, quamuis centeno peronat ore.
I Muſa. & cordis te per penetralia gyrans,
Arcanos animi penitus expende receſſus.
An refercs faciles & non ſine pondere mores?
An niueum & nulla tinctum ferrugine pectus?
Quæ probitas oris? frontiſque modeſtia quanta?
Illa dedit ſæuas te ſuſtentare procellas
Inuidiæ; & rabidæ contemnere prælia linguæ.
Nec tua, in alterius iugulum facundia famæ
Hac duce deſcendit dentesque armauit acutos.
Sed cum alii plenis ſpargunt conuicia plauſtris,
Innocuos tantum luſus ſine felle reponis.
At quid in immenſo laudum æquore naufragus erro?
Nam decus hoc, dignum meliori viuere ſeclo,
Ah dolor! ah lachrymæ! mors inuida ſuſtulit orbi,
Redderet vt cœlo, cœleſtis particulam auræ,
Vtque nouum patrio ſociaret ſidus Olympo.
Felix ô nimium Lipſi! qui ſaxa doloſa,
Et dubios vitæ ſcopulos, Syrteſque latentes
Emenſus, tandem tuta in ſtatione locaris.
Iam tenebris expers, & vera luce refulges,
Illuſtres inter cuneos, Maneſque beatos:
Hic vbi perpetuo via lactea lumine candet
Vnde hominum miſerans deſpectas viuere inane,
Et Patriæ ancipites caſus, & triſtia fata,
Reſpice nos felix; ſupremaque munera buſti,
Quæ tibi funeſto ſoluit mens ſaucia luctu,
Suſcipe; & affectus ne deſpice Iuſte benignos.
Sic leuior ſemper tellus tibi vernet in vrnâ,
Oſſaque ſic tumulo molli compoſta quieſcant.

NICO-

# NICOLAI OVDARTI BRVXELLENSIS.

*In obitum Lipsii ad Dionys. Villerium.*

LIpsius Aonidum summus Sophiæque Sacerdos
Occidit; exsequias Palladii ite chori.
Ite pii iuuenes, & tundite pectora palmis,
Et calido teneras imbre rigate genas.
Squallida pro nitido sumatur vestis amictu,
Næuia pro læto carmine mœsta sonet.
Quid iuuat Autolycis querulos impendere versus?
Indigna est numeris decolor vmbra sacris.
Triste viri clari tristes deducite funus,
Non est in toto dignior Orbe cani.
Omnes qui Sophiâ colitis duce & auspice Musas,
Tu tamen ante alios, Villeri amate, dole.
Magna fuit Magni tecum coniunctio Lipsi,
Et stetit in nulla saucia parte fides.
Inter se quales Damon cum Pythiâ amici,
Mutuo in affectu talis vterque fuit.
Quid tamen ista fides? calami quid gratia docti?
Quid mens omnigenis nobilitata bonis?
Quid vixisse iuuat non vlla labe notatum?
Inclyta Belgarum gloria nempe iaces!
Moribus antiquis poteras superare Catones,
Tincta serens docto plurima scripta sale.
Non fuit hoc æuo, nec erit præstantior alter,
Secula prisca etiam non habuêre parum.
Raptus es inuidiâ, neque enim tu bella mouebas
Integer, & niueæ non nisi pacis amans.
Atqui sæua inter viuunt Lestrygones arma,

Et

Et durant multi per fera bella ſenes.
Magnus eras, magnum neque te tamen ipſe ferebas,
Grata fuit ſemper vita modeſta tibi.
Paſcebas diam ſincero dogmate mentem,
Curaque erat puro fonte leuare ſitim.
Viuit hebes Bauius, turbatque ſacraria Phœbi
Mæuius, & Clariæ Zoïlus oſoraquæ:
Viuit & aſtrifero Timon inuiſus Olympo,
Et rabido doctos ſanctaque dente petit.
Occidit ille ſui decus indubitabile ſecli
Lipſius, ætheriâ munus ab arce datum.
Optima quæque rapit prima, inclementia fati,
Extendunt curſum deteriora ſuum.
Vidit iners Drances animoſi funera Turni,
Occubuit mœchum Troilus ante Parin.
Quid porrò referam pro te pia vota bonorum?
Vota ſuos. eheu, non habitura Deos!
Vltima nox aderat, noctis caritura ſequelâ,
Depleratque tuam Parca maligna colum:
Nec tamen extremæ titubas in puluere Luctæ
Chriſte Pia, dixiſti. Cum Genitrice Faue.
Sublimi in cœlo locus eſt, doctorum vbi Manes,
Aſſiduè gaudent concinuiſſe Deum:
Triſtia perturbant animas vbi nulla beatas,
Sont bus acceſſus quò via nulla patet.
Langius eſt illic. eſt culti Bencius oris,
Victor ibi bellè ſe Giſelinus habet:
Spectat & vſque ſacros Virrus Busbequia iuſſus,
Deinius ac de ſe Lemmata amica legit.
Lipſius hos inter geniali ſede receptus
In ſua conuertit Cœlituum ora choros.
Oſſa ſacrata tegit tumulus pro nomine, paruus,
Hoc ceſtro inſcriptum qui breue carmen habet.
Colligor è lachrymis cœtû placuiſſe proborum:
Æqua fuit ſemper mens mihi dante Deo.

Ad

*Ad eundem D. Villerium.*

Villeri ab Illustris calamo mihi cognite Lipsi,
Mentis ab aspectu note deinde magis:
Quando vel absentes sese agnoscuntque videntque
Puri animi, Philio ritè litantque Ioui:
Accipe communi celebratum funus amico,
Nosse tuum Oudartum, fors quoque vt inde queas.

*Epitaphium Lipsii.*

Hoc tegitur corpus Magni sub marmore Lipsi,
Sed tegitur nullo viuida fama loco.
Quo moriente dedit gemitus Sophia alma, sibique
Supremum metuit tristis adesse diem.
Quisquis ades, bene dic cineri, bene Manibus opta:
Primorum primum non coluisse nefas.

*In Manes Lipsii secundi adfectus.*

Quando dies rediit, qui, dum mihi vita manebit,
Semper honoratus, semper acerbus erit:
Annua solenni quo ritu ad sacra coïmus,
Soluimus & Lipsi Manibus inferias:
Religio fuerit, rudibus quantumlibet, illum
Versibus indictum præteriisse meis.
Lux decima Aprileis lachrymabilis ante Kalendas,
Attulit, heu, nobis hunc sine luce diem!
Deseruit magnus quo mœstum Lipsius Orbem,
Lipsius Astrææ Pieridumque genus.
Lipsius omnigenæ doctrinæ condus, & idem
Promus, & Antiquis Moribus vsque pius.
Ergo iaces Sophiæ decus ô clarissime Lipsi?
Ergo iaces bifidi gloria prima iugi?
Nec tua te virtus, tua nec doctrina redemit,
Nec valuit tetricæ iura nouare Deæ?
Tangere nec verita est tam sanctos Atropos artus?
Nec tam diuinum Morta ferire caput?

Lege

Lege ratâ vt constent Parcis adamantina iura,
Debuit hoc saltem non licuisse nefas.
Quid iuuat exactè Sophiam, quid Numina Pindi,
Quid virtutem, ipsum quid coluisse Iouem:
Lanificas possunt si non cohibere sorores,
Si nequeunt Mystis præsidio esse suis?
Scilicet hæc miseræ deerat sors Belgicæ, acerbum
Lipsio vt, heu, funus duceret orba suo?
Et quasi non sat ei bellorum clade periisset,
Insuper hac gemmâ dispolianda fuit?
O stabile humanis quam nil in rebus, & ô quam
Incomitatum vllum non amat ire malum!
Belgica præ reliquis florens regionibus olim,
Nunc afflicta solo, Marte premente iacet.
Marte premente iacet; octoque exercita lustris,
Extremum sensit quid fera bella queunt.
Et ne vulneribus tantis noua vulnera desint,
Sed serie infaustâ sint mala iuncta malis;
Mors Martem comitata, in tristi funere Lipsi,
Quod reliquum fuerat, sustulit omne decus.
Intulit & nobis damnum super omnia damna;
Nulla potis fuerit quod reparare dies.
Diuitiæ, splendor, candor, pietasque, fidesque,
Integritasque iterum prisca redire queant:
Ciuibus vrbs crescat, mare puppibus, arua colonis;
Attamen haud vnquam Lipsius alter erit.
Et nos flere vetet quisquam infortunia tanta?
Et quisquam hic lessum nos cohibere velit?
Ora fluant lachrymis; plangamus Lipsium ademptum,
Planxit vt exstinctum pulcher Apollo Linum.
Vt coniux lacerum mœstissima planxit Osyrim,
Planxit vt Ismarium Daulias ales Ityn.
Sed tamen in vanas cur soluimus ora querelas?
Non retractari fata seuera queunt.
Quid? quod felicem miseri deflemus, eumque

Ad

Ad nos qui nulla lege redire velit,
Corporis ille graui cruciantèque mole ſolutus,
Liber in Elyſiis exſpatiatur agris.
Inter vbi doctos doctiſſimus ipſe triumphans,
Doctrinæ fruitur præmia digna ſuæ.
Nonne igitur triſtes ſatius ſit ponere luctus,
Vlterius mădidas nec tenuiſſe genas?
Ponamus, ſua turbemus ne gaudia functo,
Dicamurve piis Manibus eſſe graues.
Nec decet aut fas eſt nimium deflere ſepultum,
Cui ſupereſt verâ gloria parta viâ.
Gloria, quæ totum volitat diffuſa per Orbem;
Gloria, quę nullo eſt interitura die.
Vota piis potius voueamus Manibus apta,
Audiat à nobis & bona verba cinis.
Ipſe equidem Manes hos Numinis inſtar honoro,
Inque vicem ſacri pignoris oſſa colo.
Quod verſu hoc teſtor, teſtabor & omnibus annis,
Incolumem donec me volet eſſe Deus.
Gratior æternum nec ſit mihi pagina, quam quæ
Inſcriptum Lipſi nobile nomen habet.

*In Lipſii effigiem.*

Doctrina, ingenio, virtuteque nobilis omni,
Flos Belgarum, imo totius Orbis honos;
Lipſius hac placida proferr ſub imagine vultum;
Vultum: animum Zeuxis nec vel enim ipſe daret.
Hunc tamen expreſſit graphicè doctiſſima Lipſii
Dextera, perpetuis propoſuitque libris.

*De eadem.*

Lipſius Aonidum, Sophiæque eductus in hortis,
Ipſarum Aonidum quin Sophiæque decus;
Pingitur hac facie ſub maieſtate verenda;
Mens licet intus ei ſit reuerenda magis.

Illius

Illius vt longè doctissima scripta loquuntur;
Scripta, vigent nullo quæ peritura die.

*Manibus Hieron. Berchemii.*

Vir probus & doctus, rerumque peritus ab vsu,
Qui multorum vrbes vidit & ingenia.
Cui notæ Aonides, Sophiæ arcanique recessus;
Atque suo fouit quem Themis alma sinu:
Denique cui candor, pietasque ante omnia cordi,
Hoc gelido tegitur marmore Berchemius.

*Petronellæ Costeriæ matri.*

Quo Petronella sacro est Costeria clausa sepulchro,
Ingenui mores cum pietate iacent.

*Nic. Oudarto Patruo.*

Heic & amor recti iacet inconcussus & æqui,
Atque Brabantinæ gloria rara togæ.
Nec non exemplar generosæ nobile mentis,
Ingenuæque adeo Nobilitatis honor.
Denique vir talis, nunc Liuor dicat vt ipse,
Debuit Oudartus non potuisse mori.

*Ioanni Latomo.*

Flent Charites Latomum, flent Musæ, Phœbus & ipse
A gemitu lachrymas continuisse nequit.
Quin sacra relligio tam chari funus amici,
Non potis est siccis concomitare genis.

*Andreæ Papio in Mosa extincto.*

Dum parat Ernesto solennes Principi honores,
Signaque lætitiæ vult dare Mosa suæ:
Ad se finitimos properatim conuocat amnes,
Naiadum celebres instituitque choros.
Sed præcentoris qui posset munere fungi,
Et citharam voci iungere, nullus erat.

Ergo

Ergo mellifluæ captus modulamine vocis,
Et tam concinnè plectra mouente manu,
Munus ad hoc Papium rapuit, raptoq; choreæ,
Protinus arbitrium detulit omne sacræ,
Sicq; adeo Papius liquidis exceptus ab vndis,
Mortalis vitæ munia destituit.

*Carolo Frederico, Principi Iuliæ, &c.*

Editus antiquo Belgarum sanguine Princeps,
Sceptra cui validæ debita Iuliæ erant;
Heic iacet in teneræ præreptus flore iuuentæ,
Vix implens vitæ bis duo lustra suæ.
Nam mors virtutes numerans, dum negligit annos,
Quem rapuit iuuenem credidit esse senem.
Vt tamen errorem vidit, sit pallida quamuis,
Ad tantum nequijt non rubuisse nefas.

*Nic. Perenoto Granuellano.*

Vt Lachesis, cana pollentem mente iuuentam,
In Vere Autumni vidit honore frui:
Ipsa suum seruat si non Prudentia tempus,
Quare non mihi idem sit quoq; iuris? ait
Ac spem Belgarum fera & inuida Granuellanum,
Maturum ante annos, sustulit ante diem.

*Adriano Blienburgio.*

Ergo Blienburgi tibi Teutona terra pepercit,
Galliaq; & Latij nobilis ora soli:
Vt reducem ad patrios vix dum te Parca Batauos,
Sulphurei assereret fulminis igne sibi?
Quid cum Marte tibi Phœbo ah deuote sacerdos?
Plaude tamen: caussa pro meliore cadis.

# SIMONIS OGERII AVDEMAROPOLITÆ.

*Ad Ioannem Iacobum Tonsalum.*

His ego sex libris syluarum nomina feci;
Sunt etenim celeri studio, leuibusq; camœnis
Compositi, & citharam pulsanti ex tempore fusi:
Atq; etiam veluti Phœbæa luce furente
In terris, medioque dies, igneque mouente
Icarios, vmbras quærit, saltusque viator,
Vt leuet hîc æstus syluarum fronde virenti;
Sic ego, dum Batauus pugnat, bellumque cruentum
In Belgis ardet, luctusque, & tempora dura
Exagitant animum curisq; frequentibus vror;
Aoniæ in syluas fugio, releuoq; dolorem
Pierio cantu, & testudine Cyllenæa.
Hos nunc in Patriam properantem subdere prælo
Hortantur multi, niuei candoris amici:
Ne rapido in fluuio, & præruptis Alpibus illos,
Inque via longa amittam (iactura feretur
Hæc tamen esse leuis) verùm post Sisyphus alter
Inueniar, lapides qui trudit in ardua montis
Culmina, moxque videt volui radicibus imis,
Atq; nouos & inexhaustos subit inde labores.
His monitis morem gessi Tonsale, tibiq;
Dedico, qualiacumque vides, spoliata lepore
Carmina Pierio, sacroq; carentia thyrso:
Nam fugio ingrati nomen, cane peius, & angui,
Meque pium, memoremque tui, memoremq; tuorum
Esse volo, ne me ventura redarguat ætas,
Et culpæ insimulet, quam vix maris abluat vnda:
Nam me vestra domus miro dilexit amore,
Extremisq; hominem Morinorum in finibus ortum

Amplexa

Amplexa, officijs cumulauit semper amicis.
Testis erit liquidis Athesis nitidissimus vndis,
Testis & arboribus quæ nomen sumpsit ab altis
Illa tua, Andino dignissima carmine, villa,
Quæ vitreos fontes & picta coloribus arua,
Et virides syluas, & amictas vitibus vlmos
Ismarijs passim ostentat, segetemque beatam
Messis triticeæ fundit flauentibus agris.
Et latè pascit, quæ sunt animalia curæ
Omnia, numinibus frondosa colentibus arua:
Marmoreasque domos atque alta palatia tollit:
Ad cœlum & longè & latè splendore coruscat.
Aurato, pictis doctè celeberrima signis,
Semper aperta viris primoribus, atq; poëtis,
Quos tua quæ pietas, summè veneraris amasque,
Prosequerisq; omni studio, dextraque benigna
Excipis, Aonio numquam non nomine gaudens.
Nec vero vsque adeo fines transire pudoris
Perdidici, nec me tam dira insania versat,
Vt sperem te laude mea super æthera notum,
Orbe volaturum toto æternumq; futurum.
Ipse quidem fama cunctis celebraberis oris,
Sydereumque polum sublimi vertice tanges,
Sed non vocis eges ad talia munera nostræ,
Nec certè alterius cuiusquam, quamlibet ille
Aptus in Aonium carmen contendere possit:
Mœonio vati, dubiamque relinquere palmam
Orpheos, & magnum Thamyram superare canendo.
Ipse tibi, ipse tibi vates eris, atq; canora
Arte tuum eripies Lethæo nomen Auerno,
Carminibusque sacris, tibi quæ Pataræus Apollo
Ore pio dictat, toto resonaberis orbe
Semper, & inuita viues per sæcula Parca:
Non etenim Arpina satis est tibi laude probari,
Et Demosthenea, cœlestiaque astra notare,

Pythagoræq; reperta, & culti scita Lycæi,
Et ritus canonum & legum decreta tenere;
Sed celebras etiam siluis Helicona virentem
Lauricomis, vertisq; manus ad plectra sonora,
Et citharæ strepitu gaudes, fidibusq; canoris,
Atq; sonum æthereas talem iacularis in auras,
Qualem populea fundit Philomela sub vmbra,
Cum ver purpureos spargit sua dona per agros.
Tu tamen hæc in te non falsi pignus amoris
Consule quæso boni, quæ nunc tibi carmina dono;
Quæ possum dono. tandem maiora videbis,
Cum Belgas positis armis, odijsq; sepultis
Non ficto amplexos cernemus fœdere pacem,
Quæq; colebamus læti prius arua colemus,
Grataq, Castalijs celebrabimus Orgia Nymphis.

*Gerardo Hamericurio Ep. Sco. Audomarensi.*

Æqua fronte legas, oro, mitissime Præsul,
Hæc, tibi quæ mittit verba legenda *Simon*.
Si quæris, quid agat, curis exemptus amaris
Ipse colit Musas, Aoniumq; nemus.
Ipse Deas triplices orat noctesq; diesq;,
Vt tibi longæuo stamina longa neant.
Scire cupit, mentemq; mouet, quod nesciat, an sis
Sanus vti nuper corpore sanus eras.
Lætus erit, faciliq; sopor mulcebit ocellos,
Si venæ solitum carpere detur iter:
Sed si fama loquax illi te nuntiet ægrum,
Et tristem mœsto decubuisse toro;
Æger erit; nec te poterit gaudere dolente:
Fortunæ vultus induit ille tuæ.
Si quæris causas faciles illius amoris,
Non illas vnquam dissimulare velim.
Vt bonus Alcides superas eduxit ad auras
Thesea, qui cœco carcere clausus erat;

Sic

Sic me quem Stygio Lacheſis damnauerat Orco,
Inuitis fatis ex Acheronte trahis.
Namq; ego dum nuper morbo cruciarer iniquo,
Et vagus huc illuc verteret oſſa dolor:
Iamq; meam vitam medicus donaret Auerno,
Et mihi torquerent vltima fila Deæ;
Et velut Chriſtus cœlo delapſus ab alto,
Ipſe mihi portas optime Præſul opem:
Supplicibuſq; diu verbis affatus Olympum,
Eludis mortem Tartareaſq; Deas;
Meq' meis reddis ſanum rectèq; valentem,
Iamque tuo vitam munere ſoſpes ago.
Hac igitur cauſſa ſemper, dum vita manebit,
Ipſe mihi magni numinis inſtar eris
Antè feret cœlum ſegetes, & ſidera tellus,
Et Nereus ſyluas. Pan habitabit aquas;
Quàm tuus è noſtro labatur pectore vultus,
Quem non vlla dies eximet inde mihi.
Semper enim veluti præſens comitabit euntem,
Inq; meos oculos curret imago tui.
Siue parem valida puppi proſcindere pontum,
Mecum cœruleas ære ſecabis aquas:
Siue vebar curru peregrinas ductus in oras,
Abſq; tuo nullus corpore currus erit.
Seu ſecter leporem canibus comitatus odoris,
Voce tua tendent ad ſua vota canes.
Siue legam ſanctos vates Heliconis ad vndam,
Ipſe quoque ad ſacri flumina fontis eris.
Siue dapes ſumam faciles, paruoque coëmptas,
Aſpiceris vultus ante ſedere meos.
Te quoque, cum placidæ porrexi membra quieti,
Ante mei lecti fulcra iacere puto.
Denique quicquid ago, præſens mihi ſemper oberras,
Et ſine te nullum mens mea verſat opus.
Et quia me nimium virtus tua torquet amantem;

In diuersa trahit sollicitudo tui.
Nunc quæro mecum viridi proiectus in herba,
Quam propter liquidæ labitur amnis aquæ;
An valeas, & lætus agas, expersque doloris,
Inque tuo niteat, qui solet, ore color:
An verò renes doleant an febris alatur,
An caput, an lateris torqueat ossa dolor.
Iamdudum nimium rodunt mea pectora curæ,
Si tua sollicitus corpora morbus habet:
Et vereor de te mœstæ præsagia mentis,
Et metus est, ne te pallida febris agat.
Siue dies igitur terras illustret Eoo,
Siue pruinosæ tempora noctis eant;
Ad cœlum supplex orantia brachia tendo,
Concipioq; bonas in tua vota preces.
Vt rectè valeas, nec te dolor vrat acerbus,
Et sint fortunæ mollia fata tuæ,
Et videas longæ lætissima tempora vitæ,
Et curras lentè funeris hora tui.
Dignus es in longos annos differre senectam,
Et supra Pylium tendere fata senem.
Te quoque concedet Dominus stellantis Olympi
Nobiscum longos viuere posse dies,
Sydereos ignes vincit candore Diana,
Cum rutilum niueis æthera lustrat equis;
Et longè superas omnes virtutis alumnos,
Quos præsens ætas, optime Præsul habet.
Viue senex æui decus admirabile nostri,
Inque, precor, cœli sydera tardus eas.
Aspicis vt varient florentia prata colores,
Et voluat blandas limpidus amnis aquas:
Et virides campi pubentia gramina tollant,
Et seges in pingui luxurietur humo:
Et volucres vario delectent æthereâ cantu
Propter aquas virides, frondiferúmque nemus.

Si nos

Si nos alme pater linquis securus amantum,
Teque rapit Superûm regia clara Deûm:
Iam neque distinguent florentia prata colores,
Nec voluet blandas limpidus amnis aquas:
Nec virides campi pubentia gramina tollent;
Nec seges in pingui luxuriabit humo:
Nec volucres vario mulcebunt æthera cantu,
Propter aquas virides, frondiferumque nemus:
Omnia sed tecum celeri morientur in æuo;
Fila precor vitæ sint diuturna tuæ.
Iampridem cœlum suadet tibi linquere terras,
Teque pater nobis inuidet aula Deum:
Sed tellure mane, nec adhuc nos desere quæso:
Nam sine te nobis viuere fata negant.
Ac veluti flores amissa matre videmus
Languidulum letho deposuisse caput;
Sic nos ablato domino moriemur inertes,
Nec nobis vltra cura salutis erit.
Tu pater es nobis, tu nobis alter Apollo,
Mecœnasque alius redditus ad superos.
En vbi templa tenet venerabile numen Omerus,
Quo non in toto pulcrior orbe locus;
Ducis ad Artesiæ fines Helicona volentem,
Aonioſque lacus, Pieridesque Deas.
Omnes suspiciunt educta palatia cœlo,
Et tua quod Musis dextera fecit opus.
Felices, quibus omnipotens indulsit Olympus,
Istac ætatis degere tempus humo.
Nempe tuis fas est præsentes cernere Musas,
Venerunt isthuc ex Helicone Deæ.
Cum Musis etiam Nymphæ venere sorores,
Venit & Aonij lumen Apollo chori;
Venit & armipotens belli Tritonia præses,
Seque istic gemino gaudet honore coli:
Ingenio fauet illa bono, fauet arma ferenti,

Artis & armorum dicitur esse Dea:
Et sunt Arteſidæ clari, bellique potentes,
Acres, inuicti magnanimique viri.
Sed quamuis acies, & turbida bella sequantur,
Et sint assueti prælia dura pati;
Non tamen horribiles, nec duro robore nati,
Nec sunt syluestres, ingenioque fero:
Sed lenes, comesque viri, blandique, bonique,
Et nulli cauta simplicitate pares.
Illis se præbent faciles in carmina Musæ,
Et dant Aonio fonte leuare sitim.
O ego si turba pariter numerarer in illâ,
Phœbæo nitidum cinctus honore caput:
Aut facilem venam teneri Nasonis haberem,
Aut os illius, qui canit arma virûm;
Te canerem tota, Præsul clarissime, mente,
Et nomen nosset Phœbus vterq; tuum:
Sed quia Parnassum nobis inuidit Olympus,
Nec mea Gorgoneo flumine labra madent:
Exurgent alij, quibus aspirabit Apollo,
Os fingens, cuius laude perennis eris.
Centum sunt causæ certè, cur semper ameris,
Nec tuus è vatum pectore vultus eat.
Nam te sollicitis animis ostendis amicum,
Et bonus exaudis verba rogantis opem:
Et quicunque venit fatis agitatus iniquis,
Te sibi præsentem sentit adesse Deum.
Ingenijs largiris opes, largiris honores:
Te nullus vatum diuite pauper erit.
Sic & Mecœnas olim faciebat Hetruscus,
Et Mecœnatem secula longa scient.
Hunc neq; nobilitas, nec auitæ stemmata gentis,
Nec pater antiquo sanguine natus eques;
Nec, quibus est toties olim defunctus, honores,
Nec toto faciunt diuitiæ orbe legi:

Sed

Sed tantum pietas in egenos prompta Poëtas:
Hinc senis illius nomen in astra venit
Quod viuis, debes Mecœnas alme, Camœnis,
Viuere te solum Calliopea facit.
Certatimque tuas laudes cecinere Poëtæ:
Multis principibus defuit illud idem.
Flebat Alexander nullum quod haberet Homerum,
Qui caneret forti carmine facta sua:
Et meritò lacrymas fudit clarissimus heros,
Nec certè regi dedecus illud erat.
Multa latent, æuo non obseruata priori,
Quæ fecit lari strennua dextra viri:
Sed nos nescimus, quoniam qui facta referret
Inclyta, tunc illo tempore nullus erat.
Omnia longinqui vitiantur dentibus æui,
Et nihil est, quod non auferat ipsa dies.
Carmina morte carent, ridentque minantia fata,
Omnia cum pereant, carmina morte carent.
Erquia Mœonides magnum memorauit Achillem,
Pelides longo tempore notus erit.
Troia iacet pulcerq; iacet cum fratribus Hector:
Sed tamen æternum carmine nomen habent.
Tu quoq; cum foueas, Præsul diuine, Poëtas,
Et præsens illis inueniare Deus:
Dum vehet vnda rates, dum sydera pascet Olympus,
Dum volucris syluas, piscis amabit aquas:
Omnibus in terris roseo quas lumine Titan
Lustrat, Hyantæo carmine clarus eris.

*Ad Gerardum Cornelium.*

Hæc sunt primitiæ studiorum docte meorum
Corneli, hæc lusi carmina penè puer:
Queis ego magnanimum studeo celebrare Gerardum,
Qui vir Mœonio pectore dignus erat:
Non sunt hæc Claria, fateor, de gente profecta,

Nec redolent Cyrrham, Pegaseumque larem:
Sed quia me quantum primo mihi fauerit æuo
Thespia cum facerem carmina, scire iuuat;
Hæc volui, blattas metuens, committere prælo:
Sed timeo linguam dira Megæra, tuam.
Zoilus armisoni nec carmina laudat Homeri,
Nec probat Andinæ stamina docta lyræ.
Quid fiet nobis, qui nunquam vidimus arua
Cynthia nec Lycio regna sacrata Deo?
Excuses igitur præsentia carmina toto
Pectore, Castalio note Poëta iugo:
Et quoties volet hæc Stygius proscindere liuor,
Hæc, dicas pueri Musa *Simonis* erat:
Postmodo si viuet, cernes maiora, fauente
Illi Calliope, Mœoniaque domo.
Interea nunquam cessat resonare Gerardum,
Quæ colit Ortygios docta caterua lacus:
Hunc tu præcipuè Ronsardi dulcis alumne
Dictum Pindarica tollis in astra lyra:
Nec finis egregium qui texit Hyantia semper
Mœnia, Cimmeria nocte iacere virum.

*Ad Petrum Ernestum Factaeum.*

Assiduè egregij voluisti Ernestе Gerardi
Ingenuos mores & pia facta sequi.
Ille lacus liquidos Pataræa valle fluentes
Diligit, & Lycij gemmea prata iugi:
Et probat Aoniæ citharas, melicosque sonores,
Munificaque manu carmina docta fouet:
Si tales Cyrrhæ multos Heroas Olympus
Donaret, Phœbi lætior esset ager.
Atque è contemptu vatum sanctissimus ordo
Exiret positus nobiliore loco.
Huic optant ideo Tithonia secula vates,
Et semper niuea stamina ducta manu.

Et tibi

Et tibi Pierides Iuuenis generose precantur
Hæc eadem, Clarias nam venerari saquas.
Cumque premit fortuna pios Heliconis alumnos,
Et doctas mentes anxia cura subit;
Tunc ades, & dictis mœrentia pectora mulces,
Nec tua Pierium deserit arca larem.
Fœlix auxilium, pro tali munere vobis
Numina Castaliæ præmia magna dabunt.
Dum frondes Helicon, dum flumina Pindus habebit,
Mecœnas vatum carmine notus erit.
Hunc apud Eoos resonant Gangetides vndæ,
Hanc canit ad nitidas diues Iberus aquas;
Hunc celebrat populus, tepidum qui vergit ad axam,
Hunc memorat gelido proxima turba polo.
Vnde nisi pietate sua pulcerrimus heros
Hæc celebri cantu per loca nomen habet?
Si nullis Clarios meritis cumulasset honores:
Nec Pataræ læta fronte tulisset opem.
Hunc neque diuini celebrarent scripta Maronis,
Nec canerent vario Daunia plectra sono.
Sed nulla celebrem mundi regione, iacere
Tartarea sinerent in Phlegerontis aqua.
Vos quoque Thespiades cumulabunt laude perenni
Et vestrum nomen secula cuncta scient.
Nili Pyramides, Troianaque Pergama tandem
In cineres abeunt, & sua fata vident.
Durat opus, Vatum solers quod dextera fecit,
Nec lyra Mæonidæ tempore victa silet.

*Ad Gasparem Thilippum.*

Nunquam sollicitis, Gaspar dulcissime, curis
Tangitur, Aonij qui iuga montis amat.
Et si quid duri veniat, quo corda grauentur,
Protinus id Phœbus, Pierideſque leuant:
Vt medicus, cum quis morbo tentatur acerbo,

Ipse

Illius vt longè doctissima scripta loquuntur;
Scripta, vigent nullo quæ peritura die.

*Manibus Hieron. Berchemii.*

Vir probus & doctus, rerumque peritus ab vsu,
Qui multorum vrbes vidit & ingenia.
Cui notæ Aonides, Sophiæ arcanique recessus;
Atque suo fouit quem Themis alma sinu:
Denique cui candor, pietasque ante omnia cordi,
Hoc gelido tegitur marmore Berchemius.

*Petronellæ Costeriæ matri.*

Quo Petronella sacro est Costeria clausa sepulchro,
Ingenui mores cum pietate iacent.

*Nic. Oudarto Patruo.*

Heic & amor recti iacet inconcussus & æqui,
Atque Brabantinæ gloria rara togæ.
Nec non exemplar generosæ nobile mentis,
Ingenuæque adeo Nobilitatis honor.
Denique vir talis, nunc Liuor dicat vt ipse,
Debuit Oudartus non potuisse mori.

*Ioanni Latomo.*

Flent Charites Latomum, flent Musæ, Phœbus & ipse
A gemitu lachrymas continuisse nequit.
Quin sacra relligio tam chari funus amici,
Non potis est siccis concomitare genis.

*Andreæ Papio in Mosa extincto.*

Dum parat Ernesto solennes Principi honores,
Signaque lætitiæ vult dare Mosa suæ:
Ad se finitimos properatim conuocat amnes,
Naiadum celebres instituitque choros.
Sed præcentoris qui posset munere fungi,
Et citharam voci iungere, nullus erat.

Ergo

Ergo mellifluæ captus modulamine vocis,
Et tam concinnè plectra mouente manu,
Munus ad hoc Papium rapuit, raptoq; choreæ,
Protinus arbitrium detulit omne sacræ,
Sicq; adeo Papius liquidis exceptus ab vndis,
Mortalis vitæ munia destituit.

*Carolo Frederico, Principi Iuliæ, &c.*

Editus antiquo Belgarum sanguine Princeps,
Sceptra cui validæ debita Iuliæ erant;
Heic iacet in teneræ præreptus flore iuuentæ,
Vix implens vitæ bis duo lustra suæ.
Nam mors virtutes numerans, dum negligit annos,
Quem rapuit iuuenem credidit esse senem.
Vt tamen errorem vidit, sit pallida quamuis,
Ad tantum nequijt non rubuisse nefas.

*Nic. Perenoto Granuellano.*

Vt Lachesis, cana pollentem mente iuuentam,
In Vere Autumni vidit honore frui:
Ipsa suum seruat si non Prudentia tempus,
Quare non mihi idem sit quoq; iuris? ait
Ac spem Belgarum fera & inuida Granuellanum,
Maturum ante annos, sustulit ante diem.

*Adriano Blienburgio.*

Ergo Blienburgi tibi Teutona terra pepercit,
Galliaq; & Latij nobilis ora soli:
Vt reducem ad patrios vix dum te Parca Batauos,
Sulphurei assereret fulminis igne sibi?
Quid cum Marte tibi Phœbo ah deuote sacerdos?
Plaude tamen: caussa pro meliore cadis.

# SIMONIS OGERII AVDEMARopolitæ.

*Ad Ioannem Iacobum Tonsalum.*

His ego sex libris syluarum nomina feci;
Sunt etenim celeri studio, leuibusq; camœnis
Compositi, & citharam pulsanti ex tempore fusi:
Atq; etiam veluti Phœbæa luce furente
In terris, medioque dies, igneque mouente
Icarios, vmbras quærit, saltusque viator,
Vt leuet hîc æstus syluarum fronde virenti;
Sic ego, dum Batauus pugnat bellumque cruentum
In Belgis ardet, luctusque, & tempora dura
Exagitant animum curisq; frequentibus vror;
Aoniæ in syluas fugio, releuoq; dolorem
Pierio cantu, & testudine Cyllenæa.
Hos nunc in Patriam properantem subdere prælo
Hortantur multi, niuei candoris amici:
Ne rapido in fluuio, & præruptis Alpibus illos,
Inque via longa amittam (iactura feretur
Hæc tamen esse leuis) verùm post Sisyphus alter
Inueniar, lapides qui trudit in ardua montis
Culmina, moxque videt volui radicibus imis,
Atq; nouos & inexhaustos subit inde labores.
His monitis morem gessi Toniale, tibiq;
Dedico, qualiacumque vides, spoliata lepore
Carmina Pierio, sacroq; carentia thyrso:
Nam fugio ingrati nomen, cane peius, & angui,
Meque pium, memoremque tui, memoremq; tuorum
Esse volo, ne me ventura redarguat ætas,
Et culpæ insimulet, quam vix maris abluat vnda:
Nam me vestra domus miro dilexit amore,
Extremisq; hominem Morinorum in finibus ortum

Amplexa

Amplexa, officijs cumulauit ſemper amicis.
Teſtis erit liquidis Athesis nitidiſſimus vndis,
Teſtis & arboribus quæ nomen ſumpſit ab altis
Illa tua, Andino digniſſima carmine, villa,
Quæ vitreos fontes & picta coloribus arua,
Et virides ſyluas, & amictas vitibus vlmos
Iſmarijs paſſim oſtentat, ſegetemque beatam
Meſſis triticeæ fundit flauentibus agris.
Et latè paſcit, quæ ſunt animalia curæ
Omnia, numinibus frondoſa colentibus arua:
Marmoreaſque domos atque alta palatia tollit:
Ad cœlum & longè & latè ſplendore coruſcat
Aurato, pictis doctè celeberrima ſignis,
Semper aperta viris primoribus, atq; poëtis,
Quos, tua quæ pietas, ſummè veneraris, amaſque,
Proſequeriſq; omni ſtudio, dextraque benigna
Excipis, Aonio numquam non nomine gaudens.
Nec vero vſque adeo fines tranſire pudoris
Perdidici, nec me tam dira inſania verſat,
Vt ſperem te laude mea ſuper æthera notum,
Orbe volaturum toto æternumq; futurum.
Ipſe quidem fama cunctis celebraberis oris,
Sydereumque polum ſublimi vertice tanges,
Sed non vocis eges ad talia munera noſtræ,
Nec certè alterius cuiuſquam, quamlibet ille
Aptus in Aonium carmen contendere poſſit
Mœonio vati, dubiamque relinquere palmam
Orpheos, & magnum Thamyram ſuperare canendo.
Ipſe tibi, ipſe tibi vates eris, atq; canora
Arte tuum eripies Lethæo nomen Auerno,
Carminibuſque ſacris, tibi quæ Pataræus Apollo
Ore pio dictat, toto reſonaberis orbe
Semper, & inuita viues per ſæcula Parca:
Non etenim Arpina ſatis eſt tibi laude probari,
Et Demoſthenea, cœleſtiaque aſtra notare,

Pythagoræq; reperta, & culti scita Lycæi,
Et ritus canonum, & legum decreta tenere;
Sed celebras etiam siluis Helicona virentem
Lauricomis, vertisq; manus ad plectra sonora,
Et citharæ strepitu gaudes, fidibusq; canoris,
Atq; sonum æthereas talem iacularis in auras,
Qualem populea fundit Philomela sub vmbra,
Cum ver purpureos spargit sua dona per agros.
Tu tamen hæc in te non falsi pignus amoris
Consule quæso boni, quæ nunc tibi carmina dono;
Quæ possum dono, tandem maiora videbis,
Cum Belgas positis armis, odijsq; sepultis
Non ficto amplexos cernemus fœdere pacem,
Quæq; colebamus læti prius arua colemus,
Grataq; Castalijs celebrabimus Orgia Nymphis.

*Gerardo Hamericurio Episc. Audomarensi.*

Æqua fronte legas, oro, mitissime Præsul,
Hæc, tibi quæ mittit verba legenda *Simon.*
Si quæris, quid agat, curis exemptus amaris
Ipse colit Musas, Aoniumq; nemus.
Ipse Deas triplices orat noctesq; dieśq;,
Vt tibi longæuo stamina longa neant.
Scire cupit, mentemq; mouet, quod nesciat, an sis
Sanus vti nuper corpore sanus eras.
Lætus erit, faciliśq; sopor mulcebit ocellos,
Si venæ solitum carpere detur iter:
Sed si fama loquax illi te nuntiet ægrum,
Et tristem mœsto decubuisse toro;
Æger erit; nec te poterit gaudere dolente:
Fortunæ vultus induit ille tuæ.
Si quæris causas faciles illius amoris,
Non illas vnquam dissimulare velim.
Vt bonus Alcides superas eduxit ad auras
Theseа, qui cœco carcere clausus erat;

Sic

Sic me quem Stygio Lacheſis damnauerat Orco,
Nuitis fatis ex Acheronte trahis.
Namq; ego dum nuper morbo cruciarer iniquo,
Et vagus huc illuc verteret oſſa dolor:
Iamq; meam vitam medicus donaret Auerno,
Et mihi torquerent vltima fila Deæ;
Et velut Chriſtus cœlo delapſus ab alto,
Ipſe mihi portas optime Præſul opem:
Supplicibuſq; diu verbis affatus Olympum,
Eludis mortem. Tartareaſq; Deas;
Meq; meis reddis ſanum rectoq; valentem,
Iamque tuo vitam munere ſoſpes ago.
Hac igitur cauſſa ſemper, dum vita manebit,
Ipſe mihi magni numinis inſtar eris
Antè feret cœlum ſegetes, & ſidera tellus,
Et Nereus ſyluas. Pan habitabit aquas;
Quàm tuus è noſtro labatur pectore vultus,
Quem non vlla dies eximet inde mihi.
Semper enim veluti præſens comitabit euntem,
Inq; meos oculos curret imago tui.
Siue parem valida puppi proſcindere pontum,
Mecum cœruleas ære ſecabis aquas:
Siue vebar curru peregrinas ductus in oras,
Abſq; tuo nullus corpore currus erit.
Seu ſecter leporem canibus comitatus odoris,
Voce tua tendent ad ſua vota canes.
Siue legam ſanctos vates Heliconis ad vndam,
Ipſe quoque ad ſacri flumina fontis eris.
Siue dapes ſumam faciles, paruoque coëmptas,
Aſpiceris vultus ante ſedere meos.
Te quoque, cum placidæ porrexi membra quieti,
Ante mei lecti fulcra iacere puto.
Denique quicquid ago, præſens mihi ſemper oberras,
Et ſine te nullum mens mea verſat opus.
Et quia me nimium virtus tua torquet amantem;

In diuersa trahit sollicitudo tui.
Nunc quæro mecum viridi proiectus in herba,
Quam propter liquidæ labitur amnis aquæ;
An valeas, & lætus agas, expersque doloris,
Inque tuo niteat, qui solet, ore color:
An verò renes doleant an febris alatur,
An caput, an lateris torqueat ossa dolor.
Iamdudum nimium rodunt mea pectora curæ,
Si tua sollicitus corpora morbus habet:
Et vereor de te mœstæ præsagia mentis,
Et metus est, ne te pallida febris agat.
Siue dies igitur terras illustret Eoo,
Siue pruinosæ tempora noctis eant;
Ad cœlum supplex orantia brachia tendo,
Concipioq; bonas in tua vota preces.
Vt rectè valeas, nec te dolor vrat acerbus,
Et sint fortunæ mollia fata tuæ,
Et videas longæ lætissima tempora vitæ,
Et currat lentè funeris hora tui.
Dignus es in longos annos differre senectam,
Et supra Pylium tendere fata senem.
Te quoque concedet Dominus stellantis Olympi
Nobiscum longos viuere posse dies,
Sydereos ignes vincit candore Diana,
Cum rutilum niueis æthera lustrat equis;
Et longè superas omnes virtutis alumnos,
Quos præsens ætas, optime Præsul habet.
Viue senex æui decus admirabile nostri,
Inque, precor, cœli sydera tardus eas.
Aspicis vt varient florentia prata colores,
Et voluat blandas limpidus amnis aquas:
Et virides campi pubentia gramina tollant,
Et seges in pingui luxurietur humo:
Et volucres vario delectent æthereâ cantu
Propter aquas virides, frondiferúmque nemus.

Si nos

Si nos alme pater linquis securus amantum,
Teque rapit Superûm regia clara Deûm:
Iam neque distinguent florentia prata colores,
Nec voluet blandas limpidus amnis aquas:
Nec virides campi pubentia gramina tollent;
Nec seges in pingui luxuriabit humo:
Nec volucres vario mulcebunt æthera cantu,
Propter aquas virides, frondiferumque nemus:
Omnia sed tecum celeri morientur in æuo;
Fila precor vitæ sint diuturna tuæ.
Iampridem cœlum suadet tibi linquere terras,
Teque pater nobis inuidet aula Deum:
Sed tellure mane, nec adhuc nos desere quæso:
Nam sine te nobis viuere fata negant.
Ac veluti flores amissa matre videmus
Languidulum letho depositisse caput;
Sic nos ablato domino moriemur inertes,
Nec nobis vltra cura salutis erit.
Tu pater es nobis, tu nobis alter Apollo,
Mecœnasque alius redditus ad superos.
En vbi templa tenet venerabile numen Omerus,
Quo non in toto pulcrior orbe locus;
Ducis ad Arethiæ fines Helicona volentem,
Aonioque lacus, Pieridesque Deas.
Omnes suspiciunt educta palatia cœlo,
Et tua quod Musis dextera fecit opus.
Felices, quibus omnipotens indulsit Olympus,
Istac ætatis degere tempus humo.
Nempe tuis fas est præsentes cernere Musas,
Venerunt isthuc ex Helicone Deæ.
Cum Musis etiam Nymphæ venere sorores,
Venit & Aonij lumen Apollo chori;
Venit & armipotens belli Tritonia præses,
Seque istic gemino gaudet honore coli:
Ingenio fauet illa bono, fauet arma ferenti,

Artis & armorum dicitur esse Dea:
Et sunt Artesidæ clari, bellique potentes,
Acres, inuicti magnanimique viri.
Sed quamuis acies, & turbida bella sequantur,
Et sint assueti prælia dura pati;
Non tamen horribiles, nec duro robore nati,
Nec sunt syluestres, ingenioque fero:
Sed lenes, comesque viri, blandique, bonique,
Et nulli cauta simplicitate pares.
Illis se præbent faciles in carmina Musæ,
Et dant Aonio fonte leuare sitim.
O ego si turba pariter numerarer in illa,
Phœbæo nitidum cinctus honore caput:
Aut facilem venam teneri Nasonis haberem,
Aut os illius, qui canit arma virûm;
Te canerem tota, Præsul clarissime, mente,
Et nomen nosset Phœbus vterq; tuum:
Sed quia Parnassum nobis inuidit Olympus,
Nec mea Gorgoneo flumine labra madent:
Exurgent alij, quibus aspirabit Apollo,
Os fingens, cuius laude perennis eris.
Centum sunt causæ certè, cur semper ameris,
Nec tuus è vatum pectore vultus eat.
Nam te sollicitis animis ostendis amicum,
Et bonus exaudis verba rogantis opem:
Et quicunque venit fatis agitatus iniquis,
Te sibi præsentem sentit adesse Deum.
Ingenijs largiris opes, largiris honores:
Te nullus vatum diuite pauper erit.
Sic & Mecœnas olim faciebat Hetruscus,
Et Mecœnatem secula longa scient.
Hunc neq; nobilitas, nec auitæ stemmata gentis,
Nec pater antiquo sanguine natus eques;
Nec, quibus est toties olim defunctus, honores,
Nec toto faciunt diuitiæ orbe legi;

Sed:

Sed tantum pietas in egenos prompta Poëtas:
Hinc senis illius nomen in astra venit
Quod viuis, debes, Mecœnas alme, Camœnis,
Viuere te solum Calliopea facit.
Certatimque tuas laudes cecinere Poëtæ:
Multis principibus defuit illud idem.
Flebat Alexander nullum quod haberet Homerum,
Qui caneret forti carmine facta sua:
Et meritò lacrymas fudit clarissimus heros,
Nec certè regi dedecus illud erat.
Multa latent, æuo non obseruata priori,
Quæ fecit lari strennua dextra viri:
Sed nos nescimus, quoniam qui facta referret
Inclyta, tunc illo tempore nullus erat.
Omnia longinqui vitiantur dentibus æui,
Et nihil est, quod non auferat ipsa dies.
Carmina morte carent, ridentque minantia fata,
Omnia cum pereant, carmina morte carent.
Erquia Mœonides magnum memorauit Achillem,
Pelides longo tempore notus erit.
Troia iacet pulcerq; iacet cum fratribus Hector:
Sed tamen æternum carmine nomen habent.
Tu quoq; cum foueas, Præsul diuine, Poëtas,
Et præsens illis inueniare Deus:
Dum vehet vnda rates, dum sydera pascet Olympus,
Dum volucris syluas, piscis amabit aquas:
Omnibus in terris roseo quas lumine Titan
Lustrat, Hyantæo carmine clarus eris.

*Ad Gerardum Cornelium.*

Hæc sunt primitiæ studiorum docte meorum
Corneli, hæc lusi carmina penè puer:
Queis ego magnanimum studeo celebrare Gerardum,
Qui vir Mœonio pectore dignus erat:
Non sunt hæc Claria, fateor, de gente profecta,

Et tibi Pierides Iuuenis generose precantur
Hæc eadem, Clarias nam veneraris aquas.
Cumque premit fortuna pios Heliconis alumnos,
Et doctas mentes anxia cura subit;
Tunc ades, & dictis mœrentia pectora mulces,
Nec tua Pierium deserit arca larem.
Fœlix auxilium, pro tali munere vobis
Numina Castaliæ præmia magna dabunt.
Dum frondes Helicon, dum flumina Pindus habebit,
Mecœnas vatum carmine notus erit.
Hunc apud Eoos resonant Gangetides vndæ,
Hanc canit ad nitidas diues Iberus aquas;
Hunc celebrat populus, tepidum qui vergit ad axam,
Hunc memorat gelido proxima turba polo.
Vnde nisi pietate sua pulcerrimus heros
Hæc celebri cantu per loca nomen habet?
Si nullis Clarios meritis cumulasset honores:
Nec Pataræ læta fronte tulisset opem.
Hunc neque diuini celebrarent scripta Maronis,
Nec canerent vario Daunia plectra sono.
Sed nulla celebrem mundi regione, iacere
Tartarea sinerent in Phlegetontis aqua.
Vos quoque Thespiades cumulabunt laude perenni
Et vestrum nomen secula cuncta scient.
Nili Pyramides, Troianaque Pergama tandem
In cineres abeunt, & sua fata vident.
Durat opus, Vatum solers quod dextera fecit,
Nec lyra Mæonidæ tempore victa silet.

*Ad Gasparem Philippum.*

Nunquam sollicitis, Gaspar dulcissime, curis
Tangitur, Aonij qui iuga montis amat.
Et si quid duri veniat, quo corda grauentur,
Protinus id Phœbus, Pieridesque leuant:
Vt medicus, cum quis morbo tentatur acerbo,

Ipse

Ipſe Machaonia diſſipat arte malum.
Tunc igitur ſyluæ fugiam Parnaſſidos vmbras,
Inijcient auidas cum mihi fata manus.
Non me ſollicitant ſtolidæ ſuffragia plebis;
Ambitione nihil triſtius eſſe poteſt.
Nec me vexat amor cenſus, aurique cupido;
Paruo contentum viuere Muſa docet.
Nec mors atra meum pectus formidine tangit;
Cultor Pierídum viuus in aſtra volat,
Ipſe mere fœlix & curis liber ademptis,
Quo lubet huc illuc num ne tutus eo.
Iamque nemus gratum frondoſo vertice nactus,
In viridi corpus gramine pono meum;
Atque ibi Caſtaliæ miro ſuccenſus amore,
Incipio numeris nectere verba ſuis.
Non me deſtituit ſcribentem pulcer Apollo,
Sed mihi cantanti numine dexter adeſt.
Nec deſunt doctæ Patarei ruris alumnæ.
Hæ quoque dant citharæ fila canora meæ.
Nil eſt Pierijs quicquam formoſius hortis,
Nil fide Mæonia dulcius eſſe poteſt.
Ipſe mihi videor poſitus cœleſtibus aſtris,
Aonia ſcriptis gente fauente meis.
Quærat auarus opes, vaniſque laboribus inſtet,
Perque procelloſas ſollicitetur aquas.
At me Pierídum ſaltus, & frigida Tempe
Colle ſub vmbroſo fronde virente tegant.
Cum mors adueniet, terra tumulabitur ille,
Et Phlegethontæis excipietur aquis:
Cum mors adueniet, ſublimia tollar in aſtra
Vndique ſydereo lumine ſeptus ego.
Meque ſcient gentes, & quæ ſpatiantur ad Indum
Quæque bibunt nitidi pulcra fluenta Tagi;
Et quæ ſyderibus nimium fruentibus ardet,
Et quæ perpetuo frigore terra riget

Sic:

Sic sperare iubet studioso diua Thalia,
Hos tandem fructus afferit illa mihi.
Nec mihi promittit Rhymbræus Apollo minora,
Has etiam messes esse laboris ait.

*Ad Iacobum Pullanum.*

Scribe mihi quali pelago tua cymba feratur,
O ingens animæ pars Iacobe meæ.
Et qu dagas rerum belli flagrante tumultu,
Inque Brabantiaco Marte furente solo.
An tibi sum vilis, nec carus vt ante solebam?
Ogeriique tuum tædia pectus habent?
Hoc citius, credam segetes producere cœlum,
Claraque gramineum sydera ferre solum.
Credam Sarmaticas Elephantos nare per vndas,
Balenasque cita carpere prata fuga.
Nec me longa dies poterit, spatiumque locorum,
Nec Lethæa palus demere corde tuo.
Fœdus amicitiæ quod nos percussimus olim,
Te monet Ogerium semper amare tuum.
Nos miro docuit studio puerilibus annis,
Et Graio & Latio maximus ore loqui.
Hoc pariter Cyrrham, Phœbeaque castra magistro
Audomarus vidit nos celebrare pater.
Inde Louaniacas alacres inuisimus oras,
Et leges nostrûm discit vterque sacras.
O quam iucundum nobis erat vrbe relicta
Interdum colles visere purpureos:
Et fessum studio viridanti in gramine corpus
Ponere, propter aquas Dilia magne tuas;
Et cupida nitidos dextra decerpere flores,
Quos multos vario prata colore ferunt.
Inque iugo vmbroso nemorum captare virentum
Frigora, cum premeret stella Leonis humum,
Et pede non celeri spatiantes fallere tempus

Dul-

Dulcibus hiſtoriis, colloquioque pio.
Non ſemper ſiluas canibus comitata fatigat
Delia, terribiles perſequiturque feras:
Sæpe ſibi requiem poſcit Latonia virgo,
Et ſolitam pacem frondea tecta vident:
Nec fas aſſidue ſtudiis vigilare ſeueris,
Sunt etiam doctis otia danda libris.
Sic igitur virides olim conſumpſimus annos,
Ad fluuium, Clarias qui ſimulabat aquas;
Nunc Mars Palladia Muſas regione fugauit,
Dantque locum raucæ plectra ſonora tubæ:
Oppidaque inſanis vruntur Belgica flammis,
Fluminaque humano ſanguine plena tument.
O quam mutata eſt facies regionis amœnæ,
Et dulces terras qualia fata præmunt!
Sed tu quid facias? quis contra numina pugnet?
Sic olim ſtatuit Rex, hominumque pater.
Iuimus inſani neglecto numine Diuûm,
Quo cupidam mentem cæca libido tulit.
Nunc ſcelerum pœnas repetunt, fraudeſque, doloſque
Caſtigant Martis tela iubente Deo.
Si veris Superûm monitis parere velimus,
Et ſanctas leges, iuſtitiamque ſequi;
Cœlicolûm genitor ſubito ſua tela recondet,
Nec ſparget noſtro fulmina dira ſolo:
Armiſonæque tubæ Belgarum regna relinquent,
Et gentes alias ferrea bella petent.
Gentes, quę Venerem fœdam, luxumque ſequuntur,
Et dirum verſant corde furente nefas.
Non ſemper, credo, vitiis tendemus habenas,
Nec ſemper Getica nos Phobus arte premet.
Nam non perpetuis albeſcunt arua pruinis,
Fert quoque purpureas terra benigna roſas:
O celeri remeunt curſu, volucrique carina
Odryſias repetant Martia caſtra domos.

Et

Et properent Scythicum bello exercere tyrannum,
Qui Mahometanæ fœdera legis amat;
Nec tenet imperium iuste Nepheleidos Helles,
Et vexat variis pectora Graia modis.
Sed missum Martem faciamus, & arma cruenta,
Et rabiem belli, militiæque nefas:
Et tu scribe mihi, quæ scis me velle duobus
Carminibus, digiti si modo tempus habent.
Credo tibi validum corpus, nitidumque colorem
Esse, nec optatis pondus abesse tuis.
Excipio fatum patriæ, tristesque ruinas,
Quas puto laurigeri numinis arte leuas.
Ipse Duacena moror vrbe, furentibus armis,
Et curas dulci carmine fallo meas.
Hæc mihi tristitiæ præsens medicina videtur,
Tristia sanguineo bella mouente Deo.

*Ad Arnoldum Scoytæum.*

O quando belli rabies Arnolde relinquet
Scaldin & Oceano proxima regna mari?
Quando fertilibus campis Vulcanius ardor
Parcet & incipiet Belgica terra coli?
Linque Brabantiacos fines, & mœnia pulcræ
Anuersæ, Getico Mars generate solo.
Aspice, quam multo tumeant rubefacta cruore
Flumina quotque virûm millia condat humus.
Belgiades mœstis tundunt sua pectora pugnis,
Et cæsos fratres hæc gemit, illa virum.
Illa patrem stratum venerandas luget ad aras,
Hæc natas prædam militis esse dolet.
Illa videt natos primæuo flore iuuentæ
In pugna captos, vincula dura pati.
Hectoream gentem bello vexasse bilustri
Diceris, at miseros nos tria lustra premunt.
Iam tempus Thracen patriasque reuisere terras,

Iam

Iam satis in nostro prælia gesta solo.
Vos quoque magnanimi reges, compellite sæuum
Numen in Odrysias bella referre domos.
Ite, agite. Abdaricam properate extinguere sectam,
Scitaque deliri pernicioſa viri.
Et rapite iniusto Byzantia regna tyranno,
Structaque Dardaniis oppida littoribus.
Postque bonis auibus sacram contendite ad vrbem,
Saxaque quæ Christi sanguine tincta rubent.
Vt Crucis egregius memoretur vbique triumphus,
Floreat & sanctæ rell gionis honor.
Non poterunt Thraces Gallæ solertia gentis
Pectora, belligeras nec tolerare manus.
Ah quoties olim vestra virtute fugatos
Magno cum gemitu se meminisse solent.
In vestris manibus victoria; tendite lati
Littus ad Ismarium Bistonioſque lares.
Præcipue cum iam Nabathæa gente premantur,
Quæ crebro ex illis clara trophæa refert.
Vos quoque seruitio pressa & crudelibus armis
Græcia qua poterit terra iuuabit ope.
Præmia magna vocant: Turcarum regia diues,
Atque aurum nitida quod vehit Hebrus aqua:
Et pingues Asiæ campi, terræque feraces,
Quas Pharius valido vomere taurus arat:
Famaque Bargæo totum referenda per orbem
Carmine Pierio, Mæoniaque tuba.
At Geticos aliquis gladios, Scythicasque sagittas,
Sithoniaque timet spicula missa manu:
Inter vos vetitis alacres concurritis armis,
Et geritis posito bella cruenta metu:
Threiciasque manus, & barbara tela timetis?
Quo procul à vobis mens bona pulsa fugit?
Hoc populi poterant Turcarum mille domari
Sanguine, quem discors Gallia fudit humi.

Impe-

Imperiumq; orbis magna virtute parari,
Claraq. liligeræ gloria gentis erat.
Sternite Caucaseas acies, hostesq; Tonantis,
Soluite perpetuo Dorica corda metu.
Quisquis in hoc bello lethales excipit ictus,
Protinus Angelica fertur in astra manu.
Sed gelidi nomen lethi, mortisq; timorem
Ponite; quem violent vulnera, nullus erit.
Ægide siderea Christus pia bella gerentes,
Strimonias hastas hoste vibrante, teget.
Atque dabit validas vobis in prælia vires,
Vertet & in celerem Thracia castra fugam.

*Ad Ioannem Ogerium.*

Pieriæ sacro nutriti in vertice vates
Nil vitii, liuor quod reprehendat, habent.
Insidias nulli tendunt, nec pallida miscent
Pocula, nec ferro lurida fata mouent.
Nec rabida turgent ira, nec turpis acerbum
Inuidiæ niueo pectore virus alunt.
Nec lite iniusta populum ad prætoria vexant,
Nec naue insana per freta cæca volant.
Nec tumidos sitiunt fasces, rigidasque secures,
Textaq; Sidonio bis madefacta solo.
Quæ crebris poscunt cœlestia numina votis
Præ cunctis aliis otia rebus amant.
Nec data somnifero consumunt otia lecto,
Aut Paphio luxu, Threicioq; mero.
Otia Pieridum vel summa negotia vincunt:
Crassi, Sisyphiis anteferenda lucris.
Et superant gemmas Erythræi littoris illa,
Quæ vatum in scriptis aurea dicta micant.
Otia cum vates repererunt, qualia poscit
E supera veniens spiritus ille domo;
Tunc oculos flectunt ad amœna flumina Cyrrhæ

Caſtaliæque domus florida prata petunt.
Atque ibi, laurigeris vmbram facientibus antris,
Sollicitant vario dulcia plectra ſono.
Hic canit, ætheream mundi qui temperat arcem,
Et celebrat ſanctis numina ſancta modis.
Ille refert claro generatos ſanguine reges,
Et reſonat docta fortia facta lyra.
Ille docet, quanam ratione petamus Olympum,
Et Stygios latices qua fugiamus ope.
Quoque modo placidam poſſimus degere vitam,
Dum Lacheſis nobis vltima fila ſecet.
Hic facili rerum rationem carmine reddit,
Vnde niues, rapidi quæ ſit origo Noti.
Qui quatiat terram quid fulmina mittat ab alto,
Quid moueat longa ſidera torua coma.
Quid cœlo oſtendat pulchræ Thaumantidos arcum,
Et variet nubes, imbriferumque polum.
Cur tegat obſcura vultum ferrugine Phœbus,
Lunaque ſanguineis æthera carpat equis.
Cur liquidas Nereus aliquando mulceat vndas,
Cur mox æquoreis ſidera pulſet aquis.
Moribus his vates cum Delia tecta frequentent,
Et ſumma Superos relligione colant:
Miraris, cur innocuos Heliconis alumnos
Tam pauci foueant, muneribuſque beent.
Et tamen Aonij, dura ſi ſorte premantur,
Nil dignum vates poſteritate canant.
Nec poterunt validas adferre in carmina vires,
Cultaq; Pieriæ plectra mouere lyræ.
Si non ſint ſaturi, Thisbæaque arbore pleni,
Nunquam bombices aurea fila vomunt.
Nec flauam Cererem, nec Bacchi munera profert,
Si ſolis radiis deſtituatur ager.
Nec crocei cultis flores naſcuntur in hortis,
Si nunquam pluuias concitet Auſter aquas.
Et nunquam niueus Phœbi modulabitur ales Car-

Carmina, ni Zephyri mulceat aura polum.
Omnes diuitiis inhiant, aurique trahuntur
Lumine, nilque lucro dulcius esse putant.
Tantaque mortales hodie vesania vexat,
Pieriæque domus nunc ita sordet honor:
Vt potius terra thesauros condat auarus,
Tempore quam duro sübleuet Aoniam.
Cur ederæ, & lauri iaceant sine honore relictæ,
Dulcis Ioannes, reddita causa tibi est.
At rogitas etiam cur excludantur ab aula,
Et raro vates regia tecta petant.
Pestiferi reges, stirps importuna Neronum,
In Stygio furiæ quos genuere toro:
Quod videant vatum scriptis sua facta notari,
Nec scelera Aonium dissimulare chorum:
Oderunt, præter meritum, Permessidas vndas,
Phœbæumque nemus, laurigerasque comas.
Nec superis gratos Dircæ vallis olores,
Ismariæque ferunt carmina culta lyræ.
Sed rigidos enses, horrendaque fata minantur,
Si vates gressus in sua regna ferant.
Et sæpe Aonio respergunt sanguine dextram,
Lucanosque fero cum licet ense necant.
At clari Augusto geniti de sanguine reges,
Qui Themidos leges, & pia iura colunt:
Quod virtus sacro memoretur carmine vatum,
Et musæ Heroum nomen in astra ferant:
Semper Apollineæ venerantur numina Cyrthæ,
Et sacra laurigeri flumina montis amant.
Castaliæque sibi tribui præconia gaudent,
Carminaque immensi muneris instar habent.
Nec desunt Musis, cum tristia nubila surgunt,
Et petit Ogygias turba prophana Deas.
Sed celeres adsunt, Heliconiaque arua tuentur,
Virgilioque tegunt, Virgileoque fouent.

At licet Aonides raro celebrentur honore.
Et iaceant vili laurea serta loco:
Non tamen idcirco manibus ponendus Homerus,
Plectraque Mæoniæ proiicienda lyræ.
Nec fugienda domus Pimplæ viridissima lauro,
Sanctaq; quæ Clario flumina monte cadunt.
Diuitiæ terra quas dirus condit auarus,
Morte relinquuntur, nec comitantur herum.
Cumque dies instat lethi, fera monstra, Tyranni
Protinus in Stygias deiiciuntur aquas,
Supplicioque nouo, & picea caligine pressi
Nullum post fati tempora nomen habent.
Ac veluti nunquam geniti tellure silentur,
Et fama, cursum semper habente carent;
Quæ multis emitur caræ discrimine vitæ:
Testis erit templum sancta Diana tuum.
At vates semper celebres, & morte sepulti
Clarius æthereo sidere nomen habent.
Carmina Pieriæ tribuunt post funera vitam,
Et rident Stygios, flumina nigra, lacus,
Nec sese solos cumulant hoc munere laudis,
Et curant omni posteritate legi:
Sed reges etiam & pulchræ virtutis alumnos,
Et decus, & patriæ nomina cara suæ.
Meonidæ cunctis nomen celebratur in oris.
Famaque Virgilii morte vetante viget.
Smyrnaque Castalidum vere domus esse putatur,
Mantuaque Andina surgit ad astra lyra.
Et quis Priamiden, & quis non nouit Achillem,
Et Laertiaden, Ascaniique patrem?
Tu quoque care mihi cognati sanguinis ortu,
Sed longe studio carior Aonio:
Fac Iouis auxiliis magno celebretur honore
Omnibus in terris Ogeriane domus.
Egregius bello princeps, rectorq; Danorum

Oge-

Ogerius, noſtræ gentis origo fuit.
Hic validis Heros ſuperauit viribus omnes,
Nec tam terribili Marte Rolandus erat.
Nec ferro potuit lædi, nec ſanguine quiſquam
Ogerij terram ſe maculaſſe refert.
Illius eximiam virtutem, & fortia facta
Carolus aurifera vidit in Heſperia.
Vidit & in patra, cum Saræ nomine læta
Sequanicos ferro gens violaret agros.
Hanc iuuenis Cimbro Marti dare terga coegit,
Et latam Mauro ſanguine tinxit humum.
Nec taceas vrbem cui iuſſu Cæſaris olim
Sitius à Cereris munere nomen erat.
Condit hanc Cæſar, cum ſæuo Marte Britannos
Oceani ad magnas ſollicitaret aquas.
Omniaque hîc condi voluit frumenta ſibique
Hinc mitti, armata gente petente cibum.
Nam tunc pulſa mari, portus quoque nomen habebat,
At maris hoc ipſam tempore liquit aqua.
Anchoraque in ſummo reperitur monte frequenter,
Cum terram valido vomere ſulcat equus.
Nunc vetus amiſit nomen nomenque recepit
Sitius Audomari, nomine læta nouo.
Hic, ad nos olim Germana ſede profectus,
Exegit veteres; numina falſa, Deos:
Et verum nobis numen celebrauit Ieſum:
Francorum princeps tunc Dagobertus erat.
Nunc fruitur cœlo; templo, ariſque receptus
Nomen inextinctum Sanctus Omerus habet.
Hæc vrbs præcipue furiis inimica Geneuæ,
Ritus Romanæ relligionis amat.
Quæque micant gemmis, auroque, & marmore pulcro
Templa, Deo ingenti ſtructa labore dicat.
Mœnibus excelſis, ſtudiiſque aſperrima belli,

Præsertim cum me primùm sub luminis oras
Effusum, liquido lætus perfuderis amne,
Multaque liligeræ regioni commoda præstes,
Et nullo inferior per terras flumine curras,
Mæoniaque lyra plectroque & carmine dignus
Vis Aganippæo totumque Helicona requirant,
Quas tibi naturæ tribuit clementia, dotes.
Tu fonte è nitido Morinorum in montibus ortus
Laberis Audomari per agrum, & Bertinica pulchra
Arua rigas lympha generosaque flumina mittis;
Quæ quoties adeo & demitto in guttura, lactis
Candentes riuos & Tëia pocula temno,
Et Superûm liquidos videor mihi ducere succos.
Tu niueos pascis Cycnos, quot prata Caystri,
Et variè flexis ludens Mæander in vndis,
Trinacriisque ciens fremitum Pergusa sub antris.
Et ripis herbas nutris, quas Pæone nati
Sæpius exoptant, cum tristia vulnera curant,
Et calidas mulcent febres, Orcumque morantur.
Arboribusque tuis prope campos rore madentes,
Florilegas educis apes, quæ dulcia fingunt
Mella, leuique monent somnos celebrare susurro.
Egregiosque lacus gignis, liquidasque paludes,
Omnigenosque creas pisces, terrasque natantes,
(Quod nusquam inuenias) oculis mirantibus offers,
Nam ratium præstant vsum celeresque sequuntur,
Quo cupiunt homines, & ducunt flamina cœli.
In quibus vmbriferos saltus atque arbore fœtus
Pendentes videas, & candida lilia carpas;
Grataque purpureo ducas conuiuia Baccho;
Et celebres festas hilarato corde choreas.
Has olim in terras, ne quis me fingere credat,
Carolus egregius Cæsar, natusque Philippus,
Cum fessum bello pectus recreare volebant,
Sæpe dapes ferri iussere, & pocula poni:

Nec finis Icarios vnquam sæuire calores,
Æstiferosque ignes, cum sol adit ora Leonis:
Tot prope te cernis syluas, lucosque virentes,
Quos variæ liquidis volucres concentibus implent:
Nec furis aggeribus ruptis, vt damna sequantur
Agricolas, lachrymisque genæ repleantur agrestum:
Sed quamuis alto cursu, lymphaque profunda
In mare ducaris, numquam tamen agmine sæuo
Gramineas lædis ripas; sed flumine pingui
Fœcundas agros. quotquot pater optime tangis;
Et reficis ductis sitientia gramina riuis;
Et varios hilaras populos felicibus vndis;
Cæruleoque maris domino magnoque tributum
Oceano pendis Dunkerkæ ad mœnia pulchræ;
Innumerasque vehis naues & mercibus vrbem
Sitiacam, aduectis peregrino è littore, reples.
Salue magne pater, meque ad tua flumina molli
In prato fusum & meditantem carmina digna
Posteritate, iuua. & faciles mihi mitte Camœnas.

*Ad Petrum Ernestum Facuæum.*

Non semper nitidi fulgent Hyperionis ignes;
Sæpe latet nigra condita nube dies;
Nec votis hominum semper subscribit Olympus;
Et tandem luctum gaudia longa ferunt.
Quæris quid faciam, Facuææ gloria gentis;
Si turbent animum tempora dura meum:
Ad Musas propero, Pataræaque regna requiro,
Et solor Claria pectora mœsta lyra;
Non quod Centauris solitum est, ad vina recurro;
Vt releuent curas Naxia dona meas.
Flumen amo. lætorque meris abstemius vndis,
Dulcior est dulci munere vitis aqua.
Testis erit liquidi sanctissima lympha Morandi;
Quæ mihi sæpe suo guttura fonte rigat.

Vina

Vina necant homines primis crescentibus annis,
Atque vetant illos viuere posse senes.
Vina cient lites, & tristia prælia miscent,
Imperiumque suo sub pede mentis habent.
Vina bibant alii: vertant crateras ahenos;
Inuigilent posito nocte, dieque mero:
Multaque iucundi faciant præconia Bacchi,
Et Semeles puero carmina digna canant:
At mihi Latonæ proles cantetur Apollo,
Dum mihi Castaliæ pocula fundat aquæ.
Tunc ego laudabo colles Heliconis amœni:
Aseræumque nemus, Thespiadesque Deas:
Et faciam versus Musis, & Apolline dextro,
Et laurum capiti nectere dignus ero.
Tunc libeat magnum nobis memorare Gerardum,
Quo non in toto sanctior orbe vir est.
Postque tuas, iuuenis clarissime dicere laudes,
Qui mihi post illum semper amandus ades.
Dummodo felici vos possim dicere versu,
Nullus sollicito pectore luctus erit.

*Ad Ioannem Macarium.*

Dulcis Ioannes, verè felicibus astris
Edite, qui Claria tempora fronde tegas:
Qua regione morer, quid agam quoque scire laboras,
Bella Louaniaco Marte gerente solo.
Dilia quæ tingit liquidissimus, arua reliqui:
Adque Duacenas nunc ego verso aquas:
Hîc me multa iuuant & sunt gratissima certè;
Vt rus, & vario gramine pictus ager:
Et lacus, & colles, & syluæ frondis amœnæ:
Sed me plus istis vnda Morandis habet.
Illic sæpe leuo Lernæi sideris æstum,
Et siccam gelido fonte relinquo sitim.
Ille mihi præbet faciles in carmina Musas,

Ille Meduſæas eiaculatur aquas.
Nec mihi, ſi ſacro Muſarum fonte bibiſſem,
Ingenium maius Pegaſis vnda daret.
Sic ego diuini libato fonte Morandi,
Ardeo Pieriis nectere verba modis.
Ergo quiſquis amat dulces componere verſus,
Et teſtudineæ ducitur arte lyræ:
Ne longum meditetur iter, nec Hyantia viſat
Regna, nec Ortygiæ flumina quærat aquæ:
Inueniet Dircen, Orpheaque plectra Duaci,
Et ſciet, Aonias hîc habitare Deas.

*Ad Allardum Ogerium fratrem.*

Baſſaticas vita pateras, dulciſſime Frater,
Et placeat menſæ ſobria lympha tuæ.
Qui ſua purpureo prohibent præcordia vino,
Et gaudent gelida tingere guttur aqua;
Certè ſemoti longè terreſtribus auris,
Sedis Olympiacæ regna beata colunt.
Namque ſuo capiti longum dempſere dolorem,
Et ſe ſexcentis explicuere malis,
Quæ fert ignigenæ Bacchi temerarius ardor;
Atque Maronææ vitis amarus odor.
Hinc etenim lites, & triſtia bella creantur;
Hinc mors exanguis, funereuſque dolor.
Hinc etiam febres, morbique trahuntur inertes,
Pœnaque ventura morte timenda magis.
Et quæ præterea longi numerare laboris
Eſſet, Niſi genis debita damna viris:
Quæ procul aſpiciunt agitantes molliter æuum,
Arida qui gelido guttura fonte leuant.
O metuenda rubro, calidoque liquore Donyſa,
Humano generi qualia dona paris?
Hîc opus eſt igitur magni Demoſthenis arte;
Hîc, frater, cauta labra rigabat aqua.

Vinum

Vinum fulmineas cœlestis numinis iras
Spernit, & in facinus pectora cœca rapit.
Vinum Balthasarem Stygias detrusit ad vndas;
Cum tetigit magno pocula sacra Deo:
Vinum detexit longæui membra Noëi,
Atque verecundis conspicienda dedit:
Vinum Lotiadas cum patris pectore iunxit;
Sacrilegoque pium læsit amore torum.
Tales ebrietas demens, excorsque fefellit;
Tuque caue Thasio decipiare dolo.
Ipse Rechabitas laudat dominator Olympi;
Quod fugiant liquidum patre iubente merum.
Et census, & opes ideo Deus optimus illis
Auxit, & ætatis tempora longa dedit.
Illos vsque sequi tenta carissime frater,
Et fuge Silenos, stultitiamque meri.
Cumque tuis epulans Acheloïa pocula posce,
In Siculo luxu simplice lætus aqua.
Quamuis increpitent magno clamore sodales,
Quamuis illudant, inuideantque tibi.
Hos etiam, quæso, conuiuas rarus adito;
Corrumpunt mores impia verba bonos.
Et si te dederint illis tempusque, locusque,
Et sit cum potis esse necesse tibi:
Illum, quem dixi morem, seruare memento;
Arbitrioque tuo pocula lecta bibe.
Sic, illis tandem primo morientibus æuo,
Ducentur fati stamina longa tui,
Et te non vllo sapientia tempore fallet;
Cumque Diis æuum sydere clarus ages.

*Ad Ioannem Brantium.*

Branti sæpe vocas ter amico sydere natos,
Quos procul à vulgo Cynthia regna tenent:
Hanc vocem certè nemo reprehendet eorum,

Qui

Qui rectè sapiunt, iudicioque valent.
Litibus hic gaudet, tenet hunc insania Martis,
Hunc mouet Iliaco purpura picta solo.
Hic quærit densos per mille pericula census;
Hic solet apposito luxuriare mero.
Hunc agitat liuor, Venus huic vesana medullas
Torret, at hunc multo strata sopore iuuant;
At vates scelerum puri, vitiisque carentes
Talibus. Aoniæ florida prata colunt.
In quibus assiduè nitidum spatiantur ad amnem,
Qui liquido Clarias vertice fundit aquas.
Et quærunt taciti, quidnos ad sydera tollat
Raptos è tenebris, Tartareoque lacu.
Et varias rerum causas cognoscere tendunt,
Et docti fallunt tempora carminibus.
Si sacri viuunt vates. & semper honestis
In rebus mentis lumina fixa tenent.
Hic surget rabidus. soboles Acherontia, liuor,
Et dicet. vatum pectora labe carent?
Quamuis se piceis ostendat coruus in alis,
Hunc niueum dicis corpus habere tamen.
Quàm fœda impuri scribunt epigrammata vates,
Quos ad Bilbileas Tarraco gignit aquas.
Quam turpes edit cantus præceptor amoris;
Quam reddunt Oscos Appula plectra sonos.
Si quis damna velit casti sentire pudoris,
Ad Citharam properet, Castaliasque domos.
Ad linguam argutam, & Piræa ad littora natam,
Mella vbi Cecropidis Attica fingit apis.
Nonne vides. istas voces rationis egere?
Nec scelus hoc sanctas tangere posse Deas?
Nec debere nigro totam carbone notari
Aoniam. Veneres si duo, tresve canant?
Nil est tam sanctum. quod non violare libido
Audeat, & cæca mente prophanet amor.

Nil adeo prodest, quod non tibi possit obesse;
Quæque bono fuerant, sunt quoque sæpe malo.
Nil igne vtilius sed eum plerumque videmus
Sacra Panomphæo tecta cremare Deo.
Quid liquida vitrum referenti gratius vnda?
Ast ea sæpe hominum corpora mersa necat.
Agricolæque dolent, sata læta, boumque labores,
Et stabula, & syluas amne furente rapi:
Et validos pontes rumpi resonantibus vndis,
Dulciaque in medio vina natare freto:
Ferrum, ad terrendos dentesque, vnguesque ferarum
Inuentum, humano sanguine sæpe madet.
Et tellus spinis paliuros fundit acutis,
Et gelidæ morti gramina nota parit:
Ast eadem segetes, alimentaque mitia profert,
Et tumido vitis palmite floret ager.
Et luna, & frater præbent sua lumina mundo,
Et multum terras sydus vtrumque iuuat:
Sed tamen interdum febres mortalibus ægris,
Et segeti interitum, duraque fata ferunt.
Tecta Notos arcent, & aquas ex æthere lapsas,
Icariosque æstus, feruidaque astra leuant:
At Boreæ haud rarò resonant mugitibus ædes,
Et cadit in domini regia lapsa caput.
Si quis perfidia medici mittatur ad Orcum,
Et sua non cauto gutture fata bibat:
Hippocratem subitò, fidumque Machaona carpes,
Et dices succos Pæonis esse malos?
Si contra leges Iurisconsultus iniquus
Defendat sontes, immeritosque premat:
Propterea leges flammis vltricibus vres?
In flammam leges non meruere iaci.
Si [illegible] ferco faciat conuitia cœlo;
Et violet vetito numina sancta sono:
Omnis lingua ideo sceleratæ nomen habebit.

Et

Et pœnas rigida forfice secta dabit?
Sermo Dei sacer est, nihil est diuinius illo,
Hoc animum pascit gens bene sana suum:
Vinum sollicitis curas mortalibus aufert,
Et dulces cantus, lætitiamque ciet:
Languentesque fouet frigenti sanguine venas;
Et roseo niueas tingit honore genas,
Et fessas reficit vires, durumque laborem
Ferre pedes, quamuis sit via longa, docet:
At si quis vinis oneratus currat in enses,
Sæuaque mortifera concitet arma manu:
Concipiatque suis furiales ossibus ignes:
Et faciat casto vimque, metumque toro,
Vel dextra insana flammas ad culmina iactet,
Innocuasque domos igne furente cremet:
Vel caput eiidat tecto delapsus ab alto,
Vel sua fluminea corpora mergat aqua:
Vel famam alterius lædat, secretaque prodat,
Et rumpat caræ vincula amicitiæ:
Et tremulam accersat febrim, mortisque figuram
Induat, accelerans fata diemque suum:
Num dicendum ideo, generosi pocula Bacchi
Esse mala, & vitis pestiferum esse genus?
Vinum nil meruit, sola est hæc culpa bibentis,
Qui sua plus æquo pectora vite grauat.
Cum sceleratorum referuntur facta Neronum,
Traianus numero coniicietur eo?
Cum Syllæ patriam oppugnant, num territat vrbem,
Oppressit furias qui Catilina tuas?
Num coniunx Ithaci memoratur adultera turpis,
Cum sequitur Phrygium nupta Lacæna virum?
Num scelus admittit gladio fulgente Michaël,
Dum petit Arctoum turba profana polum?
Num Petrus, & fratres maculantur crimine turpi,
Quod cœtu in sancto proditor vnus erat?

Non

Non ideo è cœlo descendit dia poësis,
Vt nobis Venerem cantet Acidaliam:
Non ideò vatum numen se pectore miscet,
Et dulces strepitus Lesbia plectra docet.
Hoc quicumque facit, Pataræos lædit honores,
Et violat numen sancta Poësi tuum.
Et proprium vatis munus, celebrare Tonantem,
Et canere Aonia fortia facta lyra.
Lectorique auido doctis aperire Camœnis,
Quæ Stagirites scripsit Aristoteles.
Hæc quoque scribuntur; sed si quis tela Dionæs,
Idaliasque faces, & sua furta canat:
Num vates omnes suggillabuntur ad vnum,
Culpaque Pierias hæc maculabit aquas?
Detur lasciuis, non castis culpa Poëtis;
Culpam non sancti, sed meruere mali.
Vnus, & alter erit, qui turpia carmina cantet,
Et celebret Paphiæ regna proterua Deæ:
Innumeri rectè funguntur munere vatum,
Quodque iubet virtus, & pia iura, canunt.
Dum canit Æaciden & prælia magnus Homerus,
Heroum validas tollit ad astra manus:
Ast idem eloquio clarum cum laudat Vlyssem,
Ingenium laudat, coniugiique fidem.
Hesiodus terræ glebas, & sydera dicit
Apta, quibus culto semina dentur agro:
Innocuos celebrat mores Arethusidos oræ
Pastor, & Arcadio carmine mulcet oues.
Virgilius, magni quod tres cecinere Poëtæ,
Et nemus & segetes, & fera bella canit.
Purpureos multo de sanguine Martyras alto
Hesperius plectro ducit in astra senex.
Parthenopes liquidas genitus Syncerus ad vndas
Suauidico partus Virginis ore canit:
Et sacrum nomen facundus Episcopus Albæ

Christi

Christi magniloquo carmine facta refert.
Sed quid ago, & quo nunc animum sententia ducit?
Enumero liquidas, quas mare voluit aquas.
Carminibus cœli Dominus celebratur in alto,
Et resonant magnum plectra canora Deum.
In terris hymnis Ecclesia laudat eumdem,
Hymnis quos sancti composuere viri.
Non ignara, piis diuinas cantibus aures
Mulceri, & sacræ carmen amare lyræ:
Et quisquam doctos audet reprehendere vates?
A sanis animis sit procul iste furor.
Qui negat Aonia sua pectora voce moueri,
Nec sibi Pieriæ fila placere lyræ:
Hic se Caucaseas fateatur vincere rupes
Duritia, & si quid durius esse potest.
Dum strueret Thebas Amphion, surda coëgit
Ad sonitum citharæ saxa venire suæ.
Ismarias mouit tigres Rhodopëius Orpheus,
Pieria Geticam dum ferit arte lyram:
Dum mulcet fidicen truculentas Lesbius vndas,
Piscibus in medio gurgite cura fuit.
Et Linus aërio deduxit vertice quercus,
Vmbrarum nudos dum canit ante lacus.
At carpit niueos Heliconis liuor olores,
Nec secus ac mortem Cynthia plectra fugit.
Magnus Alexander, Mecœnas, Pollio, fortis
Augustus Musas, & pia sacra colunt:
Et quis non potius velit horum facta referre,
Quam vulgi rabiem iudiciumque sequi?
Ne legat Aonios igitur fœdissima vates
Inuidia, abstineat montibus Ortygiis:
Et Stygio sedeat luco, tristesque lacunas
Seruet, & anguineo viscere pectus alat:
At nos Pieriis pascamus lumina syluis,
Aridaque Ortygia labra rigemus aqua.

Et

Et niuibus gelido choreas agitemus in Hæmo,
Velati nitidas fronde virente comas.
Si nos felici ducemus tempora fato,
Branti laurigero semper amice choro.
Quosq; mouent pattiæ casus, bellumq; dolores,
Carminis Aonij decipiemus ope.

*Ad Valerianum Flossium.*

Quæ sit lympha rogas, quam sic ego carmine laudo,
Ista tibi verbis nota duobus erit.
Vrbe Duacena fons est, doctissime Flossi,
Qui se Blanduſiæ postulat esse parem.
Fama refert, veteres Diuo sacrasse Morando,
Cuius nectareas munere fundit aquas.
Vndiq; conueniunt ad eum, iuuenesque, senesque,
Vt pellant æstus, oraq; sicca leuent.
Huc ego cum primum flexissem luminis orbem,
Fatis ad sacræ flumina ducta aquæ;
Mirabar numerum populi venientis ad vndam,
Quem nemo posset dicere, tantus erat.
Vt crebræ nigro formicæ calle vagantur,
Cum Cereris flauas depopulantur opes:
Aut vt floriferis variæ glomerantur in hortis,
Cum tepidi spirant flamina veris, apes:
Sic ruit ad lympham celeberrima turba salubrem,
Et gaudet sacro ponere fonte sitim.
Nec præ flumineo vites miratur honore,
Anteferens Rhodio Naïca dona mero.
Hoc ego iudicium libato fonte secutus,
Non possum liquidos non celebrare lacus.
Inde racemiſ-ri sordent mihi munera Bacchi,
Atque meam grato flumine pello sitim:
Dumq; Duacena doctas regione Camœnas,
Palladiæq; domus fulgida prata colam:
Semper ad hos latices sitientia guttura vertam,

Fons est Ismario dulcior ille mero:
Quin imitatur aquas Pataræo monte cadentes,
Et Clarium in morem, qui bibit inde, furit.
Non secus ac Pastor, qui cum venisset ad amnem
Ascræum, & liquidis ora rigasset aquis,
Numine cœlesti calefacto pectore, vatem
Egregium meminit se redijsse domum:
Hinc fit, vt hanc videas vrbem tot habere Poëtas,
Doctaque per medias plectra sonare vias.

*In Daphnen.*

Hic cuperet, cœlo sua si sibi vota darentur,
Esse Midas, alius Cæsar, vel fortis Achilles,
Aut forma insigni Nereus, vel doctus Homerus:
Ast ego quæ cupio mihi si concedat Olympus,
Esse velim speculum lucens, vt candida Daphne,
Quæ nunc aspectu nostro se auertit & aufert,
Assiduè nitidos vultus defigeret in me.

*Ad Gilbertum Ogerium fratrem.*

Gaudeo, quod nunquam dulcis germane liquorem
Vitigenum libas, nisi multo flumine mixtum:
Ipse times, recteque times, ne feruida Bacchi
Dona iecur vitient, & te pallentibus vmbris
Ante diem inuoluant, & acerbo funere mergant.
Fulmineo quondam meministi Naiadas ictu
Flagrantem infantem Bacchum fluuialibus vndis
Mersisse, & validos Æthnæi fulminis ignes
In gelido domuisse lacu; sic vina nocere
Haud posse, vndarum largo perfusa liquore:
Hunc si purpureæ celebrantes vitis honorem
Nubigenæ morem tenuissent Herculis arcus
Nunquam sensissent, nec acutas Theseos hastas,
Pirithoique graues erepta coniuge vires.
Nec collo effracto iuuenis dilectus Vlyssi

Circæo

Circæo charam liquisset littore vitam.
Nec ferus in patrio Neptuni filius antro
Astu Neritio lumen gemuisset ademptum.
O fallax cauto fugiendum pectore nectar.
Quare perge mero gelidum miscere liquorem;
Si vis Nestoream & felicem ducere vitam,
Et Thracum mores, & Amystidas oderis hydra
Peius Lernæa, morbosque ferentibus astris.

*De nomin. Alexandri.*

Nomen Alexandri magna virtute ferendo
Auxilium meruit primus habere Paris:
Cum pecus abductum silua viridante recepit;
Et Cilici Phrygiam sanguine tinxit humum.
Et tu, voce pari qui diceris, optime Princeps,
Belgarum populos qua ratione iuuas?
Hoc scit Relligio, Pietas, altaria Diuum
Alma ceres, Helicon, Virgineusque chorus.

*Ad Antonium Theobaldum.*

Qui primus vitem viridanti seuit in aruo,
Illius tinxit radices sanguine sæuo
Tigridis, immundæque suis, placidæque bidentis:
Simia lasciuum dedit huic quoq; quarta cruorem;
Inde fit, vt qui se multo perfundit Baccho,
Tigridis, aut ouium mores imitetur, aprique
Naturam, & gestus, petulans quos simia reddit,
Vel molli in lecto, aut dura tellure iacebit,
Viribus amissis; ferro, mortique cruentæ
Expositus, nec se iugulari sentiet vnquam:
Vel pugnas acres, & prælia dira ciebit
Mente ferox, & cædis amans, sitiensque cruoris;
Vel ruet in Venerem præceps, & raptus amore
Quoslibet in thalamos nullo discrimine curret:
Vel se ridiculum gestu præbebit inepto,

Effingens quicquid cernet resonante cachinno.
Propterea vitis fallacia munera fili
Cautè delibes, oro, & pete Naïca dona,
Cum releuare sitim siccataq; labra parabis;
Taliaq; infusa discrimina dilue lympha,
Inq; beatorum numero ponêre virorum.

*Ad Artesiam.*

Artesiæ nitidi colles, & nobilis Aa
Flumine nectareo, cur vos ego linquere cogor?
Cur non egregias, quas sanctus seruat Omerus,
Vt cuperem, assiduo despecto lumine sedes,
Helisales sacro de vertice semper habenti
Gramen, & vmbriferum nemus, vndisonumq; liquorē?
Quæ gens ô Morini vobis humanior, ecqua.
Fertilior vestra est regio, seu vina petantur
Lenia, siue Ceres, & opimæ gloria messis?
Seu diues nitidos fœtus Pomona requirat?
Seu Chloris flores, & frondea tecta Napææ?
Quæ plaga mitior est cœli? quæ terra salubres
Vsqueadeò pelago venientes excipit auras?
Quæ tellus minus infesta est, vbi Sirius ardor
Letiferas mittit corrupto ex æthere pestes?
Vobis Piëriæ semper fauere puellæ,
Et varios cantus, & Dædala plectra dedere;
Omnigenasq; artes tribuit pulcerrima virgo;
Quæ capite è patrio fusa est Tritonis ad amnem.
O Bellona ferox, ô Mauors impie, terram
Tam mitem infestis premitis crudeliter armis;
Et diris segetes flammis, camposq; crematis
Arboreos, & aquas miscetis sanguine fœdo.
Nil hîc nunc nisi bella sonant, ensesq; nefandi,
Terribilesq; tubæ, & strepitu pulsata tremendo
Tympana, voxque, ferus quam miles mittit ab ore
Sacrilego, aduersum cum se exhortatur in hostem,

Et facit

Et facit immeritis demens conuitia Diuis:
Tum Stygio tormenta sono superantia cœli
Murmura, cum fremitu miscentur nubila cœco:
Hinc Pietas, hinc Pax, hinc & Concordia fugit,
Musarumq; chori, & Musis comitatus Apollo:
Et citharæ dulces strepitus, hilaresq; choreæ.
O patria, aurifero longè mihi carior Hebro;
Et gemmis, quascumque tegunt Erythreïdes vndæ,
Nunquam te potui bissenos ordine menses
Aspicere, inq; tua vestigia ponere terra:
Cum summe cuperem prope te consumere vitam,
Quosq; annos mihi fata darent, & fila sororum.
Vix annum attigeram septenum, cum pater arua
Pïeridum iussit passu peragrare tenello,
Et Latiam, & Graiam pariter perdiscere linguam;
Quas animo tandem cupido, & sudore frequenti
Perdidici, sub te Musarum clara propago
*Maxime*, qui teneram formasti voce diserta
Ætatem, atq; altæ virtutis tendere ad arcas
Semper es hortatus, vitij cupidissimus vltor.
Mox mitior, nitidis vbi se pulcerrima lymphis
Ostendit Scaldis quæ Flandrica separat arua
Anuersæ diti à regno, & Brabantide terra:
Inde Louaniacas iubeor celebrare Camœnas,
Diliadesq; Deas, & amica palatia Phœbo,
Et canonum ritus, sanctasq, ediscere leges:
Hinc Atrebas, nulli cedens pugnacibus armis,
Me tenuit, longas discentem incidere lites:
Me quoq; frugiferis tenuit Mechlinia campis,
Et dites Brugæ, & Querceti pulcra vireta,
Et fortes Tongri, & Traiecti pinguia culta,
Quæ rigat vndisoni Mosæ liquidissimus amnis,
Atq; Duacenis etiam recubare sub antris
Scarpiades videre Deæ, dum carmina quæro
Mollia, mœstitiamq; sacra testudine fallo.

Quid numero Oceani fluctus, & sydera cœli?
Plura loca incolui, quæ menti tædia ferrent,
Si numerare velim; vix sanctus vidit Omerus
Temporis exiguum patrios celebrare Penates;
Quos nunc deserere inuitum quoq; Martia cogunt
Prælia, quæ Calabris peius serpentibus odi;
Et fugio veluti, quæ fœmina Thessala miscet
Toxica vel fœdas quæ strages horrida pestis
Accumulat, caput è Stygijs cùm sustulit vndis.
Pacis amans, citharæque fui, Phœbëiaq; arma
Assiduè colui, fonteſque, & flumina semper,
Et colles placuere mihi, lucique virentes;
Quæ loca more meo nunc visere Martis imago
Terribilis prohibet milesq; ad bella paratus.
At vos æëreæ sedes, & mœnia sancta
Audomari & dulces Morini, campiq; feraces,
Saltusque, & syluæ nitidus quas præterit Aa,
Sitiadesque Deæ, & templo Bertine superbo
Nobilis, atque aula Romano præside digna,
Dum licet aspicio, nunquam fortasse licebit
Amplius; instat amor belli, cædisq; cupido,
Atq; alias penitus cogor diuertere ad oras
Indica regna petam nitidis rutilantia gemmis,
Pax vbi floret & arua solo felice coluntur:
Vel longum si terret iter, desuntq; carinæ,
Adq; viam census, & opes nautæq; fideles,
Ausonios visam fines, Saturniaque arua
Quæ gens iustitiam, & felicia tempora pacis
Persequitur, nec se miscet ciuilibus armis.
Vos quoq; Thesæo dilecti more sodales
*Pullane* & Flossi Themidos certissima proles,
Et qui Socratici vestigia sancta Platonis
Assequeris, vero cognomine Grandis amice;
Ronsardoque sacris nutrite Gerarde sub antris,
Addite vos comites, & me per regna sequentes

Aurea,

Aurea, tellurem ciuili Marte furentem
Linquite, Tisiphonesque manum vitate cruentam,
Et fugite insani strepitum, & discrimina belli.

*Ad Marcum Antonium Muretum.*

Ausonios tandem fines Murete videmus,
Romuleumque solum & septeno monte tumetem
Tellurem, & patris Tibrini pulcra fluenta;
Et templum, quo non augustius orbe videtur;
In quo perpetui Petro redduntur honores.
O quàm lætatur pectus, discrimina tanta
Euasisse, viæ quæ sunt obnoxia longæ:
Nec tinxisse feros enses, dextrasque latronum
Sanguine, nec rapidæ submersum fluctibus vndæ;
Nec rigido in syluis laceratum dente ferarum,
Alpinasque niues superasse, & frigus iniquum;
Sydereosque æstus, & fusos æthere nimbos;
Et sæuam rabiem ventorum, & fulmina cœca,
Cauponumque dolos imitantum facta Cyclopum;
Vt gaudent nautæ cum iam tetigere carinæ
Littora, seque locant portu, & statione cupita,
Nec pelagi metuunt violentas amplius iras.
Nunc igitur iuxta Tiberini fluminis vndam,
Purpureo in prato, & syluæ viridantibus vmbris,
Semotum longe à populo, strepituque, licebit
Sollicitare lyram, & modulati carmina læta.
O quàm Romulidûm tellus atque Albula dulcis,
Quam velis, & equis cupidè visenda larique
Anteferenda suo, terrarumque omnibus oris,
Quas nitidus roseo conspergit lumine Titan.
Hîc sedet egregius Pastor, cui claudere cœlum,
Et reserare dedit mitis clementia Christi,
Gregorius pater Aonidum, sanctissimus heros,
Hic tot relliquias videas, diteſque ruinas

Vrbis primæuæ, quæ monſtrant mole ſuperba,
Nunc ſtrata, quam Roma potens, opulentaq; cenſu
Attalico fuerit, prius hanc quam barbarus ignis
Hauſiſſet, ferroq; Getes laceraſſet acuto.
Hîc artes omnes, & veri lumina lucent
Ingenij, hîc cernas etiamnum plectra canori
Orpheos, & Cois expreſſa coloribus ora;
Armaq; Phidiaca ſumentem Pallada dextra,
Mœoniaq; caput redimitos fronde Poëtas;
Quos inter, veluti Coryphæi, numine pleni
Semper Hyantæo præſtant Laurentius, atque
Angelius, ſoliti teſtudine ſaxa mouere,
Et rabidas tigres mulcere, animoſq; leonum.
Tu quoq; Sequanicæ telluris gloria Marce
Antoni, nam non ſolum Demoſthenis arma
Induis, Arpinoq; modo procurrere noſti,
Sed citharæ pulſu magnum Colophonis alumnum
Æquiparas. docta nec cedis voce Maroni:
Seu Graias, ſeu Romanas ſectere Camœnas.
Saluete egregij Vates, homineſq; diſerti;
Salue Roma, Petrique potens ſucceſſor, & hæres.
Salue Tibri pater, magnarum rector aquarum;
Saluete & ſyluæ & montes, campique virentes,
Quos habet Auſonidûm regio, Saturniaque arua.
Saluete in primis, cuſtodes vrbis amœnæ,
Petre, & Paule, & mille alij, qui numina Chriſti
Vera celebrantes, & thuris honore colentes,
Falſaque temnentes veterum ſimulacra Deorum,
Romuleam terram tinxiſtis ſanguine ſacro,
Supplicio affecti grato, lætique migrantes
Ad Superos, luce è miſera. & mortalibus auris;
Saluete, & Morina venientem à ſede Simonem
Accipite, & ſemper diris arcete periclis.

In mmeo

*In nomen Romæ.*

Nomen Romæ potens tibi Romulus indidit olim,
Conuenienſque tibi ſuperorum numine ſoli;
Imperium terræ nam quondam fortibus armis
Clara tibi peperit ſoboles; nunc clauibus orbem
Suppoſitum geminis, quas fert ſanctiſſimus heros
Succeſſor Petri, placidè, ſancteque gubernas.

*In inſigne Gregorij XIII.*

Peruigil Heſperijs olim ſeruabat in hortis
Serpens aurifero rutilantia poma colore;
Ne quis Siſyphijs ea poſſet tangere palmis;
Raptaque furtiuè cupidis includere ciſtis:
Sic prudens Heros, vigilanti nomine dictus
Verè Gregorius, ſibi quas dominator Olympi
Commendauit oues, truculento à dente luporum
Defendit, ſummo ſtudio, curaque perenni.

*Ad Guilelmum Sirletum Cardinal.*

Cum Pandioniam Theſeus properat ad vrbem,
Cuius mirifico flagrabat amore videndæ,
Non tamen ad patrios voluit prius ire Penates,
Quam meritis ingens virtus, & fama tuliſſet
Inclyta Palladias Theſæum nomen Athenas;
Nec fortuna viri votis inuidit honeſtis:
Quotquot enim tunc Cercionés ſæuique Procuſtæ
Terram infeſtabant, atque ardua tecta ferarum
Cæde viatorum implebant, hos dextera magni
Herois validè ſtrauit, miſitque ſub vmbras
Tartareas, aruiſque ſuam, ſyluiſque quietem
Reddidit, atque metu trepidantia pectora ſoluit.
Tum demùm rerum fama præeunte ſuarum,
Amplexus patris petijt, atque oſcula Theſeus.
Hei mihi quod nequeo non ferro, & cæde latronum,

Sed fama ingenij,& Smyrnæo carmine clarum,
Me tibi purpurei splendor Sirlete Senatus
Offerre,antè tuis quam palmis oscula figo,
Pierìa ignotus regione,& nescius artis
Castaliæ.cuius tactus dulcedine,mentem
Pascis, & Aonia semper spatiaris in vmbra,
Acceptus Graijs pariter,Latijsque Camœnis.
Sed licet Ascræa possem contendere magno
Arrè Lino,& Pataræ dominum superare canendo,
Non his temporibus tamen altas scandere sedes
Pierìæ, & citharam digitis percurrere possem.
Carmina lætitiam quærunt,fugiuntque dolorem;
Impius Odrysijs cursit per Belgica Mauors
Arua rotis.campoque replet,fluuioque liquore
Sanguineo, & dira coaceruat funera dextra,
Egregiasque cremat flammis crudelibus vrbes.
Hæ patriæ tantæ clades.miserique tumultus
Excutiunt digitis calamos. acresque calores
Aoniæ extinguunt, Phœbæaque vela morantur;
Tu tamen instructos Orphæa diligis arte,
Mœoniasq; Deas, & Hyantia sacra tueris,
Castalijq; chori Mecœnas alter haberis.
Miles amat,quicunq; tubas, & castra sequuntur,
Nauita,marmoreas nauem qui ducit in vndas,
Agricola.incuruo terram qui findit aratro;
Cultor Thespiacæ rupis,Parnasside lauro
Diligit ornatos.Clariasque amplectitur artes,
Cum foueas igitur doctos Heliconis alumnos,
Nec me Calliope Grynæo viderit vnquam
Vertice Castalia tingentem guttura lympha:
Nec patiar vereor turpem Sirlete repulsam;
Nec facilesaditus tua dent mihi limina, gratos
Laurigeræ genti semper redolentia ramos;
Sed fretus Musis.quarum perhibentur apertæ
Omnibus esse fores,& fretus mente benigna,

Ingenio-

Ingenioque tuo, quo non manſuetius vllum,
Candidiuſq; videt cœleſti Phœbus ab arce:
Audio Chœrilæa Pataræos voce Penates
Compellare metu Tyrrhena per æquora pulſo:
Nec dubito dextram, quæ cunctis nata iuuandis,
Auxiliumque tuum, ſi quis mea carbaſa ventus
In præceps rapiat. miſeræ promittere naui,
Quam nulla æquoreas poſſem regere arte per vndas.
Hæc vir magne, meam cepit fiducia mentem;
Nec puto laturas pelagi mea vota procellas;
Quod te per genium Thymbræ, & Permeſſidas vndas
Caſtaliumque larem, & doctæ penetralia Cyrrhæ,
Ogerium accipias, oro, numeroq; tuorum
Adſcribas ſemperq; tuum fateare clientem:
Sic tuus ille Leo, quem fas eſt vincere, vincat:
Sic tandem triplici caput exornere corona,
Et pia Neſtoreos Lacheſis tibi proroget annos.

*Ad Gregorium XIII. Pont. Max.*

Nulla dies veniat, miſero quæ dicat in orbe
Gregorium Parcæ ſuccubuiſſe ſuæ:
Viuat Gregorius. viuat dum robora tellus,
Dum cœlum ſtellas, dum mare fundet aquas.
Te viuo florent leges, Aſtræaq; virgo
In terris vera cum pietate manet.
Per te Mars rabiem ponit; te præſide rerum,
Aurea per Latium ſæcula rurſus eunt.
Si te fata vocant metus eſt, ſanctiſſime Præſul,
Ne redeant rapida tempora dura rota:
Te præter, quiſnam tam læta in paſcua ducet,
Quas emit proprio ſanguine Chriſtus oues?
Quis ſic componet terras regeſq; iubebit
Seruare æternæ fœdus amicitiæ?
Ecquis ita ætherei placabit numina cœli;

Si Deus

Si Deus iratas instruat igne manus?
Non facilè in tantas alter succedere laudes
Qui possit, tota conspicietur humo.
Omnes propterea tibi candida fata precantur,
Staminaque in nullos dissoluenda dies:
Huic tamen in primis certat subscribere voto
Gens, Aganippæa ludere docta lyra:
Dum te purpurei spectare argentea Solis
Lumina, Parcarum candida fila sinent;
Nunquam Castalios tangent suspiria colles;
Nec reddent mœstos Delphica plectra sonos:
Inuidia hoc cernens in fletum erumpit amarum,
Et lacerat nigras non bene sana comas:
Tisiphonenque vocans, Erebæa voce requirit,
Cur ita Pierij numina fontis ames.
Præ cœca mentis rabie, qua turget Erynnis,
Phœbæo insignem non videt axe diem:
Semper Pieridas virtus pulcerrima fouit,
Et læsit doctas impia turba Deas.
Lucani exitio lætatur dextra Neronis,
Nec fert Odrysiæ Dædala plectra lyræ:
At pater Augustus veneratur scripta Maronis,
Et largo censu carmina docta fouet.
Et cur non foueat? quouis est digna fauore
Quæ colit Aonidum sacra caterua nemus.
Aonidum comites ducunt sine crimine vitam,
Nec quicquam, Momus quod reprehendat, habent.
Non Tyrias nectunt fraudes, non Colchica miscent
Toxica, non ferro fata cruenta cient:
Nec lite insana pietatis fœdera turbant,
Nec sibi diuitias, lege vetante, parant:
Ambitione carent, dulcesque fouentia Musas
Sollicita Superos otia voce rogant.
Nec se desidiæ peragentes otia dedunt,
Mollia nec longo strata sopore probant:

Nec

Nec Thraci gratum Pirene admittit Iacchum,
Nec mouet Aonias alea blanda manus:
Nec docta Idaliis feriuntur corda sagittis,
Pierïa eiectam se dolet arce Venus.
Et Paphias gaudent flammas Heliconides vndæ
Virgineo tinctas protinus amne mori.
Cum vates nacti spinosæ nescia curæ
Otia sunt, Clarius qualia versus amat;
Tunc recta gressus Parnassi ad mœnia tendunt,
Visuntque Aonias numina sancta Deas;
Et discunt ab eis ederosa sede recepti
Omnia, quæ doctis scire necesse viris.
Quid virtus, quid sit vitium, quid tollat in astra,
Quid nos præcipites in Phlegethonta ferat.
Vnde tremat tellus, qua vi maris ira tumescat,
Quid Boream, & mixtas fulmine vibret aquas.
Hæc vbi cognorunt, mortalia corda repente
Castalio plena voce lepore docent.
O nitidis Dirce lymphis, ô candida Daphne,
O Nymphæ magni docta propago Iouis:
Tales vos estis, vosque atra stirpe Bionis
Edita vipereo dente caterua petit?
Nec strepitum cœli, nec terræ expectat hiatum?
Nec timet armatas angue minante Deas?
Qui volat natos Gryneum ad flumen olores,
Nec capitur Musis, Aonioque sono:
Duritia Scythicas quercus, Adamantaque vincit,
Monstraque quæ pelago, quæque creantur humo.
Threicius vates citharæ dulcedine mouit
Saxa, feras, volucres, arboreasque comas:
Quin & Tartareo lacrymas excussit Auerno,
Et traxit Stygias in sua vota Deas.
Mos est inuidiæ benefacta incessere lingua,
Et sceleris sanctos insimulare viros.
Socraticam liuor pietatem damnat Athenis,

Socra-

Nec Romæ culpa Scipio liber erat.
At dicet Liuor, teneri luduntur amores;
Nec castos vates Syrmio docta parit.
Est proprium vatis, Venusino carmine pulsam
In Superûm laudes sollicitare lyram.
Mæonioque hominum virtutem extollere cantu;
Et vitium Parij carpere voce viri.
Hæc quoque Cyrrha facit, sed si quis furta Dionæs,
Et Paphios ignes, Cypriaque arma canat;
Num cunctos istæc tangent oppropria vates;
Lymphaque Pierídum turpior inde fluet?
Nec si mortiferas gens impia misceat herbas;
Pæoniis manibus pharmaca trita nocent:
Nec si conspicuæ celebretur Lesbia formæ,
Raptanda in crimen sacra Poësis erit.
Sed nobis melius scis hæc sanctissime Præsul,
Nec sequeris Paridem, Gordiadenque Midam.
Te Superûm nasci voluit pater inter opacas
Aoniæ frondes, Felsineasque Deas.
Zoileas ideo linguas, & tincta veneno
Labra draconigera pellis ab arce procul.
Hinc quia Castalias cernis sine labe Camœnas,
Gaudes Pieriæ gentis amicitia.
Et tegis Aoniam, & sacrato pectore curas,
Ne Penia Ogygio conspiciatur agro.
Non possunt aquilæ sine pennis æthere niti,
Nec currit delphin, si spolietur aqua.
Nec me lapes fingunt, si desit copia florum,
Nec veniunt flores, si grauet Auster humum.
Nec volucrum resonant cantus, nisi Vere rubenti:
Cum venit acris hyems, tunc tacet omnis ager:
Sic etiam vates, si Pallados hostis Arachne
Cum luctu fines occupet Aonios;
Non poterunt Phœbi studiis aduertere mentem,
Inque manus sesquæ sumere fila lyræ.

Vatibus idcirco census, & munera donas,
Cunctaque quæ sacræ semina mentis alant:
Testes quæ variis ornas collegia linguis;
Clara Dei cultu, Pieridumque mora.
Ipse quidem pater es cunctorum, diligis omnes,
Quos nitidus rosse Phœbus ab arce videt.
Sed magis, idque etiam meruerunt, diligis illos,
Qui iuga Parnassi, Castaliamque colunt.
Vnicuique suum pulcrum est, studioque fauemus
Alterius, cuius nos quoque ducit amor.
Miles amat iaculis gaudentem; nauita nautam,
Agricola incuruum diligit agricolam.
Tu, quoniam es doctus doctas amplecteris artes,
Et miro Clariæ gentis amore flagras.
Fœlicem Aoniam, si te pater optime, semper
Pieriæ secum dulcis haberet humus;
Nullis suppositum nigræ terroribus aulæ,
Ne sorti, Stygio quam mouet vrna foro.
Id quodque Pierides studiis ardentibus optant,
Nilque prius fatum lingua diserta petit.
Sed vereor, surdas voris ne præbeat aures,
Detque Deus Boreæ per mare ferre preces.
Omnia sacrilega Libitinæ falce metuntur,
Et nihil est lethi quod remoretur iter.
Qui credit mortis leniri posse furorem,
Helleboro claras nauiget Anticyras.
Hic putat Armeniis tigres miteſcere syluis,
Nilque Lycaonia blandius esse lupa.
Non flexit mortem facundi pectus Vlyssis,
Nec Nireus forma, nec Linus arte sua.
Nec repulit fatum doctis Podalirius herbis,
Nec Calchas extis, augurioque suo:
Nec vis Æacidem Erebi defendit ab vnda,
Nec Crœsum census, relligioque Numæ.
Nec celer Adrastum morti subduxit Arion,

Nec

Nec Priamum ætherea mœnia facta manu:
Perſea nec plùmæ, ſocios nec Iaſonis Argo,
Nec Pallanta preces, Autolycumque doli.
Et Deus, aſtrigero qui fulmina torquet ab axe,
Aſpera pro nobis in cruce fata tulit:
Atque ita Cerbereas acies, Orcumque ſubegit,
Et capta rediit Ditis in aſtra domo.
Scilicet alme pater, mors te quoque pallida tanget,
Et manibus nigris in caua buſta trahet.
Verum id contingat ſero, tardeque reuiſas
Sydera, virtuti regna parata tuæ.
Quod ſupereſt æui molliſſima fata ſequantur,
Aſtraque ſint votis ſemper amica tuis.
Morte quidem pater alme, tua turbabitur amnis,
Qui placido Aſcræas flumine ducit aquas:
Morte tua amittent frondes Heliconia Tempe,
Vmbraque Pierijs non erit vlla locis.
Et lætæ Phœbi citharæ, cantuſque ſilebunt,
Aſſiduuſque premet Theſpia corda dolor;
Vna tamen ſpes eſt curas quæ leniat atras,
Et luctum mœſtæ ſubleuet Aoniæ:
Te non immemorem fore gentis Hyantidos vnquam,
Cum liquidum æthereo nectar in orbe bibes.
Sed vates Superis inter conuiuia læta
Commendaturum de meliore nota:
Et ſuperos ſimilem tibi terris eſſe daturos
Pontificem meritis & pietate grauem:
Qui foueat Muſas, Turcarumque agmina tentet
Oedipodioniis pellere verticibus:
Et Græcis Thebas, & dulces reddere Athenas,
Inclytaque Iſmaria Thracia regna lyra.
Ergo Pierides nequeunt auertere Parcas,
Nec dare Neſtoreas, Æſoneaſque comas:
At famam æternam, & magnum, & memorabile nomẽ,
Inuitis Parcis, & Phlegethonte, dabunt.

Vrbes

Vrbes intereunt, æuo deperditur aurum;
Quas condit terra, linquet auarus opes:
At quem Musa canit, semper cantabitur Heros;
Et quàm Musa dabit, fama perennis erit.
Viuit Dulichius, viuit Nereius Heros;
Viuit Priamides Hector, amansque Paris:
Et semper viuent, æternoque ore cannentur:
Tantum Castaliæ carmina robur habent.
Nil Hîc Mulciberi, nil hîc insania ferri,
Nil mare, nil Aquilo, nil Libitina potest.
Nec quisquam insignem speret sine carmine famam,
Absque sacro Aonidum carmine fama silet.
Ante Helenes raptum multi grauia arma tulere,
Præliaque audaci conseruëre manu;
Sed quia Mæonij caruërunt voce Poëtæ,
Horum Cimmeriis facta premuntur aquis.
Omnes tangit amor laudis, famæque cupido,
Gloria quemque mouet, gloria quemque iuuat:
Qui timet obscuræ Lethæa silentia ripæ,
Vultque suum toto nomen in orbe cani;
Non illi magnæ templa exurenda Dianæ,
Non ferro egregij colla petenda viri:
Non Hellespontus strepitu terrendus equorum,
Non niue conspicuus velificandus Athos:
Aoniæ faueat domui, nulloque labore
Toto Piëriis orbe vehetur equis.
Nil hominum citius famam caligine cæca
Vindicat, & nitida tollit in astra via;
Quam pia laurigeræ venerari numina Cyrrhæ,
Doctaque Castalij plectra fouere chori.
Magnus Alexander, qui gemma inclusit, & auro
Iliada, armisoni nobile vatis opus;
Quique dari iussit longe iustissimus Heros
Sacrilegium nigris Zoilon alitibus;
Et Rudiis genitum pulcro qui funere vatem

Intulit in gentis clara sepulcra suæ;
Quique tuo sacram pressit diademate frontem
Liligera Thuscus natus in vrbe Leo;
Innumeriquealij possent ea dicta probare;
Sed satis hæc Heros qui probet vnus erit.
Quid Mecœnatem donat cœlestibus auris
Ereptum nigris ex Acherontis aquis?
Nobilitas, ductumque genus de sanguine regum,
Cognita barbarico Lydia signa soio?
Gemmæ, aurum, Libyco saturatæ murice vestes,
Aruaque sexcenti quæ coluere boues?
Tectaque Tænariis ad cœlum educta columnis,
Et Mausola is digna sepulcra rogis?
Nil horum Aoniæ citharas & carmina mouit,
Et famam, toto quæ volat orbe, dedit:
Sed mira in vates pietas: hinc æthere claro
Fertur Apollineo munere Thuscus eques.
Illum Partheniæ celebrat facundia Musæ,
Dum lætas segetes, rusticaque arma canit.
Illum Pindarico decantat Horatius ore,
Dum resonat Calabra carmina culta lyra.
Fecit idem Latius blando sermone Philetas,
Et quos Herculeus sit numerare labor.
Nam tot eum vates plectro cecinere secundo,
Quot sunt æthereo sydera fixa polo.
Tu quoque magne pater cum sis Heliconis amicus,
Et foueas vates, Aonidesque Deas;
Omnibus in terris, omni celebraberis æuo,
Et nunquam Stygiæ subiicieris aquæ.
Quotquot alit tellus Thymbræa ad flumina vates
Tollent Aonia te super astra lyra.
O ego si possem turba quoque mistus in illa,
Siccam Gorgoneo fonte rigare sitim:
Atque Meletæis frontem redimire corollis,
Aureaque Andino plectra mouere sono;

Quam

Quam vellem celebrare tuas, pater optime, laudes,
Et ferre ad cœlum teque, tuamque domum.
Sed nec Virgilius, nec ſum Smyrnæus Homerus,
Nec mea Pierio flumine labra madent.
Sum procul Aonia Morinorum natus in oris,
Qua bibit Aaas ſanctus Omerus aquas.
Et licet Aoniis eſſem celeberrimus oris,
Nec mea Demodoci fama ſecunda foret;
Non tamen hoc cantus meditari tempore poſſem,
Nec præ me ſumpta gaudia ferre lyra:
Non mihi ſi tenera Nepenthes tradere dextra
Vellet, olorino nata puella toro.
Mars ferus, Odryſiis placida in regione relictis,
Crudeli bello Belgica regna quatit:
Patriaque infeſtis inuoluitur vndique flammis;
Atque ſuo large ſparſa cruore madet.
Hinc merito gemitus imo de corde trahuntur,
Nec venit ad lacrymas Muſa vocata meas.
Sed mihi quod dura fatorum lege negatum eſt,
Præſtabunt cupida Delia plectra lyra.
Egregij denſo conſurgent agmine vates,
Qui tua fœlici carmine facta canent.
Quos inter vario redimitus flore nitebit
Muretus, ſtudij dexter in omne genus:
Cargaque Pieriis nunquam non viſus in aruis,
Clarus & in ſylua Syluius Aonia:
Et ſacer Apruſæ vates, cui nomina virgo
Theſſala laurigero flumine nata dedit:
Et qui Cecropium mel Adamus pectore fundit,
Mæoniumque graui carmine condit epos:
Angeliuſque ſua Zephyros qui voce moratur,
Et ciet è ſummis aſpera ſaxa iugis:
Quique ora Alcæi numeroſis vocibus æquat
Dum mouet Æoliæ fila Peranda lyræ:

Gambaraque, assiduo Phœbi qui percitus œstro
Dulci Romuleas carmine mulcet aquas.
Non me falsa loqui ventura fatebitur ætas,
Hîc ego Dodona verior augur ero.
Dum fruges homini tellus mitissima fundet,
Omnia Gregorium per loca fama canet.

*In obitum Principis Cliuiensium.*

Nuper Romulea fato concessit in vrbe
Heros, Menapiæ nobilitatis honor:
Diues opum, forma pulcer, lanugine prima,
Doctus belligera tela vibrare manu.
Sed nihil ista iuuant, quia mortis lurida cuspis,
Vt plebem, reges, sceptraque summa petit.
Et fidunt aliqui manibus, fortique iuuentæ?
Et claro generi, diuitiisque suis?

*Ad Iacobum Muzolum.*

Muzole sæpe rogas, num tecum inuisere sedes
Oebalidæ Tatij cupiam, gentemque Sabinam;
Clitumnique greges niueos, quosque Vmbria montes
Tollit, & arboreas Piceni littoris oras;
Et Lauretanæ venerandas Virginis ædes,
Flaminaque domos, & qua rigat arua Metaurus;
Et Venetûm pingues terras, Atheſimque, Padumque,
Atque Adriæ dominam mendiis in fluctibus vrbem
Extantem, & tumido reddentem iura profundo;
Iam mihi lustratis, quos Arnus præfluit, agris,
Eliciens liquidas Thuscis è montibus vndas.
Quamuis Romuleas ita mens mea diligat auras,
Vt vix auelli possim, tamen optime tecum
Muzole Caucaseas rupes, Cilicasque feroces
Visere non dubitem, nec aquas tentare Maleæ,
Naufragio infames, Syrtesque subire dolosas;
Nedum magnificas vrbes, atque Itala regna,
Præcipueque domum generosæ matris Iesu.

Nec

Nec via me terret, nec aquæ, nec fulmina cœlo
Missa, nec aërij montes, gelidæque pruinæ,
Nec fera ventorum rabies, nec saxea grando.
Flaminiam ad portam properemus, iterque sequamur,
Nos niueæ comitentur aues, Zephyrique secundi.
At vos Romanæ turres, atque aurea templa,
Et tu Tibri pater, Nympharumque agmina sancta
Naiadum liquidis choreas quæ ducitis antris,
Et luci, qui me vidistis sæpe canentem,
Tentantemque lyram, & spatiantem gramine molli,
Exiguum ad tempus, mox ipse recurro, Valete.

*In Veronam.*

Arua placent Romana mihi, terræque feraces,
Quas rigat Hetrusca Tiberis liquidissimus vnda,
Et septemgemini colles, & amœna vireta,
Et positæ Superis ædes, & tecta superba,
Et quicquid miri rerum pulcerrima tellus
Possidet, Iliaco quondam regnata Quirino:
Nec mihi displicet vrbs, generoso condita Brenno;
Et semper virides syluæ, collesque nitentes,
Quos habet, & campi longe, lateque patentes;
Et structum ingenti speciosum mole theatrum,
Templaque cœlicolûm rutilantia marmore claro,
Nec pulcer fluuius, mediam qui intersecat vrbem,
Teutonico vitreas educens vertice lymphas,
Nec sacer ille lacus, Bergano carmine dictus,
Qui fremitum, pelagique minas, tumidasque procellas
Turbatis imitatur aquis, & marmore verso,
Cum faciem nitidi violarunt nubila cœli;
Et tonat aduersis oriens in rupibus Eurus;
Atque sub aurifero pretiosos gurgite pisces
Educat, haud vnquam peregrino littore visos:
Testis qui fulua se Carpio nutrit arena.
Et quis non celebret cœlum fælicibus auris?

Ac molles Zephyros huius regionis amœnæ;
Et grauidæ Cereris fœcundas semper aristas,
Et vites vinum generosum, & lene ferentes?
Tum populum summa Superos pietate colentem,
Et miro ingenio referentem docta Catulli
Scripta sui, claro nec Martis honore carentem?
Salue grata meo cordi Verona sacrique
Quos Atheſis voluit fluctus, saltusque virentes;
Et Baldi montes saluete, lacusque perennes;
Salue Zeno pater, pulcræ qui mœnia seruas
Vrbis, & Heroës magni saluete, frequentes:
Quos alit hæc regio, Superûm gratissima regi;
Et cunctis ornata bonis, & rebus opima
Omnibus, in terris hominum quas corda requirunt.

*Ad Alphonsum Morandum.*

Quam vellem Pataræ gelidis Alphonse sub antris
Mæonidæ clara te resonare tuba:
Atque tuas alta laudes memorare Camœna,
Et Phœbo dignis te celebrare modis.
Sed me deficiunt vires, & sæpe vocatus
Destituit votum pulcer Apollo meum.
Non mihi Pieria decorantur tempora lauro,
Non mihi Castaliis labra riganturaquis:
Nec licet Aonia nobis recubare sub vmbra,
Doctaque Mæoniæ tangere fila lyræ.
Inuidere mihi Dircæos fata liquores,
Castaliasque vmbras, Pierioſque lares:
Sed licet à Cyrrha nobis hæc cuncta venirent;
Taliaque ora mihi Calliopæa daret;
Qualia vatis erant, quem nasci argenteus olim
Mincius ad lymphas vidit oloriferas:
Aut quem Smyrna refert, sacrata ad flumina natum
Materna dictum voce Meleſigenem;
Tempore non possem tamen hoc contendere in altos

Aoniæ

Aoniæ montes, Pieriasque domos;
Dulciaque Orphæis coniungere carmina plectris;
Et magno laudes ore sonare tuas.
Impedior curis, quæ me sine fine fatigant,
Nec tacita somnos carpere nocte sinunt.
Et semper lachrymis vultus, atque ora rigantur,
Et timor assiduo corda tremore quatit.
Mille mihi causæ luctus præbentur acerbi;
Et cor iure meum sollicitudo premit.
Mars ferus heu nimiùm Morinis insanit in aruis;
Et patriam bello iam tria lustra petunt:
Non tot Adrastæo passa est sub milite quondam
Vrbs Eteoclæis proxima verticibus:
Nec Menelaæo duo lustra obsessa Gradiuo
Tandem Dulichio Pergama capta dolo:
Quot mala perpetitur circumdata patria tellus
E Stygio missis flumine militibus.
Hîc pro Pierio cantu, & testudine læta,
Attonita reboant tympana pulsa manu:
Et tuba terribili sonitu cietaspera bella,
Et valida dextra tela vibrare monet:
Et rabies densos morientum calcat aceruos,
Fluminaque insolito tincta cruore rubent.
Oppidaque in cineres redigit Vulcanius ardor,
Et violat Dryadum dira securis opes.
Nec patitur segetes hostis violentia campis
Surgere, nec Bacchum munera læta dare:
Hîc pater insidias nato parat: ille parenti,
Et rigido soceros appetit ense gener.
Mutuaque aduersi currunt in prælia fratres,
Nec ius ante oculos proximitatis habent.
Et laniat crines natorum ob funera mater,
Et luget fratrum tristia fata soror.
Ereptosque sibi coniunx pia deflet amores,
Et queritur cæsum filia mœsta patrem.

Faſque, nefaſque ſimul miſcentur, & omnia magno
Cum fremitu in peius, Dite furente, ruunt.
Speſque abiit pacis, nec fœdera Belgica curat
Terra, ſed aſſiduo Martis amore flagrat.
An ſuperent dubium, fratres, dulceſque ſorores,
Et pater, & qna nil mater amabilius:
Forſitan hos acies, inimicus & hauſerit ignis,
Et dantur rapidis præda, cibuſque feris.
Quique parentis erant, ita belli lege volente,
Militibus tinctis cæde coluntur agri.
Aut ſi viuit adhuc pater, & dulciſſima mater,
Necdum regna colunt, quæ Libitina tenet;
Coguntur victus inopem traducere vitam,
Et dura in cana tempora ferre coma.
Qui modò felices gemmis auroque bibebant;
Atque quieſcebant Attalico in thalamo.
Aut præbent dextram ferro, duriſque catenis,
Obſcœnoque loco carceribuſque iacent.
Forſitan & rapidus patriam ſuccenderit ignis,
Vrbemque Audomari nigra fauilla tegat;
Quod delira ſequi Caluini dogmata ſemper
Abnuerit, priſcæ religionis amans.
Has inter curas, & triſtia fata meorum,
Poſſem Caſtaliæ plectra ferire lyræ?
Atque animum ad lætos mœſtum conuertere cantus,
Claraque Mæonio facta referre ſono?
Piërides nolunt luctus, nec cantat Aëdon,
Cum Boreas gelido frigore nectit aquas.
Nec Thetidis natum mœſtus ceciniſſet Homerus,
Mœſtitia Aonios impediente ſonos.
Nec Maro Caietæ fortem celebraſſet alumnum,
Lætitia Andinam non comitante lyram.
Sed nunquam Aonides, citharaque inſignis Apollo,
Cimmerion tenebras te ſepelire ſinent.
Vatibus eximios cantus, & plectra ſonora,

Quæ

Quæ te concelebrent ſemper in orbe dabunt.
Non tibi præcipuè deerunt facunda *Ceruti*.
Proxima Mæoniis carmina carminibus.
Ille ſatisfaciet votis ex omnibus vnus,
Et, quod lætor, habet, quæ mihi fata negant.
Huic blandæ adſpirant auræ, Zephyrique ſecundi,
Et dant fatilegæ candida fila Deæ.
Nilque ſonum citharæ vocaliaque impedit ora;
Doctaque ſolliciro corda dolore vacant.
Hunc, ſi quenquam alium Phœbus, Phœbique ſorores,
Omniaque Aonii numina montis amant:
Exornantque caput lauro Parnaſſide dantque,
Cum vult. Caſtalia tingere gutture aqua.
Quoslibet hic fundit verſus, & voce canora
Heroas magnos fortiaque arma ſonat.
Huic igitur curæ tua factis inclyta virtus
Semper erit miro iam referenda ſono.
Dignus es Aonia Federici voce Morande,
Quaque nihil poſſit dulcius eſſe lyra.
Stemma tibi antiquum, & generoſum nomen auorum,
Et clara inſigni nobilitate domus;
Digna vel Odryſio ſceptro, Medaque tiara,
Et multis ſpecies regna tenere locis.
Sunt ampli reditus, & opes, & prædia multa,
Et tercenteno vomere findis humum.
Sunt quoque diuerſis tibi multa palatia terris,
Ædeſque eximiæ, conſpicuique lares.
Sed ibi præcipuè magni intra mœnia Brenni
Adſpicitur multo ſtructa labore domus:
Qua nihil in toto formoſius orbe videtur,
Atque fides huius lumina vocis erunt.
Hæc virides ripas, & amœnos proſpicit agros,
Et Leonardæum, culmina ſancta, iugum.
Et cœlo blando, & felici cingitur aura;
Et ſtrepitu, & vulgo prætereunte caret.

Porticibus multis, multis decorata columnis,
Omnia quò vertis lumina, lumen erunt.
Hic multi thalami, quos non errauerit vllus
Lemnicolam dicat qui fabricasse Deum:
In quibus aspicias variis aulæa figuris,
Quæ fecit filis Belgica dextra suis;
Regalesque toros, & conopæa micanti
Fulgore, & Phrygia stragula picta manu;
Et nitidas Pario ductas de marmore mensas,
Et statuas, quales Pigmalionis erant;
Multaque diuersis animalia reddita formis,
Quæ quis Apellæo facta labore putet.
Auratasque trabes, iunctas laquearibus aureis,
Æratasque fores, marmoreumque solum.
Sunt libri egregii, & rari, Phœboque dicatum
Musæum, quo nil doctius esse potest.
Est & sydereo regi, Superisque sacellum
Sacratum, fiunt quo sua sacra Deo.
Hic resonant citharæ, quæque instrumenta mouentur
Omnia odoratæ vertice in Aoniæ.
Has ædes ita magnificas, & Cæsare dignas,
Cum geminis hortis fertilis ambit ager:
Et murus fures auidos altissimus arcet,
Nec fas iniusta carpere poma manu.
Illis Alcinoi cedant, & Adonidos horti,
Et nitidæ Hesperidum quos coluere manus:
Et quos historiæ princeps Sallustius, & quos
Exquilio extruxit vertice Thuscus eques.
Tales Elysios coniunx Plutonia campos,
Ad tristes raptus, mite leuamen, habet.
Hos fouet assiduè Chloris, pulcherque maritus,
Et semper tepido mulcet, alitque sono.
Et crebrò inuisit formas Vertumnus in omnes
Aptus, & à pomis quæ Dea nomen habet.
Atque Athesis nunquam patitur fluuialibus vndis

Ferre

Ferre sitim, quamuis Sirius vrat humum.
Arte rotæ, & longis educta canalibus, amne
Egelido, hortensem mitigat vnda sitim.
Hìc si quis varios fructus, floresque requirat,
Nil desiderio cernet abesse suo.
Hìc pyrus, & malus quæ plurima fertur in ora
Nasci Punicea, Sidonioque solo.
Et pomus, gratos ex se quæ mittit odores,
Et fœtu nitido lumina nostra capit.
Et quæ Lothophagis arbor gratissima, fertur
Non Ithacis etiam displicuisse viris.
Et dulces ficus, & castæ bacca Mineruæ,
Et quam Lucullus de Cerasunte tulit.
Quamque Pelasgiadas Xerses portauit in oras,
Hanc ratus Inachiis esse venena viris.
Et fragiles coryli, quas rustica Phyllis amabat,
Et quæ puniceo corna colore rubent.
Atque huc Minoa portata Cydonia ab ora,
Nymphaque, Demophoon, quæ tuus ignis erat.
Et sacri Idaliæ fructus, & cerea pruna,
Et quæ Pirameo poma cruore madent.
Illaque, quam nobis bellatrix Media misit
Arbor, quæ viridi semper honore nitet.
Et gestat totum flores vel poma per annum,
Poma. Cytheræus qualia gignit ager.
Qualiaque Atlantis nitido seruabat in horto
In somnos dulces nescius ire Draco.
Quæ possent rapidæ Schœneïdos ora morari,
Et propè victores iam retinere pedes.
Discordesque Deas facere, atque accersere rursus
Dardanium Paridem, iudiciumque nouum.
Pampineas gerit hìc etiam pulcherrima frondes
Vinea quæ domino pocula læta ferunt;
Queis vina assurgant & humo nascentia ubera,
Et iuxta ripas, bellice Rhene, tuas.

Quæ

Quæque Bibractis alunt campi, Lesboſque, Chioſque,
Grataque Thyrſigero terra Falerna Deo.
Non alia eſſe putem cœleſtis pocula menſæ,
Quæ miſcet Phrygia raptus ab arce puer.
Sed quid ad Adriacum vertor mare? quotque ferantur
Enumero fluctus, cum mouet Auſter aquas?
Omnes hic fructus quos pomifera ſpicit annus,
Cum Phœbo iuncta eſt pendula libra, nitent.
Flaua Ceres grauidas etiam hîc oſtendit ariſtas,
Nec parua agreſtes munera Hamadryades.
At parte ex alia flores rutilare videbis,
Quod tellus fundit Dædala Vere nouo.
Hic puer Oebalius, quem diſco Phœbus Apollo
Extinctum in florem vertit odoriferum:
Narciſſuſque ſuæ faciei ſtultus amator,
Et Crocos, & Smilax & Melilotos adeſt:
Et Clytie, nimio Phœbi quæ flagrat amore;
Et verſa ad Solem lumina ſemper habet.
Liliaque & Cyani & Calthæ, noctique papauer
Sacratum & niueæ purpureæque roſæ.
Et Thyma Roſq; maris, Caſiæq; & Amaracus, vmbram
Mollem ſopito quæ daret Aſcanio.
Inter quos miro Gelſominæus odore
Flos ſuperat pennas candide Cycne tuas.
Et plures alii, qui ſunt ſine nomine flores,
Hoſpitis externi quos tibi miſit amor.
Quicquid enim miri peregrino naſcitur orbe,
Cernitur in tectis vir generoſe tuis.
Adde voluminibus topiaria flexa decoris,
Naturæque manus quæ dedit artificum.
Sunt etiam hîc leuibus tophis & pumicæ textæ
Speluncæ, mediis quæ feriuntur aquis.
Hîc volucres varios cantus iaculantur ad auras,
Dulciaque arguta carmina voce ſonant.
Quæque volant cauea male grato carcere clauſæ,

Quæque

Quæque suis pedibus ramea tecta premunt.
Cornipedesque feri stabulis pascuntur in altis,
Qui Boreæ possent cursibus esse pares.
Suntque canes, auidis tenean qui dentibus aprum,
Suntque, sui gressum qui comitentur heri.
Accipitresque altum tolluntur in aëra iussi,
Et referunt domino, quas cupiebat, aues.
Hîc & apes variæ flauentia castra frequentant,
Et gemit in tectis multa columba suis.
Et cupidos etiam vultus leporaria pascunt,
Resque aliæ, longum quas memorare foret.
Hîc nunquam offendunt æstus viridantibus vmbris
Tutus es à Phœbo, sydereoque cane.
Icarias etiam flammas, acremque leonem
Auertit foliis pergula lata suis.
Nec virides desunt hyberno tempore rami,
Hîc lauri assiduè, iuniperique virent.
Et gratæ pinus Cybelæ, gratæque cupressi
Syluano, & frondes citrea semper habent.
Quæque solent ederæ grauidis errare corymbis
Huc illuc, muros fronde virente tegunt.
Non alios credam vates optare recessus,
In quibus ad citharam carmina blanda canant.
Nec fallor, veniunt huc læta fronte Camœnæ,
Et celebrant istos, vt sua tecta, lares;
Et nitidos fontes Aganippidos Hippocrenes:
Et mutant alacres his Helicona locis.
Iam verò, quis non æquet cœlestibus astris
Ornamenta animi, clare Morande, tui?
Quid dolus, ignoras: fucumque, virosque bilingues
Odisti vt mortem, Tartareasque domos.
Hoc animo fuit Æacides, Chironis alumnus,
Legatis verè narrat vt ipse tribus.
Quique draconigenæ princeps clarissimus vrbis
Sæpe Terapnæo sanguine tinxit humum.

Cum

Intulit in gentis clara ſepulcra ſuæ;
Quique tuo ſacram preſſit diademate frontem
Liligera Thuſcus natus in vrbe Leo;
Innumeriquealij poſſent ea dicta probare;
Sed ſatis hæc Heros qui probet vnus erit.
Quid Mecœnatem donat cœleſtibus auris
Ereptum nigris ex Acherontis aquis?
Nobilitas, ductumque genus de ſanguine regum,
Cognita barbarico Lydia ſigna ſoio?
Gemmæ, aurum, Libyco ſaturatæ murice veſtes,
Aruaque ſexcenti quæ coluere boues?
Tectaque Tænariis ad cœlum educta columnis,
Et Mauſola is digna ſepulcra rogis?
Nil horum Aoniæ citharas & carmina mouit,
Et famam, toto quæ volat orbe, dedit:
Sed mira in vates pietas: hinc æthere claro
Fertur Apollineo munere Thuſcus eques.
Illum Partheniæ celebrat facundia Muſæ,
Dum lætas ſegetes, ruſticaque arma canit.
Illum Pindarico decantat Horatius ore,
Dum reſonat Calabra carmina culta lyra.
Fecit idem Latius blando ſermone Philetas,
Et quos Herculeus ſit numerare labor.
Nam tot eum vates plectro cecinere ſecundo,
Quot ſunt æthereo ſydera fixa polo.
Tu quoque magne pater cum ſis Heliconis amicus,
Et foueas vates, Aonideſque Deas;
Omnibus in terris, omni celebraberis æuo,
Et nunquam Stygiæ ſubiicieris aquæ.
Quotquot alit tellus Thymbræa ad flumina vates
Tollent Aonia te ſuper aſtra lyra.
O ego ſi poſſem turba quoque miſtus in illa,
Siccam Gorgoneo fonte rigare ſitim:
Atque Meletæis frontem redimire corollis,
Aureaque Andino plectra mouere ſono;

Quam

Quam vellem celebrare tuas, pater optime, laudes,
Et ferre ad cœlum teque, tuamque domum.
Sed nec Virgilius, nec sum Smyrnæus Homerus,
Nec mea Piërio flumine labra madent.
Sum procul Aonia Morinorum natus in oris,
Qua bibit Aaas sanctus Omerus aquas.
Et licet Aoniis essem celeberrimus oris,
Nec mea Demodoci fama secunda foret;
Non tamen hoc cantus meditari tempore possem,
Nec præ me sumpta gaudia ferre lyra:
Non mihi si tenera Nepenthes tradere dextra
Vellet, olorino nata puella toro.
Mars ferus, Odrysiis placida in regione relictis,
Crudeli bello Belgica regna quatit:
Patriaque infestis inuoluitur vndique flammis;
Atque suo large sparsa cruore madet.
Hinc merito gemitus imo de corde trahuntur,
Nec venit ad lacrymas Musa vocata meas.
Sed mihi, quod dura fatorum lege negatum est,
Præstabunt cupida Delia plectra lyra.
Egregij denso consurgent agmine vates,
Qui tua fœlici carmine facta canent.
Quos inter vario redimitus flore nitebit
Muretus, studij dexter in omne genus:
Cargaque Piëriis nunquam non visus in aruis,
Clarus & in sylua Syluius Aonia:
Et sacer Aprusæ vates, cui nomina virgo
Thessala laurigero flumine nata dedit:
Et qui Cecropium mel Adamus pectore fundit,
Mæoniumque graui carmine condit epos:
Angeliusque sua Zephyros qui voce moratur,
Et ciet è summis aspera saxa iugis:
Quique ora Alcæi numerosis vocibus æquat
Dum mouet Æoliæ fila Peranda lyræ:

Gambaraque, assiduo Phœbi qui percitus œstro
Dulci Romuleas carmine mulcet aquas.
Non me falsa loqui ventura fatebitur ætas,
Hîc ego Dodona verior augur ero.
Dum fruges homini tellus mitissima fundet,
Omnia Gregorium per loca fama canet.

*In obitum Principis Cliuiensium.*

Nuper Romulea fato concessit in vrbe
Heros, Menapiæ nobilitatis honor:
Diues opum, forma pulcer, lanugine prima,
Doctus belligera tela vibrare manu.
Sed nihil ista iuuant, quia mortis lurida cuspis,
Vt plebem, reges, sceptraque summa petit.
Et fidunt aliqui manibus, fortique iuuentæ?
Et claro generi, diuitiisque suis?

*Ad Iacobum Muzolum.*

Muzole sæpe rogas, num tecum inuisere sedes
Oebalidæ Tatij cupiam, gentemque Sabinam;
Clitumnique greges niueos, quosque Vmbria montes
Tollit, & arboreas Piceni littoris oras;
Et Lauretanæ venerandas Virginis ædes,
Flaminaque domos, & qua rigat arua Metaurus;
Et Venetûm pingues terras, Atheſimque, Padumque,
Atque Adriæ dominam mendiis in fluctibus vrbem
Extantem, & tumido reddentem iura profundo;
Iam mihi lustratis, quos Arnus præfluit, agris,
Eliciens liquidas Thuscis è montibus vndas.
Quamuis Romuleas ita mens mea diligat auras,
Vt vix auelli possim, tamen optime tecum
Muzole Caucaseas rupes, Cilicasque feroces
Visere non dubitem, nec aquas tentare Maleæ,
Naufragio infames, Syrtesque subire dolosas;
Nedum magnificas vrbes, atque Irala regna,
Præcipueque domum generosæ matris Iesu.

Nec

Nec via me terret, nec aquæ, nec fulmina cœlo
Missa, nec aërij montes, gelidæque pruinæ,
Nec fera ventorum rabies, nec saxea grando.
Flaminiam ad portam properemus, iterque sequamur.
Nos niueæ comitentur aues, Zephyrique secundi.
At vos Romanæ turres, atque aurea templa,
Et tu Tibri pater, Nympharumque agmina sancta
Naiadum liquidis choreas quæ ducitis antris,
Et luci, qui me vidistis sæpe canentem,
Tentantemque lyram, & spatiantem gramine molli,
Exiguum ad tempus, mox ipse recurro, Valete.

*In Veronam.*

Arua placent Romana mihi terræque feraces,
Quas rigat Hetrusca Tiberis liquidissimus vnda,
Et septem gemini colles, & amœna vireta,
Et positæ Superis ædes, & tecta superba,
Et quicquid miri rerum pulcerrima tellus
Possidet, Iliaco quondam regnata Quirino:
Nec mihi displicet vrbs, generoso condita Brenno;
Et semper virides syluæ, collesque nitentes,
Quos habet, & campi longe, lateque patentes;
Et structum ingenti specioſum mole theatrum,
Templaque cœlicolûm rutilantia marmore claro,
Nec pulcer fluuius, mediam qui intersecat vrbem,
Teutonico vitreas educens vertice lymphas,
Nec sacer ille lacus, Bergano carmine dictus,
Qui fremitum, pelagique minas, tumidasque procellas
Turbatis imitatur aquis, & marmore verso,
Cum faciem nitidi violarunt nubila cœli;
Et tonat aduersis oriens in rupibus Eurus;
Atque sub aurifero pretioſos gurgite pisces
Educat, haud vnquam peregrino littore visos:
Testis qui fulua se Carpio nutrit arena.
Et quis non celebret cœlum felicibus auris?

Ac molles Zephyros huius regionis amœnæ;
Et grauidæ Cereris fœcundas semper aristas,
Et vites vinum generosum, & lene ferentes?
Tum populum summa Superos pietate colentem,
Et miro ingenio referentem docta Catulli
Scripta sui, claro nec Martis honore carentem?
Salue grata meo cordi Verona sacrique
Quos Athesis voluit fluctus, saltusque virentes;
Et Baldi montes saluete, lacusque perennes;
Salue Zeno pater, pulcræ qui mœnia seruas
Vrbis, & Heroës magni saluete, frequentes:
Quos alit hæc regio, Superûm gratissima regi;
Et cunctis ornata bonis, & rebus opima
Omnibus, in terris hominum quas corda requirunt.

*Ad Alphonsum Morandum.*

Quam vellem Pataræ gelidis Alphonse sub antris
Mæonidæ clara te resonare tuba:
Atque tuas alta laudes memorare Camœna,
Et Phœbo dignis te celebrare modis.
Sed me deficiunt vires, & sæpe vocatus
Destituit votum pulcer Apollo meum.
Non mihi Pieria decorantur tempora lauro,
Non mihi Castaliis labra riganturaquis:
Nec licet Aonia nobis recubare sub vmbra,
Doctaque Mæoniæ tangere fila lyræ.
Inuidere mihi Dircæos fata liquores,
Castaliasque vmbras, Pierioque lares.
Sed licet à Cyrrha nobis hæc cuncta venirent,
Taliaque ora mihi Calliopæa daret;
Qualia vatis erant, quem nasci argenteus olim
Mincius ad lymphas vidit oloriferas:
Aut quem Smyrna refert, sacrata ad flumina natum
Materna dictum voce Meleſigenem;
Tempore non possem tamen hoc contendere in altos

Aoniæ

Aoniæ montes, Pieriasque domos;
Dulciaque Orphæis coniungere carmina plectris;
Et magno laudes ore sonare tuas.
Impedior curis, quæ me sine fine fatigant,
Nec tacita somnos carpere nocte sinunt.
Et semper lachrymis vultus, atque ora rigantur,
Et timor assiduo corda tremore quatit.
Mille mihi causæ luctus præbentur acerbi;
Et cor iure meum sollicitudo premit.
Mars ferus heu nimiùm Morinis insanit in aruis;
Et patriam bello iam tria lustra petunt:
Non tot Adrastæo passa est sub milite quondam
Vrbs Eteoclæis proxima verticibus:
Nec Menelaæo duo lustra obsessa Gradiuo
Tandem Dulichio Pergama capta dolo:
Quot mala perpetitur circumdata patria tellus
E Stygio missis flumine militibus.
Hîc pro Pierio cantu, & testudine læta,
Attonita reboant tympana pulsa manu:
Et tuba terribili sonitu ciet aspera bella,
Et valida dextra tela vibrare monet:
Et rabies densos morientum calcat aceruos,
Fluminaque insolito tincta cruore rubent.
Oppidaque in cineres redigit Vulcanius ardor,
Et violat Dryadum dira securis opes.
Nec patitur segetes hostis violentia campis
Surgere, nec Bacchum munera læta dare:
Hîc pater insidias nato parat, ille parenti,
Et rigido soceros appetit ense gener.
Mutuaque aduersi currunt in prælia fratres,
Nec ius ante oculos proximitatis habent.
Et laniat crines natorum ob funera mater,
Et luget fratrum tristia fata soror.
Ereptosque sibi coniunx pia deflet amores,
Et queritur cæsum filia mœsta patrem.

Fasque, nefasque simul miscentur, & omnia magno
Cum fremitu in peius, Dite furente, ruunt.
Spesque abiit pacis, nec fœdera Belgica curat
Terra, sed assiduo Martis amore flagrat.
An superent dubium, fratres, dulcesque sorores,
Et pater, & qua nil mater amabilius:
Forsitan hos acies, inimicus & hauserit ignis,
Et dantur rapidis præda, cibusque feris.
Quique parentis erant, ita belli lege volente,
Militibus tinctis cæde coluntur agri.
Aut si viuit adhuc pater, & dulcissima mater,
Necdum regna colunt, quæ Libitina tenet;
Coguntur victus inopem traducere vitam,
Et dura in cana tempora ferre coma.
Qui modò felices gemmis auroque bibebant;
Atque quiescebant Attalico in thalamo.
Aut præbent dextram ferro, durisque catenis,
Obscœnoque loco carceribusque iacent.
Forsitan & rapidus patriam succenderit ignis,
Vrbemque Audomari nigra fauilla tegat;
Quod delira sequi Caluini dogmata semper
Abnuerit, priscæ religionis amans.
Has inter curas, & tristia fata meorum,
Possem Castaliæ plectra ferire lyræ?
Atque animum ad lætos mœstum conuertere cantus,
Claraque Mæonio facta referre sono?
Pierides nolunt luctus, nec cantat Aëdon,
Cum Boreas gelido frigore nectit aquas.
Nec Thetidis natum mœstus cecinisset Homerus,
Mœstitia Aonios impediente sonos.
Nec Maro Caietæ fortem celebrasset alumnum,
Lætitia Andinam non comitante lyram.
Sed nunquam Aonides, citharaque insignis Apollo,
Cimmerion tenebras te sepelire sinent.
Vatibus eximios cantus, & plectra sonora,

Quæ

Quæ te concelebrent ſemper in orbe dabunt.
Non tibi præcipuè deerunt facunda *Ceruti*.
Proxima Mæoniis carmina carminibus.
Ille ſatisfaciet votis ex omnibus vnus,
Et, quod lætor, habet, quæ mihi fata negant.
Huic blandæ adſpirant auræ, Zephyrique ſecundi,
Et dant fatilegæ candida fila Deæ.
Nilque ſonum citharæ vocaliaque impedit ora;
Doctaque ſolliciro corda dolore vacant.
Hunc, ſi quenquam alium Phœbus, Phœbique ſorores,
Omniaque Aonii numina montis amant:
Exornantque caput lauro Parnaſſide dantque,
Cum vult. Caſtalia tingere guttur aqua.
Quoslibet hic fundit verſus, & voce canora
Heroas magnos fortiaque arma ſonat.
Huic igitur curæ tua factis inclyta virtus
Semper erit miro iam referenda ſono.
Dignus es Aonia Federici voce Morande,
Quaque nihil poſſit dulcius eſſe lyra.
Stemma tibi antiquum, & generoſum nomen auorum,
Et clara inſigni nobilitate domus;
Digna vel Odryſio ſceptro, Medaque tiara,
Et multis ſpecies regna tenere locis.
Sunt ampli reditus, & opes, & prædia multa,
Et tercenteno vomere findis humum.
Sunt quoque diuerſis tibi multa palatia terris,
Ædeſque eximiæ, conſpicuique lares.
Sed ibi præcipuè magni intra mœnia Brenni
Adſpicitur multo ſtructa labore domus:
Qua nihil in toto formoſius orbe videtur,
Atque fides huius lumina vocis erunt.
Hæc virides ripas, & amœnos proſpicit agros,
Et Leonardæum, culmina ſancta, iugum.
Et cœlo blando, & felici cingitur aura;
Et ſtrepitu, & vulgo prætereunte caret.

Porticibus multis, multis decorata columnis,
Omnia quò vertis lumina, lumen erunt.
Hîc multi thalami, quos non errauerit vllus
Lemnicolam dicat qui fabricasse Deum:
In quibus aspicias variis aulæa figuris,
Quæ fecit filis Belgica dextra suis;
Regalesque toros, & conopæa micanti
Fulgore, & Phrygia stragula picta manu;
Et nitidas Pario ductas de marmore mensas,
Et statuas, quales Pigmalionis erant;
Multaque diuersis animalia reddita formis,
Quæ quis Apellæo facta labore putet.
Auratasque trabes, iunctas laquearibus aureis,
Æratasque fores, marmoreumque solum.
Sunt libri egregii, & rari, Phœboque dicatum
Musæum, quo nil doctius esse potest.
Est & sydereo regi, Superisque sacellum
Sacratum, fiunt quo sua sacra Deo.
Hic resonant citharæ, quæque instrumenta mouentur
Omnia odoratæ vertice in Aoniæ.
Has ædes ita magnificas, & Cæsare dignas,
Cum geminis hortis fertilis ambit ager:
Et murus fures auidos altissimus arcet,
Nec fas iniusta carpere poma manu.
Illis Alcinoi cedant, & Adonidos horti,
Et nitidæ Hesperidum quos coluere manus:
Et quos historiæ princeps Sallustius, & quos
Exquilio extruxit vertice Thuscus eques.
Tales Elysios coniunx Plutonia campos,
Ad tristes raptus, mite leuamen, habet.
Hos fouet assiduè Chloris, pulcherque maritus,
Et semper tepido mulcet, alitque sono.
Et crebrò inuisit formas Vertumnus in omnes
Aptus, & à pomis quæ Dea nomen habet.
Atque Athesis nunquam patitur fluuialibus vndis

Ferre

Ferre sitim, quamuis Sirius vrat humum.
Arte rotæ, & longis educta canalibus, amne
Egelido, hortensem mitigat vnda sitim.
Hìc si quis varios fructus, floresque requirat,
Nil desiderio cernet abesse suo.
Hìc pyrus, & malus quæ plurima fertur in ora
Nasci Punicea, Sidonioque solo.
Et pomus, grates ex se quæ mittit odores,
Et fœtu nitido lumina nostra capit.
Et quæ Lothophagis arbor gratissima, fertur
Non Ithacis etiam displicuisse viris.
Et dulces ficus, & castæ bacca Mineruæ,
Et quam Lucullus de Cerasunte tulit.
Quamque Pelasgiadas Xerses portauit in oras,
Hanc ratus Inachiis esse venena viris.
Et fragiles coryli, quas rustica Phyllis amabat,
Et quæ puniceo corna colore rubent.
Atque huc Minoa portata Cydonia ab ora,
Nymphaque, Demophoon, quæ tuus ignis erat.
Et sacri Idaliæ fructus, & cerea pruna,
Et quæ Pirameo poma cruore madent.
Illaque, quam nobis bellatrix Media misit
Arbor, quæ viridi semper honore nitet.
Et gestat totum flores vel poma per annum,
Poma. Cytheræus qualia gignit ager.
Qualiaque Atlantis nitido seruabat in horto
In somnos dulces nescius ire Draco.
Quæ possent rapidæ Schœneïdos ora morari,
Et propè victores iam retinere pedes.
Discordesque Deas facere, atque accersere rursus
Dardanium Paridem, iudicium que nouum.
Pampineas gerit hìc etiam pulcherrima frondes
Vinea quæ domino pocula læta ferunt;
Queis vina assurgant & humo nascentia ibera,
Et iuxta ripas, bellice Rhene, tuas.

Quæ

Quæque Bibractis alunt campi, Lesboſque, Chioſque,
Grataque Thyrſigero terra Falerna Deo.
Non alia eſſe putem cœleſtis pocula menſæ,
Quæ miſcet Phrygia raptus ab arce puer.
Sed quid ad Adriacum vertor mare? quotque ferantur
Enumero fluctus, cum mouet Auſter aquas?
Omnes hic fructus quos pomifera ſpicit annus,
Cum Phœbo iuncta eſt pendula libra, nitent.
Flaua Ceres grauidas etiam hîc oſtendit ariſtas,
Nec parua agreſtes munera Hamadryades.
At parte ex alia flores rutilare videbis,
Quod tellus fundit Dædala Vere nouo.
Hic puer Oebalius, quem diſco Phœbus Apollo
Extinctum in florem vertit odoriferum:
Narciſſuſque ſuæ faciei ſtultus amator,
Et Crocos, & Smilax & Melilotos adeſt:
Et Clytie, nimio Phœbi quæ flagrat amore;
Et verſa ad Solem lumina ſemper habet.
Liliaque & Cyani & Calthæ, noctique papauer
Sacratum & niueæ purpureæque roſæ.
Et Thyma Roſq; maris, Caſiæq;. & Amaracus, vmbram
Mollem ſopito quæ daret Aſcanio.
Inter quos miro Gelſominæus odore
Flos ſuperat pennas candide Cycne tuas.
Et plures alii, qui ſunt ſine nomine flores,
Hoſpitis externi quos tibi miſit amor.
Quicquid enim miri peregrino naſcitur orbe,
Cernitur in tectis vir generoſe tuis.
Adde voluminibus topiaria flexa decoris,
Naturæque manus quæ dedit artificum.
Sunt etiam hîc leuibus tophis, & pumicæ textæ
Speluncæ, mediis quæ feriuntur aquis.
Hîc volucres varios cantus iaculantur ad auras,
Dulciaque arguta carmina voce ſonant.
Quæque volant cauea male grato carcere clauſæ,

Quæque

Quæque suis pedibus ramea tecta premunt.
Cornipedesque feri stabulis pascuntur in altis,
Qui Boreæ possent cursibus esse pares.
Suntque canes, auidis tenent qui dentibus aprum,
Suntque, sui gressum qui comitentur heri.
Accipitresque altum tolluntur in aëra iussi,
Et referunt domino, quas cupiebat, aues.
Hîc & apes variæ flauentia castra frequentant,
Et gemit in tectis multa columba suis.
Et cupidos etiam vultus leporaria pascunt,
Resque aliæ, longum quas memorare foret.
Hîc nunquam offendunt æstus viridantibus vmbris
Tutus es à Phœbo, sydereoque cane.
Icarias etiam flammas, acremque leonem
Auertit foliis pergula lata suis.
Nec virides desunt hyberno tempore rami,
Hîc lauri assiduè, iuniperique virent.
Et gratæ pinus Cybelæ, gratæque cupressi
Syluano, & frondes circa semper habent.
Quæque solent ederæ grauidis errare corymbis
Huc illuc, muros fronde virente tegunt.
Non alios credam vates optare recessus,
In quibus ad citharam carmina blanda canant.
Nec fallor, veniunt huc læta fronte Camœnæ,
Et celebrant istos, vt sua tecta, lares;
Et nitidos fontes Aganippidos Hippocrenes:
Et mutant alacres his Helicona locis.
Iam verò, quis non æquet cœlestibus astris
Ornamenta animi, clare Morande, tui?
Quid dolus, ignoras: fucumque, virosque bilingues
Odisti vt mortem, Tartareasque domos.
Hoc animo fuit Æacides, Chironis alumnus,
Legatis verè narrat vt ipse tribus.
Quique draconigenæ princeps clarissimus vrbis
Sæpe Terapnæo sanguine tinxit humum.

Cum

Cum populum affaris, blandæ dulcedine linguæ,
Et lepido turbam quò lubet, ore trahis.
Sic Nestor quondam populum capiebat Achiuum
Bellantem ad portas Tros animose tuas.
Rexque Ithacæ Alcinoum, Phæacum in gente renarrás,
Quæ toleraſſet humo, quæ toleraſſet aqua.
Os nulli lædis, nulli conuitia dicis,
Cor tibi ſyncerum, candidiuſque niue eſt.
Erga omnes blandus, præſertim comis in illos,
Qui ſacra Parnaſſi, Pierideſque colunt.
Horum colloquiis, & conſuetudine gaudes:
Et ſine laurigero non potes eſſe choro.
Talis erat Clarios in vates Lydius ille
Mecœnas, genti numen Apollineæ.
Talis & Auguſtus, talis fortiſſimus heros,
Qui magni toto nomen ab orbe refert.
Lucullo certas menſæ ſplendore, cuiſque
In cœnis ſemper fercula lauta iacent.
Poculaque effulgent auro, gemmiſque coruſcant;
Et grauis argenti lumina diſcus habet.
Pacis opus laudas, ſed cum fera bella geruntur,
Et Mars armiſonos ad iuga cogit equos;
Vel pedes auderes quemuis tentare cruento
Mucrone, & vires tendere in Herculeas;
Vel medias eques in turmas procurrere, quamuis
Contra te magnus Caſtoris iret equus.
Si quis te imploret fortuna oppreſſus iniqua,
Quam petiit, ferri mox ſibi cernit opem.
O quam ſæpe pater Zeno ſuccurrere egenis
Te videt, & loculos his aperire tuos;
Sed tum præcipuè id vidit ſanctiſſimus heros,
Cum tetigit miſeras peſtis acerba domos.
His tunc non Cereris fruges, non vina deeſſe
Paſſus es, & quicquid corpora tabe leuat.
Hos inuiſebas, atque hortabaris amicè,

Fortiter vt vellent tempora dura pati.
Ponebasque tuam certa in discrimina vitam;
Hoc studio gemitus, pauperiemque leuas.
Millia multa hominum rapuisti è faucibus Orci,
Quos iam Persephone dixerat esse suos.
Teque ideo & Pluton, Plutonisque horrida coniunx,
Et chorus infernæ pallidus odit aquæ.
Et te si possent Stygii Phlegethontis ad vndam
Attraherent; rabies Tartara talis habet.
Sed te Palladia semper teget ægide cœlum,
Et Styga compescet, Tartareasque minas;
Teque diu incolumem turbæ seruabit egenæ,
Quæ sine te nitidos non videt ire dies.
Has tibi naturâ dotes contingere scimus,
Et data natali prospera signa tuo.
Solertemque Deæ fecerunt fata regentes,
Et Cyllenæi sidera clara Dei:
Sed tamen & studio, & curâ tibi multa parata,
Auctaque sunt etiam multa labore tuo.
Solertemque magis fecit, lustrasse tot vrbes:
Totque freta audaci transiluisse rate;
Et varios hominum mores, habitusque notasse,
Et quicquid pulchri barbarus orbis habet.
Non etenim validis contentus gentibus auctam
Vidisse Italiam, Romuleosque lares:
Externas etiam voluisti inuisere gentes,
Et terras, alio quæ Phaëthonte calent.
Et perlustrasti quas Dalmata possidet vrbes,
Diues & Epirus, diues & Æmathia:
Et Thracum populos, Byzantiaque æquora, & arces
Turcarum validas, imperiique domum.
Quin etiam Musis celebratos Hectoris amnes
Vidisti, & veterem Laomedotis humum.
Numine cœlesti tutus quas tendis in oras,
Seu pedibus terras, seu rate tangis aquas.

Num

Nunquam Pallas abeſt, ſed amanti ſemper adhæret;
Nam præter ſuperos hæc tibi Diua fauet.
Et veluti quondam ſolertem fouit Vlyſſem,
Cum gereret Phrygio bella cruenta ſolo:
Cumque procelloſæ premeretur fluctibus vndæ,
Dulichium repetens, Neritiaſque domos:
Sic tibi, cumque domi reſides, & reſpicis vndas,
Quas Atheſis Nimphas ducit ad Adriacas:
Cumque petis varias gentes, atque æquora ſulcas,
Semper adeſt votis Pallas amica tuis.
Hæc & plura graui memorabit voce *Cerutus*;
Quoque decet laudes concinet ore tuas.
Tu tamen ô Alphonſe animum, ſtudiumque Simonis
In te propenſum, conſule, quæſo, boni.
Te celebrare cupit, cantuque ad ſidera ferre,
Sed cœptis obſtant cura, dolorque meis.
Nec datur Aonidum per amœnos currere campos,
Sacraque Pieridum terra negata mihi eſt.

*Ad Federicum Cerutum.*

Magnanimum Onfredum dignis efferre Camœnis
Vel nemo poterit, vel *Federice* potes.
Ille vir eſt ſummus, tu maximus ipſe Poëta;
Materia ingenio conuenit iſta tuo.
Aſt ego me fateor tantæ ſuccumbere moli,
Nec poſſe impoſitum ferre decenter onus.

*Ad Onfredum Iuſtinianum.*

Oceani linquens vndas Hyperione natus
In Veronenſi non bene lucet agro:
Sed triſtes vultus oſtendens æthere ab alto,
Significat luctum pectus habere ſuum.
Naïadumque piis augentur fletibus amnes,
Atque Atheſis ſolito maior in vrbe fluit.
Nec fundit tepidas, velut ante, Fauonius auras;

Horri-

Horrifero tellus nunc Aquilone sonat.
Nec pictæ volucres, vacui solatia ruris,
More suo ad virides dulcè queruntur aquas.
Alma Ceres alias, procul hinc, concessit in oras,
Nulla fides nostro spicea serta solo.
Nec lætas nobis promittit pampinus vuas,
Et pater ex nostris cessit Iacchus agris.
Quæ causæ tanti luctus, tantique doloris?
Cuncta dolent abitu vir generose tuo.
Cuncta dolent, cùm se prudens Onfrede, tuentur
Destitui, & currus hinc properare tuos,
Et meritò lacrymas te discedente profundit
Verona, & querulum mittit ad astra sonum.
Tu decus & splendor patriæ, tu gloria magnæ
Vrbis, in Adriacis quæ dominatur aquis,
Quò te cumque moues, Aquilarum signa sequuntur,
Magnanimique Iouis te comitatur auis.
Et tibi Cæsaris est genus alto à sanguine ductum,
Romuleo leges qui dedit imperio.
Gratus in ore vigor; species dignissima regno,
Et talis vultus, qualis Achillis erat.
Nestora facundæ vincis dulcedine linguæ;
Inque tuis verbis vox Ciceronis inest.
Virtutum eximius cultor memoraris vbique,
Inque Deum mira relligione pius.
Candidus, humanus, simplex sine fraude, doloque,
Syncerisque animis, Herculeáque fide.
Largus opum: nemo supplex tua tecta subiuit,
Et subitò latam non sibi vidit opem.
Hospitio facilis, blandóque affabilis ore
Omnibus, alloquium qui petiere tuum.
Sanctarum custos legum, iudexque severus,
Scylla parata malis, portus, & aura bonis.
Ingenio excultus vario rerumque peritus,
Acri iudicio, consilioque bono:

Mirè Pierio Musarum incensus amore,
Vtque olim Augustus, Delphica plectra foues.
Dum te luce sua sparget Titanius ignis,
Et te Parcarum viuere fila sinent;
Semper Apollineis choreæ ducentur in aruis,
Et nullus Clario vertice luctus erit.
Id quod aquæ cœlo missæ sitientibus agris,
Id quod agris soles, imbre nocente satis:
Quod rutilans ignis glaciali mense Decembris,
Quod nemus vmbriferum, cùm premit æstus humũ:
Quod portus trepidæ naui, quod meta labori,
Quod Liber curis, quod medicina malo;
Hoc es Pieriæ, cùm Pindum turbat Auernus,
Et doctos homines fors odiosa grauat.
Per te purpureo vates Helicone fruuntur,
Per te Gorgonei præpetis amne bibunt;
Per te Phœbæa decorantur virgine; per te
Numine repleti numine digna canunt.
Nec solam Pallas Tritonia præbuit artem
Ingenij, armorum clarus honore nites.
Fortis es, & cautis prudens bellator in armis,
Et Martem iunctum cum ratione tenes.
Sic Ioue nata suum quondam celebrauit Atriden;
Qui Princeps Graiæ nobilitatis erat.
Militiæ expertus, Fabiano milite cinctus
Te mundo clarum, conspicuumque facis.
Quem verbis; factisq; doces tolerare laborem;
Lætáq; pro patria vulnera ferre sua.
Omnes mirantur Mauortia tela vibrantem,
Duráq; torquentem colla ferocis equi.
Dum regis hîc Martem, pacis pia iura tueris,
Mœniáq; externo nostra timore leuas.
Et ciues inter rixarum semina tollis,
Et liti ponis, diffidióque modum.
Nec tua Veronæ tantummodo cognita virtus,

Hanc

Hanc etiam nouit Solis vtrumq; latus.
Præcipuè Ionio Mars est tuus æquore visus,
Et bene lunatis cognitus agminibus:
Cum fera gens nobis manicas, & vincla pararet
Turpia, Bistonijs mox patienda viris.
Testis Naupactos testes Acheloides vndæ,
Quot dederis Thracum corpora vasta neci.
Stans celsa in puppi, cinctus fulgentibus armis,
Sacrilego tumidas sanguine tingis aquas.
Néue tuas adeat proles Othomanica puppes,
Ipse caues dextra fulmineaque trabe.
Qua veheris nemo properat contingere nauem,
Omnes te fugiunt, vt fugit agna lupum.
Et si quem dextræ propius fiducia ducit,
Protinus æquoreis piscibus esca cadit.
Talis apud Troiam patrijs pro nauibus Aiax
Insignem clypeum, fortiaq; arma tulit.
Nec mora prostratis validè toto æquore Turcis,
Et capta hostili classe potente manu:
Vnus es à cunctis inter tot millia lectus,
Lætitiæ in pátriam nuncius ire tuam.
Vela facis, Nereus ventos aspirat eunti,
Teq; citis Triton per mare portat equis.
Ipse triumphali vectus per cærula naue
Ingrederis patriæ tecta superba tuæ;
Remq; fide narras maiorem, Thracas in vndis
Perdomitos toto procubuisse freto.
Exciperis placido vultu, sanctusq; senatus
E cœlo lapsum te putat esse Deum.
Aspiciunt hostes captos, vinctosque catenis,
Miranturque arcus, barbaraq; arma virûm,
Et grates Superis soluunt, & carmina dicunt,
Exultantque animis, lætitiaque fremunt:
Templaq; barbaricis onerant sacrata trophæis,
Suspenduntque sacro Turcica signa tholo.

Sed quo nunc Elegi? resonanda hæc carmine forti,
Mæoniáque tuba fama canenda tua est.
Hæc quoque succedent Heros clarissime, nec tu
Pieridum cernes verba deesse tibi.
Multos Virgilios, multos numerabis Homeros,
Qui grauibus numeris te super astra ferent.
Dignus es Aonio celebrari carmine dignus
Inter Cæsareos qui memoreris auos.
Non igitur mirum, si te tot dotibus aucto
Orbati gemimus: causa doloris adest.
Discedit qui nos, vt natos mater, amabat,
Qui magni nobis Hectoris instar erat.
Quem cupiebamus prope nos consumere vitam.
Filaque tergeminæ quæ tribuere Deæ.
Sed non ad votum succedunt omnia semper,
Et non perpetuo tempore gaudet homo.
Nec semper cernis solem fulgere serenum;
Sæpe solet nimbo turbidus ire dies.
Nec semper nauis pacata per æquora fertur;
Sæpe procellosas nauita sentit aquas.
Nec parit assiduos veris clementia flores,
Fert quoque Sithonias obruta terra niues.
Te reuocat patrio venerandus honore Senatus,
Et læto vultu, quod iubet ille, facis.
Vade bonis auibus, Zephyrisque fauentibus vsus
Pulchra Leoniferæ stagna reuise Deæ.
Atque ibi cùm fueris felici sede receptus,
Semper Veronæ sit tibi cura tuæ.
At nos pro meritis omnes tibi fata precamur
Mollia, torque dies, quot mare voluit aquas.
Nec tibi non tandem summos optamus honores,
Vt princeps patriæ conspiciare tuæ.

*Ad eundem.*

O vir augusta generate magni

Stirpe

Stirpe Iustini, decus Adrianæ
Gentis, & splendor Veneti Senatus,
Nobilis Heros.
Quem sacer vidit Calydonis amnis
Herculis fortes animos gerentem,
Albidos fluctus variare rubro
Sanguine Thracum.
Quem suos ciues etiam sonoris
Vidit è ripis Athesis regentem
Mitibus sceptris, rigidoque leges
Ense tuentem.
Sic abis, & nos ita linquis? eheu
Quàm dolent omnes, lacrymasq; fundunt,
Cum vident, à se properare magnum
Martis alumnum.
Sed tuis pares, reuocat senatus,
Et soles læto properare gressu
Quò vocat, quamuis Scythicam iuberet
Tendere ad vndam.
Vade felici comitatus astro,
Nestoris lætam videas senectam,
Quicquid aggressus fueris, secundet
Semper Olympus.

*Ad eundem.*

Dum Phrygias ferro turmas scindebat Achilles,
Et Xanthi flauas cæde replebat aquas;
Semper eum casta cum Pallade Iuno tegebat,
Armatum dextra Lemnie diue tua.
Vnde rota semper victrice in castra redibat,
Et dolor Iliacis matribus acer erat.
Sic Onfrede tibi, dum misces agmina ponto,
Et frangis ferro Thracia castra tuo.
Fulgentem clypeum volucrum regina ferebat,
Atque Themis vires cum Ioue iuncta dabat.

Non igitur mirum, si victor ab hoste rediſti,
Magnus enim magno numine ſeptus eras.

*In eundem.*

Vt pater Ionijs Achelous vidit in vndis
Onfredum valida bella mouere manu;
Sic Atheſis nitida Brenni conſpexit in vrbe
Egregiè populo reddere iura ſuo.
Ne quæras igitur, quare liquidiſſimus antè,
Nunc fluat obſcœna turbidus amnis aqua.
Corniger haud ſtultus fundo dolet abditus imo,
Et flet, delicias hinc abijſſe ſuas.

*In Nuptias Vinc. Gonzagæ Mantuani, & Leonoræ Mediceæ.*

Pierias Hymenæe domos, fontemque relinque,
Aonidum liquida qui iuga tingit aqua:
Teque Bianoream celeri pede transfer in vrbem,
Mœnia Theſpiacis haud fugienda Deis.
Hîc par nobilium cupidè te expectat amantum;
Et tua ſollicita numina voce vocat.
His nihil Heſperius, nec quo littore ſurgens
Pulchrius æthereo Phœbus ab axe videt.
Eia age, Caſtalidum lucos, colleſque relinque,
Et fer veloces huc Hymenæe pedes.
Hîc tibi (quæ placeant) ſpectacula mille dabuntur;
Multaque Pierio non aliena ſolo.
Mœnibus his quondam venturi præſcia Manto
Nomina de veſtra gente profecta dedit.
Mincius hæc iuxta candentes fundit olores,
Quot non Mæonijs lucidus amnis aquis,
Mincius egregij monumentis clarus alumni,
Et toto Andina notus in orbe lyra.
Hîc tua cum turba colitur Parnaſſide mater
Hoc, quo præcipuè gaudet honore coli.

Musica

Musica non alibi solertius ora mouentur,
Testis diua meæ Barbara vocis erit,
Hîc multos cernes Thamyras, & Arionas ire
Cantatum Lycia carmina digna lyra.
Hîc & Hyantæis Academia sacra puellis
Personat assiduè vocibus Aonijs.
Adde tot insignes saltus, collesque virentes,
Et iuga quæ Superûm lucida tecta premunt;
Et vitreis fontes vndis, camposque natantes
Benaci, Adriacæ murmur habentis aquæ;
Eridanique citos amnes; vbi cortice tectæ
Heliades, fratrem flent sine fine suum.
Speluncasque sacris vatum secessibus aptas,
Et gelidum Erigones quæ facit vmbra canem;
Totque oleæ baccas, & odoræ vitis honores,
Et mira Cereris fertilitate solum.
Quascunque in partes oculorum flexeris orbes,
Inuenies oculis omnia grata tuis.
Hac ostro insignis spectabitur omnis in ora
Nobilitas, Itala quæ dominatur humo.
Quiq; Padum Heroë, Phaëthontiaq; arua frequentant,
Quique Arni valles, Parthenopénque colunt.
Quique mare Adriacum proceres, Insubriáque arua,
Latáque montana regua sub Alpe tenent.
Et multi ex Celtis, multi telluris Iberæ,
Multi Germano, Pæonioque solo.
Et vires auro ostendet vestita iuuentus,
Concurretq; hastis ære coruscus eques.
Eia age, Castalidum lucos, collesque relinque,
Et fer veloces huc Hymenæe pedes.
Hîc etiam magnum spectare Heroa licebit,
Quo felix Helicon sospite semper erit.
Qui summo dignus solio supereminet omnes,
Murice quos Tyrió palla superba tegit.
Non ita Peliæi proles generosa Philippi

Inclyta Caſtaliæ numina fouit aquæ:
Nec ſic Pierios vates Auguſtus amauit,
Nec vario dictus carmine Thuſcus eques:
Vt fouet hic magni doctos Heliconis alumnos,
Vraniamque colit, Pieriamque domum.
Eia age Caſtalidum lucos, colleſq; relinque,
Et fer veloces huc Hymenæe pedes.
Fallor? an huc propero venit pede? non ego fallor,
Huc pulcer tardo non pede venit Hymen,
Et croceo ornatus formoſum corpus amictu,
Et cinctus nitida tempora ſacra roſa:
Tum vultus hilares, & felix attulit omen,
Candentique manu lumina fauſta tenet.
Nec ſolus venit; ſed ſecum duxit Amorem,
Et matrem, Paphiæ quam genuiſtis aquæ.
Matronamq; Iouis thalamo quæ iuncta Tonanti,
Et quoſcunq; Deos ſacra marita iuuant.
O lucem niueam, & felici ſidere natam,
O Creſſa verè tempora digna nota.
Omnia lætitiam produnt iſtis Hymenæis,
Quos ita candenti nunc aue iungit Amor.
Hinc Boreas curas, luctuſque, atroſque timores
Adriacum rapidis in mare portat equis.
Cynthius Eoo nitidum iubar æquore tollit,
Et Venetam roſeo lumine veſtit humum.
Sylua nouas frondes, viridéſque recolligit herbas,
Et vario florum prata colore micant.
Et liquidis volucres concentibus æthera mulcent,
Et Zephyri dulces increpat aura ſonos.
Atque ſuis cinctus nymphis argenteus amnis
Grata Maronæa murmura voluit aqua.
Inter quas Paphio vultu Phœbeïa Virgo
Laura, ſua populum voce, lyráq; rapit.
Non tam blanda fuit numeris Acheloïa proles,
Cui propè Neritiæ ſuccubuere rates:

Vt

Vt Nympha ore canit cùm dulci, & fundit in auras,
Quem ſonitum Claria reddit Apollo lyra.
O lucem niueam, & felici ſidere natam,
O Creſſa verè tempora digna nota.
Nil niſi ſerta iuuant animum, citharæque, lyræque,
Tibiaque, & læto ducta chorea ſono.
Templa coronantur, laudéſque, hymniq; canuntur
Ex auro Superis qui ſimulacra tenent:
Hymni quos docto Muretus pectore fudit,
Muretus magno non Cicerone minor.
Et varij pedibus flores calcantur euntum,
Et rubet iniecta lata platea roſa.
Regiáque ornatu ſtruitur pulcerrima eodem,
Qui fuit in tectis Peleos Æacidæ;
Cùm ſibi formoſam Theridem Phthioticus Heros
Connubio iunxit, non renuente Deo:
Aut quem Tyndareis admirabatur in oris
Neſtoreæ egregius filius Euridices;
Cum miſeri natum Lacedæmona duxit Vlyſſis,
Ad Menelaæas, tecta benigna, domos.
Attalica innumeras referunt aulæa figuras,
Dulcéſque hiſtorias, fortiáq; acta patrum.
Et Siculæ vinis menſæ, dapibúſque teguntur,
Quæ nectar redolent, ambroſiamq; Iouis.
Et pateras auro oſtentant, gemmiſq; coruſcas,
Luminéq; argenti lanx onerata micat.
Et nitor in ſolijs epulantum candet eburnis,
Et lucet tota ſplendida gaza domo.
Præcipuè thalamus. cupidos qui iunget amantes
(Quem Veneris thalamum iure vocare potes)
Ornatus omnes ſuperat nec dicere poſſis,
Quo ſit purpureus comptus honore torus.
Nam præter varia decoratos arte tapetas,
Pulchraq; Dædalea ſtragula picta manu;
Aurumque, & rutila fulgentes luce Pyropos,

Gemmaſque, Eoæ quas parit humor aquæ;
Tot tulit huc Zephyro Chloris gratiſſima flores,
Menſe ſibi ſacro quot Cytherea videt.
Huc longè, & latè ſuaues quæ ſpargit odores,
Translatam merito quis putet Arabiam.
Omnia cum tamen hic niteant, & pulcra ferantur,
Nil tamen hic gemino fulget amante magis.
Quos omnes tanquam Diuûm genus admirantes,
Feliceſque vocant, ſemideoſque putant.
In primiſque Deus Phrygijs quos veſtibus ambos
Inſignes, verbis his Hymenæus adit.
Gaude flos iuuenum, cui dat Victoria nomen,
Rara tibi fauſta ducitur vxor aue.
Cuius habet facies, quem reddunt alba colorem
Lilia cum rubris ſunt ſociata roſis.
Talis ad Idæum Paridem Cytherëia venit
Diua, ſibi poſcens aurea poma dari.
Nec probitas infra formam eſt grauitaſque pudicæ
Iunonis vultu lucet Acidalio.
Nam quid de titulis, & auorum nomine dicam?
Et celebri de qua prodijt orta, domo?
Seu patris inſpicias, ſeu ſanctæ inſignia matris,
Regale inuenies, Cæſareumque genus.
Gaude flos iuuenum, cui dat Victoria nomen,
Rara tibi fauſta ducitur vxor aue.
Et gaude tali virgo Medicæa marito,
Quo face nemo tua dignior alter erat.
Nam ſic æquales ſuperat Vincentius omnes
Et forma, & claræ nobilitate domus:
Vt ſtellas ſuperat Veneri gratiſſimus ignis
Lucifer, Eois cum vigil exit aquis.
Hunc ſi purpurei mater vidiſſet Amoris
Feſſa ſub Iliaco membra leuare iugo:
Quem ſibi coniugio legit florentibus annis,
Aſcanij magno præpoſuiſſet auo.

Siue

Siue acres conscendat equos, sistatque furentes,
Arte Terapnæo Castore maior erit.
Seu iabulo sectetur apros, pugnaque lacessat,
Forria Thestiadæ spicula more vibrat.
Seu liceat pedibus ceruos vrgere fugaces,
Æacidæ similis vix pede tanget humum.
Seu gladium dextra quatiat, clypeumque sinistra,
Inque feri armatus prælia Martis eat:
Terribili dignum iuuentem fateare Gradiuo
Ad pugnam Andromaches posse vocare virum.
Siue iuuet digitis querulas impellere chordas,
Dulciaque Ortygiæ iungere verba lyræ:
Orpheos, aut magni dicas Chironis alumnum,
Et natum in sylua verticis Aonij.
Siue loqui libeat numeris sermone soluto,
Dulichij solers pectus. Vlyssis habet:
Seu cultum spectes Superûm, Dauidicus illi
Insidet æthereæ relligionis amor.
Gaude tam raro Virgo Medicæa marito,
Quo face nemo tua dignior alter erat.
At tu ter tali Vincenti coniuge fœlix,
Et tu ter tali Nympha beata viro:
Ducite Diis æuum cari, vobisque senectam
Cumæam, & Pylios det Libitina dies.
Inque toro talis vestro Concordia viuat,
Sub fido Capanei culmine qualis erat:
Et qualem vidit generosi lectus Vlyssis,
Fœlixque Admeti, Phyllacidæque domus.
Postque decem in nitida mensis Vincentius aula
Paruulus egregio lac bibat ore puer.
In cuius spirent vultu materque, paterque,
Qualis Telemachus Penelopæus erat;
Inde alii plures, quæ factis clara propago
Aurea Gonzagam tollat in astra domum.
Cuius fulmineis tandem miserabilis armis

Græcia

Græcia Barbaricum conterat imperium:
Non decet hunc, nec eum geminorum mater Amorum
Permittet sterili stirpe iacere torum.

*Ad Albertum Lauezolam.*

Vt quondam Cephalum rosei Dea prævia solis
Eripuit thalamis, coniugioq; suo:
Sic te Naides, & amantes prata Napeæ
Eripiunt nobis, & procul vrbe tenent.
Te iuuat in solis meditari carmina syluis
Ad virides ripas, & leue murmur aquæ.
At nos hic vario curarum tundimur æstu,
Auia Calliope rura tenente tua.
Est timor, in lecto ne te mala febris adurat,
Et iaceant querulo pellida membra toro;
Hoc si contigerit, nullus tibi rure Machaon,
Pæonia subitum qui leuet arte malum.
Et sol æstifero tellurem sidere findit,
Et micat Icariæ stella proterua feræ.
Est metus hic etiam, si tendas retia ceruis,
Ne tibi pro ceruis obiiciatur aper;
Atque ita quo fato periit formosus Adonis,
Intereas, rigidi dente petitus apri.
Et potes, in tenero dum fugis gramine plantas,
Vt miseri coniunx Orpheos angue premi.
Ah, ne te læta videant sub vite iacentem,
Qui gaudent hominum cæde recente lupi.
Et cauene subita quercus veniente ruina
Decidat, atque tibi lurida fata ferat.
Tale fere lyricus vates discrimen adiuit,
Dum resonat variis rura Sabina modis.
Et rapiunt homines violenti fluminis vndæ,
Sic periit Thusca Rex Tiberinus aqua.
Et surgunt media truculenti nocte latrones,
Nec valida in villa Scipio tutus erat.

Quid

Quid si formosam nemeroso in fonte Dianam
Aspicias castra membra lauare manu;
Nonne tibi ante oculos veniunt Actæonis vmbræ,
Crudelesque canes, iraque sæua Deæ?
Nunc tonat. & densi funduntur ab æthere nimbi,
Et subito in terris horrida grando sonat.
Ah te ne vacuis tempestas opprimat aruis,
Et feriant cœco fulmina missa polo.
Hæc sunt formosi metuenda pericula ruris,
Quæ placida cautis effugere vrbe licet.
Pelle moras. valeant sine regna virentia fronde,
Et refer ad patrias te properanter aquas.
Omnes exoptant flagranti corde Camœnas,
Quæ tibi Mæonia tempora fronde tegunt.
Non ita Pieriis Mecœnas gratus alumnis,
Nec sic Castaliæ Pollio carus erat:
Vt pectoribus vatum candentibus hæres
Alberti, Aonij pars veneranda chori.
Nil sine te nobis iucundum, aut dulce videtur,
Quando abes, hîc tenebras lumina Solis habent.

*Ad Petrum Ronsardum.*

Si tu vidisses Lauram, Ronsarde, profecto
Vere dixisses, ΩΣ ΙΔΟΝ, ΩΣ ΕΜΑΝΗΝ.
Huic tua Cassandre non solum cedere debet,
Cassandre sensus quæ rapit vna tuos:
Sed quotquot Phœbus cœlesti vidit ab arce,
Quotque videt, posthâc quotque videre potest,
Fulua coma est, oculisque nigris, quibus vrit amantes
Non prius accensos ignibus Idaliis.
In facie videas rubrumque, albumque colorem,
Lilia cui cedant mixta papaueribus.
Sunt hilares vultus, nunquam tamen absque pudore;
Oscula, quæ spirant nectar & ambrosiam.
Cum vult marmoreo percurrere pollice chordas,

Pinda-

Pindaricis verbis & sociare lyram;
Huic laete applaudunt Musæ, ceditque Corinna;
Et pulcra Erinne, Nymphaque Leucadia;
Et quæ Dulichium blando modulamine regem
Parthenope Siculis pene fefellit aquis:
Quæque colunt volucres spatiosi stagna Caici,
Ætnæosque lacus, & vada Mæonia.
In casto cœtu Nympharum iussa moueri,
Dat motus doctos, non tamen Ionios.
Si tales vultus habuisset pulcra Calypso,
Ogygiis Ithacum detinuisset aquis:
Et Circe Latio remorata fuisset eundem.
Nec sua fleuisset gaudia ferre Noros:
Si tam iucundo, & dulci sermone fuisset;
Nam Lauræ Peitho labra diserta mouet.
Hanc si vidisset iudex Priameus olim,
Tres inter diuas, monte sub Iliaco;
His spretis, formæ pretium, meritumque dedisset:
Huic pomum, Hesperii dona beata soli.
Pro tali facie non solum fata subissent,
Fortis Priamides, fortis & Æacides;
Sed quotquot gladios vnquam, clypeosque tulere;
Presserunt que suas ære micante comas,
Hanc igitur merito resonat liquidissimus amnis
Vocibus & plectris Mincius Æoliis.
Hanc etiam recte clari Phaethontis ad vndam
Eridanus sylua cantat in vmbrifera:
Quin tota ad laudes huius sese optima vertit
Ausonia, Aoniis fertilis ingeniis.
Tu quoque carminibus talem dignare puellam,
Et pete Castaliam magne Poëta lyram.
Fac lauræ egregium resonet quoq; Sequana nomen;
Et noscant Italam Celtica regna Deam.
Inuitaque alios quos nutrit Gallia vates,
Vt tecum celebrent Aonidum decimam.

Nec aliquis dicet, Lauræ ad præconia nonne
Ronsardi vnius carmina sufficient?
Sufficient, quis enim nisi demens vera negabit?
Namque viri summum nouimus ingenium.
Sed tamen Æthiopum non solus Iuppiter vrbes
Visit: eum sequitur nam pia turba Deûm.
Et cum Luna micat cœlo nitidissima puro,
Circumeunt niueam sydera fulua Deam.
Tu quoque Pieriæ medius Ronsarde cateruæ,
Incede, & querulam pollice pelle lyram;
Et celebra Nympham Mantoa ad flumina natam
Versibus, & chordis Thebigenæ chelyos.
Sic tua se nunquam tibi duram ostendat amica,
Et semper Paphius sit tibi mollis amor.
Sic tuus Epiro fabricatis nauibus Heros
Quamprimum optatum tendat in Oceanum.
Atque diu præsens hilares hæc secula, quæ te
Non minus Ortygio numine suspiciunt.

*Ad Lauram.*

Nemo tuas digne poterit componere laudes,
Nympha Bianorei splendor, honorque soli:
Nec qui Messalæ culto placet ore Poëta,
Dum celebrat Nemesim, Sulpitiamque suam.
Nec qui Callimachi nomen sibi vindicat Vmber,
Cynthia cui magna non minor est Helena.
Nec tener Idalij Naso præceptor amoris,
Quem torsit variis pulcra Corinna modis.
Nec cuius cithara celebratur vbique Lycoris,
Nec per quem magnum Lesbia nomen habet.
Sidoniosque tuus qui deflet ciuis amores,
Et miscet Tyriis arma, virumque toris.
Nec vatum princeps nuptam qui laudat Vlyssis,
Et canit Oebaliæ lumina pulcra Deæ.
Solus Apollo potest digna resonare Camœna,

Quæ

Quæ bona fœlici fata dedere tibi.
Idque memor faciet Nymphæ quam Thessalus amnis
Dicitur Æmonia progenuisse Dea.
Nec minus es cordi Phœbo quam candida Daphne
Hancque putat forma nunc rediisse tua.
Phœbi digna lyra, Phœbi quoque carmine digna,
Digna Iouis thalamis, imperioque Deûm.
Es similis palmæ quam solers vidit Vlysses
Latonæ in templis, Ortygiaque domo.
Ora tegit candor, roseo distincta colore,
Et tali vultu quo Cytherea nites.
Miratur faciem Saturnia Iuno pudicam;
Miratur mores casta Diana tuos.
Excultum ingenium laudat Trithonia Pallas,
Oris Atlantiades verba diserta probat.
Cum tibi fert animus querulas impellere chordas,
Et similem citharæ reddere voce sonum;
Se tibi vocales Acheloia turba sorores,
Se tibi submittit candidus ales olor.
Talis erat virgo vinxit quam Mulciber olim,
Sed tibi Pandoræ non placuere doli.
In gelidos lapides tran formas more Meduſæ,
Qui spectant faciem Nympha pudica tuam.
Vtque canens olim Pici pulcherrima coniunx,
Sic tu voce tua saxa, feraſque moues.
Atque tibi antiquæ se ausint conferre puellæ?
Quam cunctis. Superûm plus tibi fauit amor,
Docta tibi Sappho, cedat tibi docta Corinna,
Et cedant quotquot terra, freturnque videt.
Te decimam Musa sibi delegere sororem,
Dignanturque sacro quod gerit ora iugo.
Fœlix Mæoniis qui certat Mincius vndis,
Fœlix Aonidum Mantua dicta domus.
Fœliçes qui te talem genuere parentes,
Quæque tibi nutrix vbera plena dedit.

Fœli-

Fœlices fratres, fortunatæque sorores,
Et quotquot iuncti proximitate tibi.
Sed longe cunctis certe fœlicior ille,
Quem tibi legitimo fœdere iunget Amor.
Quem facies olim formosa prole parentem,
Quæ Latonigenis non erit inferior.
Ille Deûm accipiet vitam, solioque sedebit
Æthereo, & dulci nectare corpus alet.
Atque domi lætus thesaurum semper habebit;
Quem nunquam vidit Crœsus, & arca Midæ.
Nec tagus, auriferas secum qui ducit arenas,
Nec gemmis nitidas qui vehit Indus aquas.
Salue Nympha, decus Nympharum, & secula vince
Quæ vixit Clario grata Sibylla Deo.
Et semper fœlix nullo cruciere dolore,
Nec vitiet formam longa senecta tuam.
Sed tibi perpetuam nitida cum fonte iuuentam
Candida clauigero det Dea nupta Deo.

*Ad Federicum Thymeleontem.*

Te nunc Naiades retinent, pulcræque Napeæ,
Numinaque vmbrosi ruris Hamadryades:
At nos care tuo capiti Federice timemus,
Ne tibi dent aliquod deuia rura malum:
Nam Panes, Satyrique, & monticolæ Syluani,
Quique Dij agrestes frondea regna colunt;
Ne moueas Nymphis Cythereia bella ferentus;
Eripiasque suis gaudia numinibus.
Et scimus pulcras te non odisse puellas,
Inque Dionæo viuere seruitio.
Et domina erepta nimium indignantur amantes,
Testis Plistenides, Piritheusque tibi.
Ne Faunum irrites, genus irritabile agrestum,
Offensosque Deos non leuis ira tenet.
Hi te deprehensum tentasse cubilia sacra

Nympharum atque iram non timuisse suam;
Vel rigido obiicient gladio, mortique cruentæ,
Vel flammæ, vel aquæ, magnanimæque feræ.
Mars tenerum Dryadas quod persensisset Adonim
Captare, & dominam rure tenere suam;
Apro mutatus, Veneris securus amorum,
Venantem Idalio vertice fudit humi.
Naiada pucer Hylas cum visam in flumine amaret,
Thynniacæ cecidit gurgite mersus aquæ.
Iuppiter Iasium Phlegethontide mersit in vnda,
Terribili attactum fulminis igne sui:
Quod flauam nitidis Cererem retineret in aruis,
Ausus frugiferæ cingere colla Deę.
Et Dij Narcissum quod forma incenderet omnes,
Quæ gaudent fluuiis, arboribusque Deę;
Damnarunt Erebo, Letheque nigrantibus vndis,
In quibus assidue lumina fixa tenet.
Syluanique Parim tenebras traxere sub imas;
Et regem magno Laomedonte satum;
Dardanioque duces: atque euertêre superba
Pergama, Phœbææ strua canore lyræ:
In Troiam Superos, & Dorica castra mouentes,
Et Phrygio stantes littore mille rates:
Quod niueam Oeonen Idæo in monte foueret,
Et Nymphas cupidis eriperet Satyris.
Tuque tibi Federice caue, & fuge frondea tecta,
Horridaque agricolis tesqua relinque Deis.
Omnes te expectant, Athesim, fratresque reuise:
Atque omnem è nostro pectore pelle metum.
Franciscus te etiam expectat, tua magna voluptas,
Franciscus tragica primus in historia.
Hic cum Ronsardo Veronæ aduenit ad vrbem,
Teque frui exoptat, hospitioque tuo.

*Ad Andream Gradenicum.*

Dumnos & platanos, lauroque, sacraque cupressos,

Et lęto myrtos lumine ſuſpicimus:
Citreaque, & flauo miramur poma colore,
Media quæ Latium miſit ad vſque ſolum:
Et vites verum doctas proferre Falernum,
Cui cedat quod habet Gnoſſia terra merum.
Erramuſque inter ſaltus, colleſque virentes,
Quos ſemper tenui gutture pulſat auis:
Et variis pictos celebramus floribus hortos,
Et cupido roſeas carpimus vngue comas:
Et Ceretem gratam iaculamur piſcibus eſcam,
Lucida quos viridi ſtagna liquore tegunt.
Et fontem audimus dulci reſonare ſuſurro,
Qui prohibet lymphis ruſtica labra ſuis:
Atque odit turbam indoctam, longeque repellit:
Et ſolo vatum ſe iubet ore bibi.
Stellatæque ſacrum veneramur virginis agrum,
Præque aliis illum dicimus eſſe bonum:
Totaque luſtorum luſtrare palatia curæ eſt,
Seque oculus noſter vix ſatiare poteſt:
Interea inuiſit ſitiens auriga Lyæum,
Atque onerat multo pectora ſicca mero.
Cumque videretur ſub tecto ſobrius eſſe,
Educto curru proditur ebrietas.
Namque erráns ſubito recta regione viarum,
Torrentem vndoſum, duraque ſaxa petit.
Et quamuis monitus, pergit qua cœperat ire,
Inſequiturque viam quam tota nulla terit.
Noſque ira incenſus, monitiſque offenſus, in illa
Seſe euerſurum vociferatur aqua:
Multaque in æthereum fundit conuitia cœlum,
Immeritis nobis & maledicta iacit.
Nos miſerati hominem, nil reſpondere, patique,
Quæ vellet vinum dicere purpureum.
Tandem vexatis & equis, nobiſque, reditur
Veronam, & noto reddimur hoſpitio.

Sic idem nobis Titan Albusque, nigerque,
Et datus est mellis non sine felle sapor.
At nos aurigam posthâc Elpenora vt anguem
Vitemus, quoties rus properare libet.
Huncque requiramus, iuuenis gratissime Phœbo,
Qui gelido calidum temperet amne merum.
Nec pluris faciat rubicundo lumine Bacchum,
Quam semper niueo corpore Naiadas.

*Ad Ioannem Delphinum.*

Dum sacri fluctus Adriæ sonabunt,
Dum vehet flauas Tiberinus vndas,
Dumque spumantem prope se videbunt
Pæones Istrum:
Candidi mores, sine labe vita,
Osque facundum, geniusque fœlix,
Quo places cunctis venerande Præsul,
Carmine viuent.
Quas foues, Musæ tibi pollicentur
Aonum fontes, laticesque puros,
Nec sinent Delphina nigrante mergi
Flumine Lethes.

*Ad Augustinum Valerium.*

Quæ tellus hyemem, rabiemque Aquilonis iniqui,
Sithoniasque niues, frigoraque alta tulit;
Vere nouo dulces Zephyros, & Aëdona sentit,
Purpureasque rosas, liliaque alba gerit.
Nos quoque mœstitia pressi, mutique dolore,
Dalmatiæ rigido re retinente solo:
Nunc procul expulsis meditamur carmina curis,
Et læto vultu te redeunte sumus.
Tu modo quadriiugos currus properare iubeto,
Et celeri liquidas remige finde vias.
Vrbs tua te summis repetit, pater optime, votis,

Et

Et sine te tristes aspicit ire dies.
Illi ver tepidum, & spirantis lene Fauoni
Aura eris, aurifera gratior Hesperia.

*Ad M. Antonium Gratianum.*

Quis vero iuste reprehendat, amice, dolorem,
Qui facit immeritas te lacerare genas;
Et cupidis raptos manibus violare capillos,
Et calido mœstos imbre rigare sinus?
Morte tibi nuper carissima mater adempta est,
Dum petitis gelidam nauibus Illyriam.
Non oculos digitis potuisti condere, non tu
Illius manes excipere ore tuo.
Oscula depositæ nec dulcia figere, nec iam
Elatam pheretro corde dolente sequi.
Et quisquam lacrymare vetat, gemitumque ciere,
Et laniare genas, & lacerare comas?
Conaturque suis verbis remouere dolorem?
Et censet lacrymas dedecus esse viro?
Heu quam facile est, ægrotis, quando valemus,
Consilium sanum, Pæoniumque dare.
At cum languemus morbo, stratisque iacemus,
Nos simul & Pæon, consiliumque fugit.
Sed tamen est finis cunctis in rebus habendus,
Et modus in lacrymis debet inesse tuis.
Cum fletu amissam nequeas reuocare parentem,
Morsque pias surda negligat aure preces.
Nec lachesim moueant census, aut nomen auorum,
Aut forma, aut sanctæ relligionis amor.
Leda vbi nunc, vbi nunc Danaë, & Cepheia coniunx,
Et magni genitrix Amphitrioniadæ?
Et Tyro, & Chione, & roseo Leucippides ore,
Raptaque Dardanio pulcra Lacæna viro?
Et quæ Palladium non vnquam credita vates
Exitium Troiæ serpere dixit equum?

Omnes regna colunt Acherontia, morte sepultæ;
Effugere vmbriferam nec potuere ratem,
Denique fac reputes animo, tecumque reuoluas,
Tristitia longam corde leuare diem.
Turpe tibi fuerit certe doctissime Marce
Antoni, tali conditione premi;
Et non doctrina potius superare dolorem,
Et gemitum blandis fallere carminibus.
Non tibi Pierijs vetitum succedere tectis,
Cum libet, Aoniam visis odoriferam.
Nuc propera, atque inter lauros, ederasque virentes
Abiice mœstitiam, dulcis amice, tuam.
Doctus Apollo potest quemuis releuare dolorem;
Nemo Castalia tristis ab arce redit.

*Ad Federicum Cerutum.*

Cherileos non est mirum componere versus
Ambrosium, & numeros fundere ephemerios;
Nec te Mæoniis Federice assurgere pennis:
Et canere Aonia carmina digna lyra.
Tu bibi Ismario certantia vina Lyæo,
Cum sitit, Ambrosio nil, nisi vappa, datur.

*Ad M. Antonium Gratianum.*

Nix erat, & gelido quatiebat flamine terras,
Qui Scythica ventus de regione venit;
Orabant crebræ volucres Pandione natam,
Cecropios dulci funderet ore sonos.
Ast ea non, inquit, brumali frigore cantat
Quæ ver purpureum Dauliasales amat.
Sic ego Pierias non possem tangere chordas,
Tristitia Antoni pectus agente meum.
Patria vastatur, nullo nitet ære crumena;
Hæc mihi tristis hyems, hæc grauis aura mihi.
Cum primum aurifera Zephyrus spirabit ab vnda,
Cycnæum Ogerius fundet in astra melos.

Ad

*Ad Federicum Cerutum.*

Nos subitos fecit vates Federice Lyæus,
Huc à te sero vespere missus heri.
Vix etenim guttur generosus tinxerat humor,
Cum versus cœpit fundere mille Simon.
Castalios igitur latices non amplius opto;
Te penes est Clario dulcior amne liquor.

*Ad Adamum Fumanum.*

Qui te amat vt niuei dominas Heliconis Adame,
Ogerius, Venetæ stagna reliquit aquæ:
In quibus, æquoreis Zephyris agitantibus vndas,
Penè necis gelidæ pocula nigra bibit.
Nunc Atheſi fruitur, nemorumque virentibus vmbris,
Quas propè se fluuius semper amœnus habet.
Et gaudet tumidi maris effugisse furorem;
Nec nigra Cimmeria nare per arua rate.
At nunquam posthac credet fallacibus vndis,
Nec fidet Zephyris Adria blande tuis.

*Ad Federicum Cerutum.*

Hortaris Federice sacris redimite Corymbis,
Et studiose lyræ, Tyrius quam pulsat Iopas;
Vt versus edam, quos dulcia sacra colentem
Pieridum, & mirè vatem Colophonis amantem,
Multos me scripsisse putas: sed flumen amœnum
Castaliæ quamuis celebrem, Delphosque frequentem,
Multa deesse tamen video, cur digna Camœnis
Carmina nulla queam felici ducere dextra.
Curis exagitor multis; nam patria flagrat
Terrifico Martis studio, Stygioque tumultu:
Quos genitor campos, & iugera lata colebat,
Asseruit miles nullo sibi iure superbus.
Ausoniis cogor mihi gratis finibus æuum
Degere; nam pacem, doctasque hæc terra Camœnas

Diligit, & Phœbo, & Phœbæo munere gaudet.
Sed desunt census, & opes, pulchrique recessus;
Et virides saltus, montesque & flumina sacra;
Otiaque, & Clarius, quæ commoda cœtus habere
Exoptat; soluſque dolor mea pectora tentat.
Nam mihi si sumptus ducendæ ad commoda vitæ
Præberi cupiam; multos magnosque labores
Noctes atque dies sudando haurire necesse est.
Hæc etenim meritò gens aspernatur inertes.
Atque ita Mæonius cum pulsat pectora Thyrsus,
Pieriæque meo cordi calor incidit ingens,
Omnia postponenda, lyræque & carmina blanda
Abiicienda procul; nutuſque & magna potestas
Alterius sectanda mihi; torquendaque nauis,
Quò vocat Ismarius Boreas, pelageque seuera.
Hic sibi Virgilii Musam; petit ille Lucreti
Expediam versus; hic mauult carmen Homeri,
Cecropioſque viros fundentes ore rotundo
Aurea verba, quibus caperentur corda ferarum.
Monstrarique alius, quæ ducit in ardua montis
Castalii, Pataramque viam, rogat ore frequenti.
Condaturque alius quo pacto littera recte,
Et verbis puris. Arpinoque ore requirit.
Sunt aliqui, qui prima velint elementa sacrarum
Illustrem legum nitida. facilique loquela.
Hanc ob rem, si Pegaseo labra fonte rigarem,
Et clausum numen Grynæum pectore haberem,
Non possem versus comptos, vereque politos
Scribere; nec celebris volitare per ora virorum.
Non tamen à Clariis possum me abducere campis:
Sic generosus equus, qui belli flagrat amore,
A Martis sese certamine continet ægrè:
Et canis à syluis nemorum studioſus & vmbræ;
Nam quoties noctu me somnus deserit. & quum
Otia parua mihi dantur, Thymbræa pererro

Arua,

Arua, manuſque meas ad dulcia carmina verto;
Et mentem totam Pataræo in numine figo.
Sed nec in his cernes artem, cultumque nitorem;
Nec magnum ingenium, quod lumina docta moretur;
Et ſperet laudes, & poſteritatis honores.
Excuſata habeas igitur quæ carmina cernis.
Calliopæa mihi vires negat. otia deſunt;
Et patriæ ob caſum crebrò ſuſpiria duco.
Quæ res ingenium extinguunt. inhibentque furorem
Pierium, & promptam ducenda ad carmina dextram.

*Ad Ioannem Liſcam.*

Felix Virgilius, qui natus paupere tecto
Andino in pago, Veneti prope fluminis vndam,
Inuenit Romæ, qui carmina docta foueret,
Auguſtum, & Thuſcis Heroa in montibus ortum;
Quà naſcens primis Tiberinus murmurat vndis;
Et plures alios Heliconia plectra colentes;
Et largo Aoniam cumulantes munere dextram.
Ergo cum vates miro flagraret amore
Pieridum, ſenſuſque ſacros agitaret Apollo,
Nil dignos Phœbo digitos, citharæque ſonoræ
Plectra morabatur, Muſamque ſinebat inertem.
Æs erat in loculis, & erant in collibus ædes
Campanis, circumque lacus, & amœna virera;
Atque duo, vel tres, vel quotquot vellet habere,
Illius imperium famuli, nutumque ſequentes;
Et menſæ, quales capiebat; vina Falerna,
Vel Chia, vel Gnoſſiaca diffuſa ſub ora.
Cum vellet, thalamos dulces, ſomnoſque petebat;
Surgebat molli cum vellet ſurgere lecto:
Cum vellet luſum. quaſuis properabat in oras,
Et loca Pieriæ ſtudiis, & cantibus apta.
Nec luctus vatem, nec iniqua negotia doctam
Turbabant mentem, tantum contendere chartis

Mæoniis longè dulciſſima cura tenebat.
Et cuiuis mirum fuerit, ſi ſorte Poëta
Tali donatus, ſic ſeſe attollat in altum?
Et maieſtatem quandam, diumque lepôrem
Prodat carminibus lætas ferientibus aures?
Atque Palæſtinas Mantoa ad flumina palmas
Victor & exuperans aliorum ſcripta reportet?
Pieriaſque ſacro deducat vertice Nymphas,
In patriam, domus Aonidum quæ iure vocatur?
Quod ſi munificos hac tempeſtate Poëtæ
Auguſtos, & diuitias, atque otia haberent,
Quæ felix habuit diuini Muſa Maronis;
Armiſonos cantus, & Dædala plectra Camœnæ
Forſitan Andinæ ſuperarent, atque ſonarent
Hac multò grauius. nunc Delia laurus honore,
Muneribuſque ſuis caret, & iacet abdita longè.
Quin riſum atque iocos adfert, qui carmina condit,
Atque aliquid clarum ſecum meditatur, & aures
Non vllas procerum, regumque ducumq; potentum
Inuenit, & raro, vel nunquam Phœbus in aula
Conſpicitur nitida; cauſas ſciat illa pudendi
Criminis huius, & Idalio quæ gurgite fuſa eſt
Diua, idgoque ſedens redimito vite Lyæus;
Atque Philargyria, toto quæ ſæuit in orbe,
Peſtis acerbà, grauis ſemper mortalibus ægris.
Hinc vates ſimul ingenio, ſimul arte valentes
Linquere coguntur, citharamque, & plectra canora,
Vmbriferæque iugum Cyrrhæ, & Libethridas vndas.
Nam ſordent hodie Patarææ munera gentis.
Recte igitur Liſca ſtatuis, quum fonte relicto
Pegaſeo, & ſylua, viridi quæ frondet in Hæmo,
Quæ loca viſebas crebrò, ductore Ceruto,
Patris Alexandri veſtigia ſancta ſecutus,
Ad leges animum flectis, quæ ſemper honores,
Diuitiaſque tibi parient, cenſuſque perennes.

Sic olim Cicero, quamuis aptissimus esset
Ad carmen, Musas, Heliconiaque arua reliquit;
Et steriles citharæ strepitus, & inutile plectrum;
Adque forum mentem vertit, rostrisque seueris
Voce reos blanda rapuit, duxitque catena
Aurata, è dulci lingua pendente, Quirites,
Quò voluit lepidis mulcens præcordia dictis.
Sicque magistratu summo perfunctus in vrbe est,
Atque domum, quæ pauper erat, Nabatheide gaza
Ditauit, gemmisque suos, auroque Penates
Ornauit, validis scindens latissima tauris
Iugera, quæ lingua possedit parta diserta.

*Ad Vinciguerram.*

Quæris cur adeo fugiam Mauortia bella;
Prælia Castaliis nocuerunt semper alumnis,
Priamides Helenus, violatus cuspide Graia
Testis erit, testis quoque Creteus, cui caput ense
Laurigerum rigido Pilumnius abstulit heros.
Testis & Æolius fidicen, qui bella secutus,
Exilio patriam mutare coactus acerbo est.
Nam, vir magne, sciunt imbellia numina Cyrrhæ
Dicere mortiferum melius, quam ducere bellum.
At tibi cui cœlum fortissima pectora bello
Vincere posse dedit, rigidi certamina Martis,
Et pugnas acres, & prælia longa ciere
Ludus erit; vresque tibi Tritonia Pallas
Auget, in aduersas animoso pectore turmas
Cum ruis & densos morientum texis aceruos.
Atque ideo æterno Vatum celebrabere cantu,
Virtutesque tuas memorare, & fortia facta
Flandriaque, & latis audax Brabantia terris
Cogentur, nitido dum lumina Phœbus Olympo
Præbebit, frondesque iugis nascentur in altis.

# PETRI PANTINI.

## *In obitum Iusti Lipsii.* I.

ERgo abiit mœstis nunquam rediturus amicis,
Lipsius insanæ mortis ad arbitrium?
Ille sacer Phœbi mystes, doctæque Mineruæ,
Virtutisque omnis, Lipsius ille abiit?
Illéne quem Grudii nuper stupuêre loquentem,
Semina doctrinæ dum meliora iacit?
Ille suis scriptis qui totum ornauerat orbem
Lipsius. heu Fati stamina nigra! abiit?
O dolor, ô lachrymæ! Quæ talem Parca peremit,
Vix ab ea tutum suspicier esse Iouem.

## II.

Lipsius hoc paruo tumulo iacet: haud iacet; erro.
Non adeo exiguo clauditur ille loco.
Lipsius immensi factus nouus incola cœli,
Nunc lætus terras despicit & maria:
Quæque prius mundi calamo damnarat & ore
Vana, mage ex vero vana fuisse videt.
Attamen in mœsto quid vult sibi marmore nomen,
Quodque illo dignum nomine carmen adest?
Nempe reformandus vitæ melioris in vsum,
Hic veteres posuit Lipsius exuuias.

## III.

Quisq; dehinc venies Grudiam neuus hospes in vrbem
(Cura pia est) Lipsi da tumulo inferias:
Et castas superadde preces, meritumque dolorem:
Causa tibi nunquam iustior vlla fuit.
Quà sit iter quæris? tædâ præeunte rogali,

Ad

Ad magni ducent triſtia buſta viri
Pierides mœſtæ. mœſta hìc cum Pallade, Diuas
Tres, quibus in doctos par amor atque fides,
Fœdatas cernes liuentia pectora palmis,
Sidera flebilibus ſurda ferire ſonis:
Crudeleſque vocare Deos, ſua damna vocare,
Hoc moriente, vna non potuiſſe mori.

*In Ephemerides Nic. Oudartii.*

Caſtalio Oudartus dum nuper concitus œſtro,
Aggreditur ſacras condere Ephemerides;
Intrepiduſque parat totum ſibi ſubiicere Annum;
Vt ſignet lucem ſyllaba quæque ſuam:
Obſtupuêre omnes ad talia cœpta Camœnæ;
Nullaque tum vatem Pieris auſa ſequi.
Deterrent ſalebræ, anfractus, loca ſentibus hirtis
Aſpera, & Aonio non adeunda pede.
Ille tamen tantis inſiſtens fortiter orſis,
Perficit exiguo tempore victor opus.
Cedite Pegaſides; nihil hæic maioribus actus
Auſpiciis veſtro numine Odartus eget.

*De eiſdem.*

Plurima dum ſacris mortales edita Faſtis
Oudarte Aonia perſpicuè arte doces:
Aptaqne propoſitis iungens Epigrammata Feſtis,
Cœlicolum grato Numen honore colis,
Iure tibi, Vatum decus, his præſtantibus auſis,
Concilias homines, concilias Superos.

ANDREÆ

# ÆGIDII PERIANDRI BRVXELLENSIS.

*De Abrahamo Læschero.*

Candidus hic totus: miraris candide Lector?
Lauerunt vatem bisve quaterve Deæ.

*De Anton. Mela.*

Ingenium madet huic cur tanto flumine? Phœbus
Pro vino miscet nectare pocla mero.

*De Benedicto Duce.*

Cum modulis carmen diuinum iungis Horati,
Candidior cygno Dux super astra volas.

*De Bonifacio Amerbachio.*

Culmen iuris est, Iuri Clarioque dicatus:
Heic quidquid laudis Ius habet, ecce manet.

*De Adriano Scorelio.*

Cur tibi ruperunt iuuenilia stamina Parcæ?
Ne Batauis Vatum gloria prima foret.

*De Anton. Siluio.*

Quæ proprio pectus signat cognomine Silua;
Si lector dubitas; Aonis esse datur.

*De Conr. Goclenio.*

Paruus honos, nigræ depromere lumina noctis:
Addere sed Soli lumina, magnus honos:

*De Conrado Celte.*

Musa Chelyn, flammas Venus, ingeniumque Minerua
Donarunt fato candidiore tibi.

De Cy-

*De Cypriano Vommelio.*

Floſculus Aonidum medio ſub fonte rigatus,
Quam dulces ſuaui mittit odore modos!

*De Eraſmo Lato.*

Audit vbi Clarius ludentem carmina Lætum;
Lætior eſt quàm ſi propria fila ſonat.

*De Franciſco Raphaele.*

Humanis non tu manibus nutritus es infans:
Te Clio fouit lacte, tulitq; Cheli.

*De Franciſco Fabro.*

Docte Faber, fabricans, pulcerrima munera Muſæ,
Conaris reliquos exſuperare fabros.

*De Franciſco Striblino.*

Ferte crocum tumulo, nigri date tura Sabæi:
Spes Charitum cecinit, Pieridumq; quies.

*De Gabr. Humelbergio.*

Iam cuncti medicis dant commentaria rebus:
At qui te ſcribat doctius vllus erit?
Emendans Muſam, Muſa tu maior haberis;
Muſaque Germani nominis vna manes.

*De Gemma Friſio.*

Hic quoque doctorum non infima gemma videtur,
Seu medicas artes, ſidera ſiue colat.

*De Georg. Maiore.*

Omen habet certum primo cognomine Maior:
Maior erit, niſi ſit qui quoque maior erit.

*De Georgio Fabricio.*

Tam cultos edis verſus, ô culte Georgi;
Vt tibi det vitas magnus Apollo manus.

Omnes regna colunt Acherontia, morte sepultæ;
Effugere vmbriferam nec potuere ratem,
Denique fac reputes animo, tecumque reuoluas,
Tristitia longam corde leuare diem.
Turpe tibi fuerit certe doctissime Marce
Antoni, tali conditione premi;
Et non doctrina potius superare dolorem,
Et gemitum blandis fallere carminibus.
Non tibi Pieriis vetitum succedere tectis,
Cum libet, Aoniam visis odoriferam.
Huc propera, atque inter lauros, ederasque virentes
Abiice mœstitiam, dulcis amice, tuam.
Doctus Apollo potest quemuis releuare dolorem;
Nemo Castalia tristis ab arce redit.

*Ad Federicum Cerutum.*

Cherileos non est mirum componere versus
Ambrosium, & numeros fundere ephemerios:
Nec te Mæoniis Federice assurgere pennis:
Et canere Aonia carmina digna lyra.
Tu bibi Ismario certantia vina Lyæo,
Cum sitit, Ambrosio nil, nisi vappa, datur.

*Ad M. Antonium Gratianum.*

Nix erat, & gelido quatiebat flamine terras,
Qui Scythica ventus de regione venit:
Orabant crebræ volucres Pandione natam,
Cecropios dulci funderet ore sonos.
Ast ea non, inquit, brumali frigore cantat
Quæ ver purpureum Dauliasales amat.
Sic ego Pierias non possem tangere chordas,
Tristitia Antoni pectus agente meum.
Patria vastatur, nullo nitet ære crumena;
Hæc mihi tristis hyems, hæc grauis aura mihi.
Cum primum aurifera Zephyrus spirabit ab vnda,
Cycnæum Ogerius fundet in astra melos.

Ad

*Ad Federicum Cerutum.*

Nos subitos fecit vates Federice Lyæus,
Huc à te sero vespere missus heri.
Vix etenim guttur generosus tinxerat humor,
Cum versus cœpit fundere mille Simon.
Castalios igitur latices non amplius opto;
Te penes est Clario dulcior amne liquor.

*Ad Adamum Fumanum.*

Qui te amat vt niuei dominas Heliconis Adame,
Ogerius, Venetæ stagna reliquit aquæ:
In quibus, æquoreis Zephyris agitantibus vndas,
Penè necis gelidæ pocula nigra bibit.
Nunc Athesi fruitur, nemorumque virentibus vmbris,
Quas propè se fluuius semper amœnus habet.
Et gaudet tumidi maris effugisse furorem;
Nec nigra Cimmeria nare per æquora rate.
At nunquam posthac credet fallacibus vndis,
Nec fidet Zephyris Adria blande tuis.

*Ad Federicum Cerutum.*

Hortaris Federice sacris redimite Corymbis,
Et studiose lyræ, Tyrius quam pulsat Iopas;
Vt versus edam, quos dulcia sacra colentem
Fieridum, & mirè vatem Colophonis amantem,
Multos me scripsisse putas: sed flumen amœnum
Castaliæ quamuis celebrem, Delphosque frequentem,
Multa deesse tamen video, cur digna Camœnis
Carmina nulla queam felici ducere dextra.
Curis exagitor multis; nam patria flagrat
Terrifico Martis studio, Stygioque tumultu:
Quos genitor campos, & iugera lata colebat,
Asseruit miles nullo sibi iure superbus.
Ausoniis cogor mihi gratis finibus æuum
Degere; nam pacem, doctasque hæc terra Camœnas

Diligit, & Phœbo, & Phœbæo munere gaudet.
Sed desunt census, & opes, pulchrique recessus;
Et virides saltus, montesque & flumina sacra;
Otiaque, & Clarius, quæ commoda cœtus habere
Exoptat; soluſque dolor mea pectora tentat.
Nam mihi si sumptus ducendæ ad commoda vitæ
Præberi cupiam; multos magnosque labores
Noctes atque dies sudando haurire necesse est.
Hæc etenim meritò gens aspernatur inertes.
Atque ita Mæonius cum pulsat pectora Thyrsus,
Pieriæque meo cordi calor incidit ingens,
Omnia postponenda, lyræque & carmina blanda
Abiicienda procul; nutuſque & magna poteſtas
Alterius sectanda mihi; torquendaque nauis,
Quò vocat Ismarius Boreas, pelageque seuera.
Hic sibi Virgilii Musam; petit ille Lucreti
Expediam versus; hic mauult carmen Homeri,
Cecropioſque viros fundentes ore rotundo
Aurea verba, quibus caperentur corda ferarum.
Monstrarique alius, quæ ducit in ardua montis
Castalii, Pataramque viam, rogat ore frequenti.
Condaturque alius quo pacto littera recte,
Et verbis puris, Arpinoque ore requirit.
Sunt aliqui, qui prima velint elementa sacrarum
Illustrem legum nitida, facilique loquela.
Hanc ob rem, si Pegaseo labra fonte rigarem,
Et clausum numen Grynæum pectore haberem,
Non possem versus comptos, vereque politos
Scribere; nec celebris volitare per ora virorum.
Non tamen à Clariis possum me abducere campis:
Sic generosus equus, qui belli flagrat amore,
A Martis sese certamine continet ægrè:
Et canis à syluis nemorum studioſus & vmbræ;
Nam quoties noctu me somnus deserit. & quum
Otia parua mihi dantur, Thymbræa pererro

Arua, manuſque meas ad dulcia carmina verto;
Et mentem totam Pataræo in numine figo.
Sed nec in his cernes artem, cultumque nitorem;
Nec magnum ingenium, quod lumina docta moretur;
Et ſperet laudes, & poſteritatis honores.
Excuſata habeas igitur quæ carmina cernis.
Calliopæa mihi vires negat. otia deſunt;
Et patriæ ob caſum crebrò ſuſpiria duco.
Quæ res ingenium extinguunt, inhibentque furorem
Pierium, & promptam ducenda ad carmina dextram.

*Ad Ioannem Liſcam.*

Felix Virgilius, qui natus paupere tecto
Andino in pago, Veneti prope fluminis vndam,
Inuenit Romæ, qui carmina docta foueret,
Auguſtum, & Thuſcis Heroa in montibus ortum;
Quà naſcens primis Tiberinus murmurat vndis;
Et plures alios Heliconia plectra colentes;
Et largo Aoniam cumulantes munere dextram.
Ergo cum vates miro flagraret amore
Pieridum, ſenſuſque ſacros agitaret Apollo,
Nil dignos Phœbo digitos, citharæque ſonoræ
Plectra morabatur, Muſamque ſinebat inertem.
Æs erat in loculis, & erant in collibus ædes
Campanis, circumque lacus, & amœna vireta;
Atque duo, vel tres, vel quotquot vellet habere,
Illius imperium famuli, nutumque ſequentes;
Et menſæ, quales capiebat; vina Falerna,
Vel Chia, vel Gnoſſiaca diffuſa ſub ora.
Cum vellet, thalamos dulces, ſomnoſque petebat;
Surgebat molli cum vellet ſurgere lecto:
Cum vellet luſum. quaſuis properabat in oras,
Et loca Pieriæ ſtudiis, & cantibus apta.
Nec luctus vatem, nec iniqua negotia doctam
Turbabant mentem, tantum contendere chartis

Mæoniis longè dulciſſima cura tenebat.
Et cuiuis mirum fuerit, ſi ſorte Poëta
Tali donatus, ſic ſeſe attollat in altum?
Et maieſtatem quandam, diumque lepôrem
Prodat carminibus lætas ferientibus aures?
Atque Palæſtinas Mantoa ad flumina palmas
Victor & exuperans aliorum ſcripta reportet?
Pieriaſque ſacro deducat vertice Nymphas,
In patriam, domus Aonidum quæ iure vocatur?
Quod ſi munificos hac tempeſtate Poëtæ
Auguſtos, & diuitias, atque otia haberent,
Quæ felix habuit diuini Muſa Maronis;
Armiſonos cantus, & Dædala plectra Camœnæ
Forſitan Andinæ ſuperarent, atque ſonarent
Hac multò grauius. nunc Delia laurus honore,
Muneribuſque ſuis caret & iacet abdita longè.
Quin riſum atque iocos adfert, qui carmina condit,
Atque aliquid clarum ſecum meditatur, & aures
Non vllas procerum, regumque ducumq; potentum
Inuenit, & raro, vel nunquam Phœbus in aula
Conſpicitur nitida; cauſas ſciat illa pudendi
Criminis huius, & Idalio quæ gurgite fuſa eſt
Diua, iugoque ſedens redimito vite Lyæus;
Atque Philargyria, toto quæ ſæuit in orbe,
Peſtis acerba, grauis ſemper mortalibus ægris.
Hinc vates ſimul ingenio, ſimul arte valentes
Linquere coguntur, citharamque, & plectra canora,
Vmbriferæque iugum Cyrrhæ, & Libethridas vndas.
Nam ſordent hodie Patarææ munera gentis.
Recte igitur Liſca ſtatuis, quum fonte relicto
Pegaſeo, & ſylua, viridi quæ frondet in Hæmo,
Quæ loca viſebas crebrò, ductore Ceruto,
Patris Alexandri veſtigia ſancta ſecutus,
Ad leges animum flectis, quæ ſemper honores,
Diuitiaſque tibi parient, cenſuſque perennes.

Sic olim Cicero, quamuis aptissimus esset
Ad carmen, Musas, Heliconiaque arua reliquit;
Et steriles citharæ strepitus, & inutile plectrum;
Adque forum mentem vertit, rostrisque seueris
Voce reos blanda rapuit, duxitque catena
Aurata, è dulci lingua pendente, Quirites,
Quò voluit lepidis mulcens præcordia dictis.
Sicque magistratu summo perfunctus in vrbe est,
Atque domum, quæ pauper erat, Nabatheide gaza
Ditauit, gemmisque suos, auroque Penates
Ornauit, validis scindens latissima tauris
Iugera; quæ lingua posledit parta diserta.

*Ad Vinciguerram.*

Quæris cur adeo fugiam Mauortia bella;
Prælia Castaliis nocuerunt semperalumnis,
Priamides Helenus, violatus cuspide Graia
Testis erit, testis quoque Creteus, cui caput ense
Laurigerum rigido Pilumnius abstulit heros.
Testis & Æolius fidicen, qui bella secutus,
Exilio patriam mutare coactus acerbo est.
Nam, vir magne, sciunt imbellia numina Cyrrhæ
Dicere mortiferum melius, quam ducere bellum.
At tibi cui cœlum fortissima pectora bello
Vincere posse dedit, rigidi certamina Martis;
Et pugnas acres, & prælia longa ciere
Ludus erit; vireſque tibi Tritonia Pallas
Auget, in aduersas animoso pectore turmas
Cum ruis & densos morientum texis aceruos.
Atque ideo æterno Vatum celebrabere cantu,
Virtuteſque tuas memorare, & fortia facta
Flandriaque, & latis audax Brabantia terris
Cogentur, nitido dum lumina Phœbus Olympo
Præbebit, frondeſque iugis nascentur in altis.

# PETRI PANTINI.

## *In obitum Iusti Lipsii.* I.

ERgo abiit mœstis nunquam rediturus amicis,
Lipsius insanæ mortis ad arbitrium?
Ille sacer Phœbi mystes, doctæque Mineruæ,
Virtutisque omnis, Lipsius ille abiit?
Illéne quem Grudii nuper stupuêre loquentem,
Semina doctrinæ dum meliora iacit?
Ille suis scriptis qui totum ornauerat orbem
Lipsius. heu Fati stamina nigra! abiit?
O dolor. ô lachrymæ! Quæ talem Parca peremit,
Vix ab ea tutum suspicier esse Iouem.

## II.

Lipsius hoc paruo tumulo iacet: haud iacet; erro.
Non adeo exiguo clauditur ille loco.
Lipsius immensi factus nouus incola cœli,
Nunc lætus terras despicit & maria:
Quæque prius mundi calamo damnarat & ore
Vana, mage ex vero vana fuisse videt.
Attamen in mœsto quid vult sibi marmore nomen,
Quodque illo dignum nomine carmen adest?
Nempe reformandus vitæ melioris in vsum,
Hic vereres posuit Lipsius exuuias.

## III.

Quisq; dehinc venies Grudiam nouus hospes in vrbem
(Cura pia est) Lipsi da tumulo inferias:
Et castas superadde preces, meritumque dolorem:
Causa tibi nunquam iustior vlla fuit.
Quà sit iter quæris? tædâ præeunte rogali,

Ad

Ad magni ducent triſtia buſta viri
Pierides mœſtæ. mœſta hìc cum Pallade, Diuas
Tres, quibus in doctos par amor atque fides,
Fœdatas cernes liuentia pectora palmis,
Sidera flebilibus ſurda ferire ſonis:
Crudeleſque vocare Deos, ſua damna vocare,
Hoc moriente, vna non potuiſſe mori.

*In Ephemerides Nic. Oudartii.*

Caſtalio Oudartus dum nuper concitus œſtro,
Aggreditur ſacras condere Ephemerides;
Intrepiduſque parat totum ſibi ſubiicere Annum;
Vt ſignet lucem ſyllaba quæque ſuam:
Obſtupuêre omnes ad talia cœpta Camœnæ;
Nullaque tum vatem Pieris auſa ſequi.
Deterrent ſalebræ, anfractus, loca ſentibus hirtis
Aſpera, & Aonio non adeunda pede.
Ille tamen tantis inſiſtens fortiter orſis,
Perficit exiguo tempore victor opus.
Cedite Pegaſides; nihil hæic maioribus actus
Auſpiciis veſtro numine Odartus eget.

*De eiſdem.*

Plurima dum ſacris mortales edita Faſtis
Oudarte Aonia perſpicuè arte doces:
Aptaqne propoſitis iungens Epigrammata Feſtis,
Cœlicolum grato Numen honore colis,
Iure tibi, Vatum decus, his præſtantibus auſis,
Concilias homines, concilias Superos.

ANDREÆ

# ANDREÆ PAPII GANDAVENSIS.

*In Hub. Goltzii Siciliam & magnam Graciam.*

ROmana priſcis tempora Conſulum
Signata faſtis, regnaque Cæſarum,
Omnemque deformi ſepultam
Hiſtoriam dominantis Vrbis
Errore, pulchrum verius in diem
Dudum extuliſti: nunc populos libet
Adire vicinos; & ipſa
Longius Auſonia vagaris,
Voluentis æui præcipuum decus,
Huberte, per quem nos bona *ſeculi*
Reuiſit *hubertas*: & vſu
Quem ſapiens probet ipſe, fulget
Aurum repertum, & ſic melius ſitum
Quam terra cælet: materies dolis
Et criminiolim, nunc notandis
Temporibus, veterumque rebus.
Iam te ſecundis littore ab Italo,
Qua magna ſeſe Græcia porrigit,
Soluiſſe ventis: iam Sicanos
Aſpicio penetraſſe portus.
Iam peruagata, tergeminum in latus
Quacunque vaſto prominet æquore,
Tellurisantiquæ docentem
Attonitus monumenta miror.
Vt mi Tyrannorum imperia & vices
Audire gratum eſt; geſtaque prælia!
Vt gentium priſcos parenteis
Eluminaque & fluuios fugaceis.

Vt ſciſcitari ſæpe auido ſubit,
Queis Ætna flammis arſerit: aut vbi
Emergat vrinato amnis,
Fontem Arethuſa tuum requirens
Abuſque ludis Elide nobili;
Quave Enna. raptu Perſephones, caput
Infame tollat mox, latenteis
Nauifragæ ſcopulos Charybdis,
Scyllæque vultus præter amabileis,
Sonante raucis turpe vtero lupis,
Ductore te, tutus reuerti
Heſperias videor ſub oras.
Heîc, quidquid olim condidit vrbium
Troiæ domitrix Graiugenûm manus,
Aquaſque Baiarum ſalubreis
Finitima regione, noſco.
Heîc & celebri ſueta ſilentio,
Diis haud minorum corda virûm colo;
Vnde Italis doctrina primûm,
Et, poſita feritate, mores
Sed quin per amplos, Muſa, ſine ordine
Errare campos deſinis impudens?
Cum Goltzio per cuncta in orbem
I potius: pariterque eodem
Quieſce portu; dum Macedûm procul
Graiûmque terras, æquor & Atticum,
Atque Aſias luſtrare gazas
Lene fauens Aquilo monebit.

ÆCIDII

# ÆGIDII PERIANDRI BRVXELLENSIS.

*De Abrahamo Læschero.*

Candidus hic totus: miraris candide Lector?
Lauerunt vatem bisve quaterve Deæ.

*De Anton. Mela.*

Ingenium madet huic cur tanto flumine? Phœbus
Pro vino miscet nectare pocla mero.

*De Benedicto Duce.*

Cum modulis carmen diuinum iungis Horati,
Candidior cygno Dux super astra volas.

*De Bonifacio Amerbachio.*

Culmen iuris est, Iuri Clarioque dicatus:
Heic quidquid laudis Ius habet, ecce manet.

*De Adriano Scorelio.*

Cur tibi ruperunt iuuenilia stamina Parcæ?
Ne Batauis Vatum gloria prima foret.

*De Anton. Siluio.*

Quæ proprio pectus signat cognomine Silua:
Si lector dubitas; Aonis esse datur.

*De Conr. Goclenio.*

Paruus honos, nigræ depromere lumina noctis:
Addere sed Soli lumina, magnus honos:

*De Conrado Celte.*

Musa Chelyn, flammas Venus, ingeniumque Minerua
Donarunt fato candidiore tibi.

De Cy-

*De Cypriano Vommelio.*

Floſculus Aonidum medio ſub fonte rigatus,
Quam dulces ſuaui mittit odore modos!

*De Eraſmo Lato.*

Audit vbi Clarius ludentem carmina Lætum;
Lætior eſt quàm ſi propria fila ſonat.

*De Franciſco Raphaele.*

Humanis non tu manibus nutritus es infans:
Te Clio fouit lacte, tulitq; Cheli.

*De Franciſco Fabro.*

Docte Faber, fabricans, pulcerrima munera Muſæ,
Conaris reliquos exſuperare fabros.

*De Franciſco Striblino.*

Ferte crocum tumulo, nigri date tura Sabæi:
Spes Charitum cecinit, Pieridumq; quies.

*De Gabr. Humelbergio.*

Iam cuncti medicis dant commentaria rebus:
At qui te ſcribat doctius vllus erit?
Emendans Muſam, Muſa tu maior [illegible]is;
Muſaque Germani nominis vna manes.

*De Gemma Friſio.*

Hic quoque doctorum non infima gemma videtur,
Seu medicas artes, ſidera ſiue colat.

*De Georg. Maiore.*

Omen habet certum primo cognomine Maior:
Maior erit, niſi ſit qui quoque maior erit.

*De Georgio Fabricio.*

Tam cultos edis verſus, ô culte Georgi;
Vt tibi det vitas magnus Apollo manus.

*De Gerardo Nouiomago.*

Cinge comas myrtho, subitò diceturamator:
Iunge leuem Laurum, tum quoq; Phœbus erit.

*De Gulielmo Cantero.*

Est iuuenis, sed digna viro dedit alma iuuentus:
Si maior, cultos exsuperabit auos.

*De Gulielmo Nesseno.*

Ne victus caderet iuueni meruebat Apollo:
Hinc illi primo tempore fila secat.

*De Hartmanno Schedelio.*

Quamdiu terra feret crescentem Noridos vrbem,
Historiæ tam diu dulce manebit opus.

*De Eobano Hesio.*

Candidus es versu, dulcis, nullique secundus:
Vnde tibi verum nomen Oloris habes.

*De Henrico Gondano.*

Si tibi fluxisset forsan felicior ætas,
Maior in Aonio culmine fama fores.

*De Henr. Glareano.*

Clara sub Aonio splendebat Glarea fonte;
Hinc etiam Musis clarior vnda fluit.

*De Hiobo Magdeburgo.*

Non tibi sunt visæ, Clio Cliusq; sorores:
Illas in cana pectoris arce foues.

*De Iacobo Strebelio.*

Luminibus reddens lumen, tu lumen haberis
Luminibus: lumen Teutonis ora colit.

*De Iacobo Cantero Codri amicissime.*

Canterus famæ nutritor maximus Hess,
Aurea Castalidum flumina corde parit.

De Ioan-

*De Ioanne Roth.*

Sedulus euoluens numerosa volumina Iuris,
Quicquid habent mellis dextra beata legit.

*De Ioanne Alto.*

Prælia cùm sequitur Mars est: cum carmina Phœbus.
Ruperunt iuueni Barbara fata colum.

*De Iacobo Scheckio.*

Verus Aristoteles Germanus habebere cunctis.
Penè Stagiritæ vincitur ingenium.
Nil differs ab eo, clarus sermone Pelasgo:
Hoc maior, Latio quod potes ore loqui.

*De Ioanne Riuio.*

Riuius hic vero fertur cognomine Ianus:
Ex hoc nam verè Pallados vnda fluit.

*De Ioanne Regiomontano.*

Sidera si socius Ptolomæi, Iane tulisses,
Sideribus primo primus in Orbe fores.

*De Theocrito Ioach. Camerarij.*

Viderat Ascræus Ioachimi carmina pastor,
Carpite Germanæ gramina, dixit, oues.
Me finxi quondam teneras vidisse Puellas:
Hic si non vidit; carmina certus habet.

*De Ioanne Posthio.*

Auribus accipiens tua candida fila Cupido;
Accreuit Naso iam nouus hostis, ait.
At postquam vidit castos in carmine lusus;
Vincula non timeo, dixit, & exsiluit.

*De Ioanne Stigelio.*

Arma canis? summos superant tua scripta Poëtas:
Cum ludis Thalamos; maxima fama tibi.

Cum scribis sacros diuino carmine fastos
Datque chely victas Itala Musa manus.
Cum ludis, ludis: cùm dicis seria, dicis:
Sic in vtroque stilo Musa diserta tibi.

*De Leonardo Badenhorno.*

Iuridicum dux, Astreæ quoque sede beatus;
Donec iuris erunt nomina clarus erit.

*De Leonardo Engelharto.*

Quis locus est puras vbi rupit Pegasus vndas?
En locus istius pectore cultus erat.

*De Matthæo Collino.*

Collinus de colle Deum sibi nomina sumpsit:
Et merito: Phœbi colle supremus adest.

*De Martino Cuthæo.*

Cum florem deflet, florem se præbet Amorum,
Phœbeæque manus, Pegasidumque Soli.

*De Martino Henrico Saganensi.*

Naufragus est? cur Aonio madet æquore totus.
Thespiadum medio lotus in amne fuit.

*De eodem.*

Hunc Heliconiades lactarunt vbere nymphæ:
Nil illi præter lactea verba cadunt.

*De Nicolao Mamerano.*

Cum cuperem dignas Mamerano nectere laudes,
Phœbus ait: sileant carmina: noster erit.

*De Ortwino Gratio.*

Fasciculum, Grati, diuersis rebus onustum,
Non tua, sed Phœbi dextera pura tulit.

De

*De Petro Pagano.*

Candores, numeri, nerui, dulcisque venustas,
Atque modus, Petri carmine regna tenent.

*De Radeuico Frisingensi.*

Induperatoris Friderici nomine primi
Gesta dedit; magnum cui voluisse satest.

*De Sebastiano Brando.*

Brandus Stultiferæ cùm tendit carmina Naui,
Tunc verè sapiens cuilibet esse potest.

*De Sebastiano Munstero.*

Historiam variam texit Munsterus: at illos
Scribere, qui carpunt, vtiliora velim.

*De Stephano Gerardo.*

Ius colit & Musas: Musarum nomine surgit,
Qualiter Eoo Lucifer axe solet.

*De Vito Iacobæo.*

Terpsichore mater proprio te lacte redemit,
Et docuit digitis fila mouere suis.

---

## CHRISTIANI PIERII COLONIENSIS.

*Satyræ.*

PRÔ Superi! Phlegetontæi quis Spiritus Orci
Detinet humanas mentes, quæ cæca tenebris
Per totum miserè mortalia pectora mundum
Nox offuscauit? veluti ratione carentes
Viuimus; haud secus ac vanis animantia cœptis

Viuere bruta solent per cunctas viuimus oras.
Alma Panomphæi nil, turba maligna, Tonantis
Numina syncero metuentes corde, citato
In scelus omne gradu properamus: mente salutem
Insana veram Saluatoremque benignum
Humani generis, qum iucundissima campi
Elysei, superæque domus pia limina sani
Pectoris experres, spernentes, regna paludis
Tartareæ, simulac tetri miseranda Baratri
Stagna nimis cursu penetrare studemus anhelo.
Nobis interitum sceleratis moribus ipsis
Et sæuis mixtum pœnis Acherontis adusti
Exitium dirumque malum nimiumque scatentem
Crudeli lue pernitiem, pestemque cruentam,
Æternæque breui ventura pericula Mortis
Vltro ascisentes, cunctis amplectimur horis
Quod vetitum scelus est, nobisq; licere putamus
Quod lubet atque placet quod delectatque iuuatque
Omni sinceræ Virtutis honore fugato
Omne genus vitij mundi per regna per vrbes
Cernitur, amota vera pietate, seuerum
Impietas dominamen habet, probitate remota,
Improbitas scelerata tenet loca cuncta salubri
Sobrietate procul dempta, turpissima passim
Ebrietas nec non fœdi nocitura Lyæi
Copia Mortales facit insanire caducos.
Posthabita penitus Veri ratione profanis
Omnia commentis sunt plena, examine veræ
Iustitiæ posito, cunctas trux occupat oras
Et labes Iniustitiæ vitiosa: suaui
Dulcis amicitiæ violato fœdere totum
Ah passim sæuit rabies inimica per orbem.
Haud vsquam prisco regnante pudore, voluptas
Infelix, malesana Venus, puer improbus arcu
Assiduo celeres neruo crepitante sagittas

Emittens:

Emittens: homines corrumpens fœda libido:
Deliciæ molles: scelerati gaudia mundi:
Luxuries humili nusquam contenta paratu:
Spureus adulterij feruor, suadentia multis
Stupra subire modis Erebææ flumina ripæ:
Detrudens animas tenebrosum incestus ad Orcum,
Et reliquæ sordes vitiorum tempore sæuo
Præsenti nunquam cessant regnare furore.
Nullo perpetua demissam laude vehendam
Ceruicem laudante, tetram Plutonis ad aulam
Tartarei, Eumenidumq; domũ, vmbrarumq; nocentẽ
Horrendam Sedem (tumidæ prô seculagentis)
Quotidiè longinqua vagi per climata mundi
Elato crescit damnosa Superbia fastu.
Vsu neglecto fraterni mutuo amoris
Infelix odium (prô tempora digna profundo
Cocyto) genitrixque tetri discordia Martis
Pestiferosque expandit edax qui Liuor hiatus,
Indomitusque furor, simulac quæ tæla ministrant
Impia præcipites nocituris Litibus Iræ,
Quin quæ protrudit studia in contraria vulgus
Improba Seditio, rixæ, fallaxque Simultas
Mortales rabido faciunt concurrere bello
Assiduasque (magis nil restat in orbe timoris
Supremo digni Domino terræque Monarcha)
Conseruisse manus discordes vndique Reges.
Oblita vera consanguinitate, propinquus
Decipit arte vafra, & solerti fraude propinquum,
Affinem Affinis, defraudat Amicus Amicum,
Sæuit grandæui soboles in viscera patris,
Nudato iuuenem crudelis & impius (eheu
Horresco memorans tam maxima crimina) prolem
Inuadit mucrone pater, nocitura marito
Incauto miscet coniunx aconita, maritus
Pessimus interitum noctesq; diesq; cruentum

Coniugis exoptans nil non tentare laborat.
Insidias frater fratri struit, ipsa Sorori
Retia cauta Soror tendit. traducere charæ
Non socer à genero, non hospes ab hospite vitæ
Stamina tuta potest. haud vllus denique restat
Inter Mortales cui quis confidere possit.
Prò diuûmq; hominumq; fidem quis noxius error
Fascinat humanas mentes? quæ sordida labes,
Quis nævus, quæ spuricies fœdissima, turpes
Quæ maculæ informi mortalia pectora prorsus
Dedecorant vitio? illicitæ quonam impietatis,
Quonam perfidiæ ventum est hoc tempore? quonam
Flagitij? O homo mentis inops ô pectoris expers,
Et sana ratione carens, ô puluis & vmbra,
O cinis atque lutum, cupidis ô vermibus esca
Dande breui, quænam stolido dementia nixu,
Et quænam posito vesana Libido pudore
Te trahit in tantam rabiem cœcumque furorem?
O mortale genus, fluxum, fragile atque caducum
Ipsius te nonne tui pudet? obsecro Cœli
Qui Solem, Lunam, qui sidera clara tueri
Audes? Nonne dato Superi bonitate parentis
Pane times vesci? in mundum te nonne creatum
Esse putas Domini vt terramq; polumq; regentis
Numine diuino neglecto prorsus (ab omni
Quod seu per terræ seu vasta Palatia Cœli
Degenti meritò pauida formidine semper
Deberet metui) ceu bruta animalia viuas?
Nonne ideo credis per sæcula cuncta manentem
Nec non æterno mare, terram, sidera, Cœlum,
Imperio perlustrantem patremq; Deumq;
Emisisse suam sobolem (qua carius vsquam
Nil habuit pater ille patrum. Deus ille Deorum)
Ipsam vt tu ridens, nec tradita dogmata verbi
Illius quicquam curans conatibus omne

In viti-

Invitium rueres ſtolidis, enormia nec non
Crimina veſano tractare labore ſtuderes?
Iſtam ſtellifero patris omnipotentis Olympo
Emiſſam prolem (genus ô mortale) per omnem
Synceræ vitæ curſum eſuriemq; ſitimiq;
Quin æſtum, frigus, Iudææ plurima gentis
Probra, feras plagas rigidiſſima vincla funes
Atroces, colaphos, virgas, opprobria, ſentes,
Deniq; ter miſeræ crudelia funera mortis
Suſtinuiſſe putas ideo vt tu, Dæmonis atri
Aſtu, fraude, dolo, techniſq; frequenter iniquis
Deceptus, varias nullo diſcrimine ſordes
Amplecti ſcelerum ſudares? Oro precorq;
Purpureo Chriſti te Saluatoris Iëſu
Sanguine non ne putas hac de cauſa eſſe redemptum
Nec non ex rabidis tenebroſi faucibus Ouci
Ereptum procul omnigeno pietatis amore
Nec non Virtutis ſtudio Dominiq; timore
Poſthabito vt nunquam vitijs incumbere ceſſes?
Falleris, & ſanæ tibi vix ſemuntia mentis
Reſtat. nam pater omnipotens, qui cuncta creauit,
Imperio ſimulac forti qui cuncta gubernat
Cœlitus ergo ſuam ſobolem demiſit vt olim
Per Protoplaſtos peccata potrata parentes
Deleret, ſummaq; poli (modo peſſima vitæ
Crimina vitantes, ſectarier optima quæque
Non ceſſaremus) cunctos nos arce locaret.
Quæ dulci parens Genitori, Pneumatis almi
Auxilio concepta ſacratæ virginis aluo
Venit in hunc mundum, primiſq; parentibus ortam
Exſtirpans labem, ſuperæ nos ſedis, & aulæ
Æthereæ (cordi modo nobis æqua voluntas
Illius fuerit, pareremuſque lubenti
In cunctis animo) faciet nos omne per æuum
Hæredes certos: Si vero perfida plebes

Nec non cunctorum fex & ſentina malorum
Inuigilaremus peruerſæ turpia vitæ
Crimina ſectari prædam certiſſimam amari
Nos in perpetuas tenebras detrudet Auerni.
Ergo ſequens tandem Niniuitas, maxima propter
Crimina quos penitus voluit diuina poteſtas
Perdere, confeſtim genus ô reſipiſce caducum
Infelix reſipiſce genus reſipiſce ſupremi
Ne patris ira furens per totum fulmine mundum
Sæuiat atroci: iam iam reſipiſcæ Gomorræ
Et Sodomæ turpi tibi ne mala multa minata
Incumbant concreta leues ceu grando per auras.
Sed quæ te mora tarda tenet? cur, dicito, cur non
Mortalis reſipiſcis homo? cur obſecro vitam
Emendare tuam tandem non incipis? atras
Cur ſcelerum ſordes non expurgare laboras?
Nondum emendandi vitam ſordeſq; fugandi
Tempus adeſſe putas? credas mihi vera canenti
Non Domini tibi nota dies erit. Illico feruens
Te miſero veniet furor ignorante Ionantis:
Quapropter potiora ſequens reſipiſcito, tempus
Dum reſipiſcendi ſupera conceditur arce.
Sæuos per Ionam Maieſtas cœlica Vatem
Quos caſus cladeſq; graues ſtrageſq; ſtupendas
Prædixit peccatrici triſti omine Sedi
Eſſe putans tibi prædictas vereq; minatas
Omne genus vitij, ſceleris genus omne nefandi.
Deuites, fugiaſq; procul, Virtutis & almæ
Omne genus ſtudeas amplecti. protinus omne
Diuinæ pietatis opus, Dominiq; timorem.
Solius Domini feruenti accenſus amore
Sperne voluptates, vani fuge gaudia mundi.
Sit procul omne nefas nec te veſana libido
Seducat, nec ſpurca Venus, nec cópia Bacchi,
Tela nec emittens arcu peracuta Cupido,

Nec

Nec luxus turpis, nec amor sceleratus habendi.
Siderei celso residente vertice cœli
Nec non æterno moderamine cuncta regentem
Tota mente timens Dominum nil prorsus iniqui
Nilq; mali tractes cunctos sed cœlitus actus
Et mores hominum summum spectare parentem
Rectè confidens, quodcunq; videtur honestum
Et iustum manibus pedibusq; amplectere semper.
In solo Domino spes & fiducia nixu
Stet tua fixa pio semper: committito nunquam
Vt te Tartareæ laruæ, Stygiæq; paludis
Horrida monstra venenatis conatibus, atq;
Artibus astutis capiant & funibus arctent:
His nam consentire semel si cœperis, imò
Si dare mente locum cauta haud vitaueris, atrę
In Stygis horrendas te precipitare cauernas
Sudabunt: quarè genus ô mortale, necesse est
Solerti aduigilare animo, Dominumq; potentem
Æternumq; patrem pro defensore perenni
Implorare, suum qui nec commotus amicum
Auertet vultum placido sed pectore, nec non
Mansuetis (veluti Niniuitis voce minatas
Horribili pœnas rabida non intulit ira.
Sed potius parcens cunctis. non amplius vnquam
Patrati meminit sceleris) te protinus vlnis
(Nil perpetrati commota mente reuolucns
Criminis) amplecti properabit & arce locabit
Ætherea, imò epulis Diuûm dapibusq; secundis
Nec non Ambrosia & cœlesti nectare, cunctis
Deniq; te rebus spatiosi magnus Olympi
Rexq; Deusq; frui faciet. summusq; Monarcha
(Crede mihi) post hanc fragilem vitamq; fugacem
Dulcia perpetuę traducere stamina vitę
Concedet, quę quo contingant pectore toto
Ipsum vnum per quem fieri benè talia possunt

Ample-

Amplectí, Mortale genus, ſine fine labores.

*Scopus vitæ Chriſtus.*

Haud ſecus ac tenues neruo crepitante per auras
Mittitur ad certum preſſa ſagitta ſcopum:
Aſſiduo ſic in ſolum conamine Chriſtum
Omnia per cunctos ſunt referenda dies.

*Conſcientia.*

Vt murus vaſtam tutatur aheneus vrbem,
Crudeli agreſtes Marte premente caſas.
Sic hominem murus tutatur aheneus iſtum,
Qui nequit vllius conſcius eſſe ſibi.

*Felicitas vnica, intus nil ſtrepere.*

Vt fons, ſi varijs agitetur motibus intus,
Cænoſus oritur turbidus inter aquas:
Omni ſi verò diſcuſſa nube quieſcat,
Criſtalli ſpeciem lucidus inſtar habet:
Sic ſi mens hominum ſemotis nubibus exſtet,
Splendida; ſin contrà, turbida ſemper, erit.

*Tibicen fortunæ virtus.*

Euulſo veluti totum fundamine tectum
Corruit in putridum mœſta ruina ſolum:
Euulſis ſic virtutis radicibus, ipſa
Vitrea ſors longo tempore ſtare nequit.

*Antidotum vitæ patientia.*

Aurea mellitos gignit patientia fructus,
Et promit largo commoda multa penu.
O felix nimium, nimium ô ſuper omnia felix,
Æqua qui didicit plurima mente pati!

*Sal vitæ amicitia.*

Futilis humanos veluti Sal ſpectat ad vſus,
Hocque hominum veluti nemo carere poteſt:

Aſſiduo

Assiduo placidæ sic consuetudinis vsu,
Sic & amicitia nemo carere potest.

*De eadem.*

Insula ceu vasto pelagi circumdata fluctu,
Extat amicitiæ vita fauore carens.

*Multis nimium, nemini satis.*

Innumeras donauit opes fors prospera multis;
Attamen è cunctis non satis vnus habet.
Et quamuis habeant plus quam sibi postulat vsus,
Attamen haud quam se sat habere putant.

*Intus formosior.*

Qui vere cupit esse pulcer, ille
Haud extra bene se sed ornet intus.

*Aliter.*

Doctrina & virtus, & clarum mentis acumen,
Interiora hominis sunt ornamenta: caducam
Hæc superant, fragili latitat quæ corpore, formam:
Quinetiam vestes, argenti pondus & auri.
Quare formosi cupimus quicunque videri,
Omni ornamento procul exteriore remoto,
Doctrina simul ac claris virtutibus intus,
Acri intus nos exornemus acumine mentis.

*Sapiens longæuus.*

Stultorum vita, haud vita est; at illa secundâ
Quam solus Sapiens dexteritate trahit.
Vna est, stultorum toto (quis deneget:) æuo
Quam ducit sapiens, anteferenda dies.

*Nocere promptum, prodesse abstrusum.*

Vt peius nihil est quam corde nocere maligno,
Sic nihil in terris promptus esse potest.
Et nihil vt melius cunctas queat esse per oras,

Quam

Quam prodesse vllo nec nouisse die.
Sic magis abstrusum toto nihil exstat in ore,
Et nihil inter nos tardius esse potest.
Heu quonam ventum est hodie! mortalia passim
Heu quantum cæcę pectora noctis habent!
Nemo iuuare studet, nemo prodesse laborat,
Quisque sed assiduis sudat obesse dolis.

*Cor in iuuene canum.*

Cor passim canum corpus iuuenile venustet;
Quo non vlla potest gratior esse venus.

*Temporis minister.*

Ne quis posse putet sic lubrica tempora cogi
Omnis vt in ceptis seruiat hora suis.
Assiduos tempus desiderat omne ministros,
Et merito seruum respuit esse pecus.

*Temporis caritas.*

Magno vendatur tempus Mortalibus, hora
Cuius lapsa semel nulla redire potest.

*Viue vt viuas.*

Nos decet hoc fragili miseros ita viuere sęclo,
Vt detur vita post meliore frui.

*Virtus non sanguis nobilitat.*

Quis canis, aut generosus equus? nõne optimus? omnis
Optimus, haud alius, sic generosus homo.

*Fortuna fallacior quo blandior.*

Fortunæ tanto ambiguæ fallacior orbis,
Solerti quanto blandior arte fauet.

*Magnum satellitium amor.*

Non sic excubiæ, non scuta, nec arma, nec enses
Defendunt homines, vt socialis amor.

Sunt

Sunt regno veri validò munimen amici.
Armis posthabitis, quæque colunt opes.
Huic etenim male non faciet, quem diligit, vllus,
Nemoque quem tota mente, nocebit, amat.

*Modica firma.*

Exiguo pulcre per cunctas viuitur oras:
Dimidium toto plus valet omne suo.

*Inuidia cibus optima.*

Hic est inuidiæ mos perfidus, optima tantum
Vt carpat, spretis quæ grauitate carent.

*Bonus bonis & malis.*

Non homo displicuisse potest bonus; vsque placebit
Sed sine fine bonis, & sine fine malis.
Contra, qui malus est, nulla mihi crede valebit
Luce bonis, nulla luce placere malis.

*Confide recte agens.*

Insontes toto nullum metuamus in orbe,
Namque potest animo nemo nocere probo.
Cladibus afficiat quamuis quis corpus iniquis,
Attamen haud animæ damna nocenda feret.
Ex hoc quin potius mœsto quasi carcere vinctam,
In veræ vitæ libera regna vehet.

*Veritati splendor comes.*

Discussis nebulis densis, & nubibus atris,
Consueuit vero splendor adesse comes.

*Exilium inter malos.*

Non est exilium, patrios fugisse penates;
Sed caruisse bonis, inter & esse malis.

*Virtus pluris quam fama.*

Ceu corpus comiti generosum præ valet vmbræ,

Quæ

Quæ perit æthereas nube tegente faces.
Aurea sic famæ, sic prævalet aurea virtus,
Quæ manet in cunctos firma tenaxque dies.

*Non extorquebis amari.*

Res cunctas valido extorquet violentia nixu,
Quas tegit astrigeri machina vasta poli.
Omnia vis, in qua extorquet; nequit extorqueri
Quo quis amat, simul ac quo quis amatur, amor.

*Virtutis radices altæ.*

Radices tendunt terram virtutis in imam;
Hærent vix hummo cetera cuncta Solo:

*Expende.*

Omnes argutum res expendantur ad vnguem,
Atque probet Lydius singula quæque lapis:
Quin re principium & finis, spectetur in omni:
Sic faustum & felix omne vigebit opus.

*Frenum in lingua.*

Cum loqueris, seruato modum linguamque gubernes,
Caussa nimis magni quæ solet esse mali.

*Miserrimum pendere.*

Pœna grauis nimium, nimium miserabilis hæc est,
Spem nos suspensos in [illegible] & esse metum.

*Ne bis puer.*

Dedecus est ingens, puerorum turpiter omni
Tempore grandæuos viuere more senes.

*Gloriæ custodia difficilis.*

Non est gloriolæ facilis custodia; curas
In cunctis magnas gloria rebus habet.

*Iustitia gratuita.*

Per mundi cunctas nihil est iniustius oras,

Præ-

Præmia quam veræ quærere iustitiæ.
Qualiscunque bonus fuerit mercede recepta,
Et mercede idem pessimus esset queat.

*Calumnia*

Omnigenis natura malis medicamina præstat;
Suadens veloci mox dare terga fugæ.
At quem letali metuenda Calumnia morsu.
Inficit, hunc miserum nulla medela iuuat.
Clam quia terribili pandens fera guttura rictu,
Infert mortiferæ tristia fata necis.

---

# IEREMIÆ PIERSSENAEI ANTVERPIANI

## Ostenda.

*Ad ordines Flandriæ dedicatio.*

EN vobis, *Proceres*, *Deuictæ* insigne *Tropæum*
*Ostenda*, & vastis perdomitum *Aggeribus*
*Oceanum*. hunc licet indignantem, & sæua cientem
Sæpius ex imis. *Æquora* gurgitibus:
Illam autem infestis *Batauus* defenderit *Armis*;
Adiutam vsque nouis, per mare, præsidiis.
(Admirabuntur nostri quod iure *Nepotes*,
Totius & mundi qui leget *Historias*:
Quarum nulla, aliquem populum victricibus armis
Patrâsse huic geminum conmemorat *Facinus*)
Quod partum à *Ligure*, æterno cum nomine *Gentis*,
Perpetuum & victuro *Austriadum* decore:
Hisque meis laudaudatum *Elegis*, *Meritoq. Lubens*
*Deuotus Vestris Consacro Nominibus.*

*In expeditionem Principum. Elegia. I.*

Quis fremitus, *ciues*, attentas verberat aures;

Quod *Solatiolum* languida corda beat?
Bellica quid vacuas implent clangoribus auras,
Cornua? mugitu tympana, quid reboant?
Quid grauis armorum fragor, atq; hinnitus equorum?
Quid noua desuetæ nuntia militiæ?
*Arma malam Albertus Princeps Meditatur ad Vrbem,*
*Lex suprema* cui est *Vna salus Populi:*
Vnica *Belgarum, Albertus, Tuteia* suorum,
Et desperatæ *Præsidium* patriæ:
Ille manu populi *vindex* vltrice *Rebellis*;
Et *Libertatis & Veteris fidei*
*Adsertor*, parat arma ille, ille *Albertus. Eois*,
*Arctoisque* simul notus & *Hesperiis.*
*Auspiciis, Isabella* tuis, fortissima *Princeps*,
*Et maior prisci fœmina temporibus.*
Cui *Veteres* inter, *Nostrasq Heroidas omnes*
*Princeps* est, nullâ non tribuente, locus.
Ad bellatricem *Ostendam*, commune *Sepulchrum*
*Galliæ & Albion*; *Belgica & Hesperiæ.*
Illud conscelcratorum intutum omnium *Asylum*;
Dignorum *culeo*, *Romule Magne*, tuo:
*Antrum* grassantûm cæca de nocte *Latronum*,
Vastantûmque tuos *Flandria* diues, agros;
Vt sint nulla tuæ veteris vestigia *Formæ*
Relliqua, pollutum & *Virgineum* omne decus.
Diiecti solido validi à fundamine muri,
Altaque de vastis mœnia culminibus.
Omniuoris iaceant *Pratoria* diruta flamis,
Illa; tuûm *Procerum, Flandria, Delicia.*,
Cuncta tua in siluas ierint vtamœna locorum,
In nemora vmbrosis horrida roboribus:
Exin latronum latebræ & stabula alta ferarûm;
Innocuûm infames sanguine, cæde, loci.
Dumosâ inrigui stent herbâ & sentibus horti;
Marcescatque suo terra beata situ,

Quæ

Quæ prius insignis flauis radiabat aristis,
Rustico vbi *Cereris* culta labore foret.
Quæ prius arua *Pales Satyri, Nymphæque* colebant,
Vitrea nunc *Glauci, Leucothoesue* domus.
Illam *Vrbem*, tibi quæ tantûm *Caput* omne *Malorum*,
Cansa diuturnæ atque vnica tristitiç:
Illam expugnatum it *Tuus Albert. Austrius vrbem*;
Ispa *Dei Martis Dextera* & ipsa *Anima*.
*Flandria* terra faue fidi date candida, *Ciues*,
Omnia. sic vobis omnia *Fausta* duat
Rex superû, & *Batauos* abeuntem *Principem* in hostes
Seruet, cum validis castraque militibus.
Ecce, vt bellatoris equi, sublimia, pugnax,
(*Hispanis* genuit quem *Zephyri* aura iugis)
Terga premat, freno & spumantia temperet ora,
Diuinum fundens aureo ab ore iubar:
Inpauidique micent oculi; *Belgique Saluti*
*Mens deuota* alacri gestiat ire animo:
Posthabito *Clara*, & speratæ *Prolis Amore*;
Vt metuat vitæ nulla pericla suæ.
*I Comitante Deo, Princeps* bene cætera spondent
*Augurria*, & faciles ad pia *Vota Dei*.
I, tibi victa parat celebres *Ostenda Triumphos*,
Æternumque *Decus Mattiacum* omne *Mare*:
Hæc tibi principium *Victoria* erit reliquarum,
*Et Firmamentum* hanc auguror *Imperii*,
*Magne Alberte*, tui: tua & hinc *Præconia Laudum*,
Et video hinc *Famam nominis* ire tui.
Tunc tibi supplicibus, protendere brachia, palmis,
Conspiciam obstipos, cum *Frisiis, Batauos*.
Gentis at humanæ *Tater* & *Tutela Bonorum*,
Sit, precor. vt fatis *Lux prior illa* meis!
Vt tandem stabili, post tot mala, *Pace* fruamur;
*Finisque* siet *Dissidii* exodium.

Ite boni, *Proceres*, armis, sacra, pectora *Marti*,
Fida *Deo*, *Patriæ*, fidaque *Principibus*.
Ite, agite, & dubias lethi contemnite caussas.
Ite, atque *Austriacæ* consulite historiæ.
Ite *Equites*, bello experti, peditumque cateruæ,
Ite, atque *Hostili Clade Piate Necem*
Vestorum *Socium*; post pugnam, haud lege duelli
*Cæsorum*: & vestris *Quercea* serta comis,
*Muralem* inuictaque manu reparate coronam, &
*Hostica*, cum nostris, *Signa* referte domum.
Tunc tibi, magne *Alberte*, tibi tunc maxima *Princeps*
Surget *Honos*, vestræ & *Gloria Militiæ*.
Tunc sociis hilares, vobis *Pæana* canemus
Vocibus, vt blando læta sonore loca,
Infera cum superis iterent *Io, Io Triumphe*.
*Viuant Austriaci Albertus & Eugenia*.

*Ad Carolum Longouallium Comitem Bucoia. II*

*Sed* tacitumne ego te heic, magne, indictumq; relinquã,
*Heros*; *Semideum*, *Marte* satam sobolem,
*Carole*: te laudis solidum patriæ incrementum,
Antiquis claræ *Bellicæ* imaginibus
*Gloriæ*, & æterno decoratæ nomine *Famæ*,
Tum veterum illustris nobilitate *Atauum*:
*Te*, *Belli Fulmen* bellatorisque *Batauí*
*Terrorem*, & nostræ *Robora* militiæ.
An sileam excelso vt coaceruatam aggere *Molem*
Struxeris, inuitis fluctibus *Oceani*?
Huius iter iacti angustans fascium aceruis,
Senserit vt contracta æquora *Salsipotens*.
An sileam quæcunque ferox terrâque, marique,
Miles quisque tuis gesserit *Auspiciis*?
Vt nunc obsessis rumpentem è mœnibus hostem
Sæpe cruentatis reppulerit gladiis?
Conantem frustra ratibus, *Stygia* arte parati
Pulueris, impletis, sulfurei, sacibus;

Iactis arboream, & flamis exurere *Molem*,
Artantem vastis *Introitum* aggeribus.
Hostium & vt *Duce* te ancipitis certamine pugnæ
Ceperit armatâ fortia valla manu?
Vt caput extremis obiectans sæpe periclis,
(Inuicti certum pectoris indicium)
Nunc pedes aurato vibrans hastilia ferro;
Nunc eques armatus sanguineo ense manum,
Hostium in obtutum, *Ostenda* vsque ad mœnia gressus,
Tranaris nullo vasta timore *Vada*,
*Ipse* procellosas contemnens æquoris vndas,
Telaque fulmineo *Plumbea* quæ ore vomunt
*Aera* caua. haud metuens vel quæ per inania cœli
*Ferrea*, terrifico torta tonant strepitu.
*Aera* ex mortifero à *Furiis* conflata metallo;
Conl quefacto igni, quem *Stygius Phlegethon*
Ardens *Tartareis* quondam exhalauit ab vndis,
Dirum dante *Erebi* consilium ante *Deo*
Illæ infundentes volucrem huic stridentibus alis
*Impetum* & horrendo *Murmura* rauca sono:
Et subitas. similes rutulanti *Fulgure Flamas*;
Vltricesque *Iras*, attonitumque *Metum*:
Postilla tetro fumantia sulfura odore,
Terræ & aquæ cæcis abdita visceribus,
Effodêre, aphronitra & haris pendentia fœdis,
Frigida, desertis & specuum è latebris.
Quæ duo pinsantes ærato *Pharmaca* pilo,
(Hanc ad rem nulli nota hominum generi)
Farciuêre illis caua guttura flamiferi *Aeris*;
Feceruntque isthâc euomere arte globum,
Tam subito liquidas tonitru horrificante per auras,
Non secus ac disrupto æthere *Tela Iouis*.
Vt nemora, vt montes atque omnis quassa tremore
*Tellus*, mugitu terribili reboet:
Vt rimas *Infernus* agat, tenebrosaque *Ditis*

Lethæi radient lumine regna nouo:
Ipse vt turbatis, putet *Æquoris arbiter*, vndis,
Æthereis iterum mota duella Deis:
Sub pedibusque *Deum* celsi laquearia cœli
Conuexa, horrisono fracta fragore, crepent.
Non huic restiterint triplici cincta opida muro;
Quin crebro *Teli* hoc *Fulmine* quassa ruant.
Non quæ *Mulciberi* adsiduo fabricata labore
*Arma*, sub *Ætnæis* ferrea verticibus.
Nam solido rigeat ferro *Mars* ipsemet; *Ære* hôc
Illius inclusum *Mors* trahet inde caput,
Illo *Bellonæ* nuper generosus alumnus
*Bourlottius*, misere, saucius, occubuit.
Cui satius fuerat mediis inter legiones,
Pugnando *Batauum* fortiter oppetere,
*Principis* ante sui ora; & honesto vulnere, inultus
Nunquam; acrem *Marti* sacrificâsse animam.
Tuque etiam hei! glandis quater hóc, animose *Catris*
Lethali tactus vulnere, nunc humeros,
Nunc caput, audacem *Bourrelottum* æmulus, illum
Visum isti campos nuper ad *Elysios*.
Vt melius *Neoportensi*, & tibi funera campo
Issent, *Cattorum* cum hosticus ante furor
*Flandrorum* infestis terras inuaserat armis;
Tentantûm fidos seditione animos.
Absque *Illo* foret, *Herculeis* sua gloria factis
Non staret: nec quæ bellipotente manu
Gessit *Apollineæ Troiæ* sub mœnibus altis;
Cum *Danaas* violento vreret igne rates,
*Hectora* clararent: nec inexpugnabile *Achillem*
Robur: nec quotquot pristina concelebrant,
Vt miracla hominum, diuiná secula laude,
Et nostra attonitâ tempora mente stupent.
Verum inter reliquos, & vos quoque fulgeretis
Bellica *Ciuilis Fulmina* militiæ,

*Ducto-*

*Ductores Belgæ.* at tua, *Carole, cognita virtus,*
Vt *Solis* radii clarior ante alios.
Nam quis te melius aut *castra* locauerit, illa
Clauserit aut vallis commodiore loco?
Iuerit aduersis quis in hostem animosius armis?
Et mage felici fuderit auspicio?
Quis melior vi *consili*, vbi subitaria res est,
Turbatis equitum vel peditum ordinibus;
Fractas restaurare acies? generose & in hostem,
Inque necem pulchris volucribus ruere?
Talis non tergo, aduerso sed pectore notus
Fortibus & *Gallis*, hostibus & *Batauis.*
Quid referam his socias belli virtutibus *artes*?
Queis te *Mnemosydes* erudiêre Deæ:
Et *Dea bellatrix*, & carminis auctor *Apollo*,
Sanctum alia & quæque *Numina* cœlum habitant.
Quorum quodque suo te ita *munere* condecorauit;
*Natura perfectum* vt videaris *opus.*
Hinc victrix meritò circum tua tempora *laurus*
Serpit, *Palladiis* plexa *oleæ* foliis.
Macte noua *virtute, comes.* tua fortia facta
Sic canat altisonâ, nuntia *fama*, tubâ,
Omneis per terras: & sacri *Heroica vates*
Nomina *Mæonio* carmine perpetuent.
Qui verus tui *honoris* honos, *merceſque laborum.*
Condigna *Herois præmia* sola viris:
Omnibus & cupitis optanda ante omnia votis;
Namque negant sola vnquam hæc *monumenta* mori.

*Ad Ambrosium Spinolam, &c. I I I. Seuerini.*

At tua, si cuiusquam. *Heroica gesta* merentur
Inscribi alternis *Mnemosyna* tabulis,
*Spinola*, auorum atauumque illustribus inclute factis,
Illorum & longis nobilis ordinibus:
Immortale *tuæ gentis decus*; atque tuorum

Eximia, ante alios; *laus & honos Ligurum.*
Non tantum *generis*, antiquâ ab origine, famâ;
Regali *Attalicarum* aut *opulentia* opum:
*Persarum* montes licet, aut *Marci* aurea *crassi*,
Diuitis aut *Cræsi* tu atria possideas.
(Nempe potens, propriis, penè enutrire quotannis
Iusta equitum & peditum *Regia castra*, opibus)
Verùm animi diâ *virtute*; *duellica & artu*
(Sit mare vel terrâ) *robore & ingenio.*
*Martium* in ancipiti, constanti mente periclo
Adde animum & prudens *consilium* in dubiis.
Quem *sors* venturi iamdudum conscia *fati*,
*Solum* è tam multis *militiæ Ducibus.*
*Tanta præstituit moli*; vt tua *nomina* clarent
*Expugnata Ostenda & decora & tituli.*
Nam quanquam patriis satis auctus honoribus, æuum
Possis, *cum imperio*, transigere omne tuum,
Magnificâ cum laude *domi*: vel persequi inertis
Omnes, *priuatus*, delicias animi:
Tu tamen ingenitæ inflammatus pectora amore
*Virtutis*; tecum maius opus meditans,
Antiquos *generis* feliciter ausus *honores*
*Vincere, & Heroum* tollere ad astra *decus.*
Ad quod contendens simili studio atque labore,
At non tam faustis, hei miserum! auspiciis,
*Ille tuus frater*, illum dum ærata per æquor
*Sluisanum*, contra rostra mouet *Batauum*
Audaces, socio nuper cum milite, *remos*;
In mediis vitæ cursibus, eripuit
Vbertim subcrescenti *mors inuida famæ.*
Sæpe coronandum heu *fronde virente caput*,
Cuius adhuc mœsta immortalem *Hispania mortem.*
Et deflet lugens *Belgium & Aruernia.*
Quare vbi percelebri tua cognita nomina famâ
*Hesperiæ Regi*, *Principibusque* meæ

Hei

Hei infelicis *patria* hæc per *ciuica* bella!
Continuò in partem te sibi *consilii*,
Et *Regni* adsumpsere *decus*, dando & tibi sponte
Magnum hoc, cum domibus *fascibus*, *imperium*:
Præfecêre suis *legionibus*, ad maris vndas
*Oceani*, *Ostendam* quæ *obsidione* premunt.
*Ostendam*, *triplici* quam propugnacula vallo
Hinc cingunt, multis fortia militibus:
Illinc æquoreis munitam fluctibus; arcet
Accessum nostris, liberum at introitum,
Curuis secura ratibus statione recludens;
(Turbante vndosas nauifrago impete aquas
Crudeli *Borea*) lasso succurritur hosti,
*Annona* atque *nouis* cum *Duce*, *præsidiis*.
Sic vt non vllis illam expugnarier armis,
Nec diuturnâ *annorum* obsidione capi
Posse videbatur quam multis, tu tamen vltrò
Suscipiens cœpti *pondera* consilii,
*Monstrasti reapse*, *viro forti atque volenti*
*Difficile in terris Marte vel arte nihil*:
Si modò ad effectum *vis bellica* suppetat, omni &
Tempore tam *faciles* insinuentur *opes*.
Nam simul ad latis vallatam mœnibus vrbem,
Et tumidum *hybernis* fluctibus *Oceanum*
*Venisti*, & cœptas operum procedere *moles*
*Vidisti* spisso, vt cætera quæque, gradu:
Extemplò in *melius* sapienter cuncta reformans,
*Æraque persoluens* menstrua militibus:
Omnibus & proprio bene lumine perlustratis,
(Scilicet haud facilis credere visa aliis)
Atque frequenti habito postillà ritè *Senatu*,
(Nullus enim ex omni parte beatus homo est)
Adgrederis magno, *veterem*, molimine, *portum*,
Iactis lignorum fascibus, obstruere;
Hostibus inuitis, contra & maris impetum inanem:

Cum propè iam factâ per *vada mole* operum,
Ecce rebellantes *Aquilone* equitante per vndas,
Cuncta procelloſus diſcit *Oceanus*.
At *tu for une* nullo perterritus auſu,
*Neptuni* tumidas deſpicienſque minas,
Vaſtum *opus* inſtauras tanta hominumque & opum *vi*,
Vt *primo inſultu*. poſt ſuperata *valla*;
*Viceris exteriorem*, alacri certamine *murum*;
*Arcem vrbis*, multis non ſine funeribus.
Mox alia, atque alia horribili munimine *valla*,
Structis per terræ *viſcera* cœca *dolis*,
Congeminis cœli *tormentorumque* ruinis,
Volentûm in nebnla fumificante diem.
*Duplicibus* tandem vt *vi* mœnibus *expugnatis*,
Fractiſque illorum *clade* cruentâ animis;
*Compuleris victos veſtra virtute rebelles*
*Dedere ſe in noſtri Principis arbitrium*:
Turpiter & toties *abiurati* ante, ſueta
Subdere ſeſe iterum *iuſſa* ſub *imperii*.
Quorum, inter reliquos, & *vos*, *pars tanta fuiſtis*
Æternum *Martis*. *Iuſtiniane*, *decus*,
*Italicæ ductor legionis*: tuque *Tribune*
*Gallum-Belgarum*, cum ſociis *Heduis*;
Armipotens *Thoricourte* (cui ob belli egregiam artem,
Et merita *emerita* præmia militiæ;
*Sponte Tribunitios Princeps Albertus honores*
Ceſſit. *virtuti* gloria magna tuæ:)
Et tu *Gruſoni*, quem plurima *laurus* inumbrat,
Et meritò *Oſtendæ* contigit *imperium*:
Tuque *Balarſoni*, *trunco* qui poplite multos
Illuſtri laudis *Belgica* honore præis:
Atque tu *Eburonum*, *Tilli*, fortiſſime *Ductor*,
*Pugnacis* diuæ *Matris* progenies:
Tuque *Thori*, tu heu *Voſſi*! & vos *Luſtburge*, *Chaloni*;
Vnica *Mansfeldæ* & *famæ* relicta domus,

Ernеſtes

*Ennesle*; *Biliæque comes*, tuque incluta bello
*Gens Germana*, decus non minimum *obsidii*.
Præcipuè vt *vestro Ostendam sanguine muri*
(Tantus erat vegeta in pectora *laudis* amor)
Commixto madeant *Batauum*, semperque madebunt,
Dum memor *obsidii fama perennis* erit.
At vos illustres *animæ*, *Manesque* beati,
Quos ante ora *Ducum relligio & pietas*
Fecit pro *patria* egregiam hanc occumbere mortem,
Et quorum hæc nobis *palma cruore* data est:
Qui nunc securi, *Elysii* per amœna vireta,
Sentitis veræ gaudia lætitiæ:
Et *veterum* septæ *Heroum* melioribus *vmbris*,
Quà per odoratum flat *Zephyri* aura nemus;
Narratis tanti, attonitis, noua prælia *belli*,
Atque *triennalis* passa *mala obsidii*:
Vos ego sæpe meo vos carmine compellabo,
Atque immortali *funera* laude colam.
Vestra super cœli tollam aurea sidera versu
*Robora*; *virtutisque* in noua secla nouæ
Diffundam *titulos*, & tantis debita *factis*
*Munera*, *Mnemosynæ* conspicua ante oculos,
Persoluam; fugiens seclis labentibus ætas
Nec vestra æternâ *nomina* nocte premat.
*Laureti* interea sacrâ *requiescite* in vmbra,
Vestraque perpetuò *molliter ossa cubent*.
Sed tibi quam vario *hæc victoria* parta periclo est,
*Spinola*, & audaci *laurea* vulsa manu!
Vt qui non tantùm, inter tot discrimina rerum,
Feceris eximii imperiosa *Ducis*
Officia, at patiens cunctorum, ex parte, *malorum*,
Martia quæ *hyberno* sidere castra gemunt:
Contemptoque metu *mortis*, te aptaris ad omne
Durum pugnacis *militis obsequium*.
Ergo & *multiplicem*, æterna cum laude, coronam

Deme

Demeritus. nec enim præmia militiæ
*Pugnatæ* vlla tibi satis ampla rependere possit
Libera, cum nostris, *Flandria, Principibus.*
Non, tua, si *Hesperiæ* terræ *dominator & orbis,*
Quem primum roseo lumine *Sol oriens*
Adspicit; incingat *Heroo velleris aurei*
*Munere*, summorum vt, colla humerosque *Ducum.*
(Nam te illo ornandum mea mens præsagit *honore,*
Atque tibi *maius* augurat *imperium:*
Quæ omnia tum *reduci gratabor* pectore toto;
Istarumque *dierum* annua *festa* colam)
Isthoc nam *fundans Alberti regna triumpho:*
(Ante vacillanti non bene tuta pede)
Dulcia compositæ tribuisti dona *quietis,*
*Pacato*, miseris, *littore, pleumosus.*
Quorum lucripetæ nunc, per maris æquora, nautæ
Omni liberius tempore iter facient:
Fertilibusque dabunt, secura per *otia* terris
Semina, cum duplici fœnore, ruricolæ.
Queis tibi pro *meritis*, donec venerabile *nomen*
Nec minus horrendum *Belgicæ & Hesperiæ*
*Martis* erit: donec duris exercita satis
*Ostendæ* memineus *Flandria* terra suæ:
Et suam, arenosis vallatam montibus, actam
Dum refluis tundet, fluctibus *Oceanus:*
Ætatem memori ditent tua *nomina* famâ,
Partaque *victrici laude tropæa* canent,
Et *patrata* tuo, tam gnauè hæc *Flandrica, ductu,*
*Bella* (*Dei Heroum* bellipotentis opus)
Longæuis vario inscribentes carmine *Fastis:*
(Vt quod mirentur postera secla habeant)
Sæpe fatebuntur, *se numine Principum, & vna*
*Pacificos magni viuere Spinulæ ope.*

*Lemniscus ad eundem.*

*Obsidionalem*, virtutum insigne, coronam,

(Aptan-

(Aptandam capiti, *Dux* generose, tuo)
Interplectere *Murali huic* viridantibus herbis,
Cum tibi deuoto sæpe pararem animo:
Sustine. ab ærata *Fatorum* enuntiat arce
*Phœbus*. non etenim perfida consilia
Quorundam, atque odia infestæ capitalia gentis
*Ambrosii* votis. laudi. operique fauent.
Illum ne cœpti tamen & tantæ *virtutis*
Pœniteat: quamuis inuidiosa fiet.
Nam ad noua sic decora & *Maiorum* insignia honorum
Latior hæc illi strata & aperta via est.
Vna parum fuerat viridi de gramine serta
Hunc mage *Muralis tripla* corona decet.

V.

Dicite, *Iò Pæan*, & *Iò* bis dicite *Pæan*:
Dicite *Iò* pueræ, dicite *Iò* pueri.
Dicite, cum castis, infantes, matribus *Iò*:
Dicite *Iò* cincti tempora cana senes.
Infera cum superis iterent *Iò Iò triumphe*.
*Viuant Austriaci Albertus & Eugenia.*
Candida, *Iò, ciues*, manibus date lilia plenis,
Et serta Augustis *Laurea Principibus*.
Floribus æratos portarum obnubite postes,
Votaque sacratis pendite porticibus.
*Narcissi* & *Paphio* teneratum flore rosarum,
Et nitidam puris spargite humum violis.
Vndique nunc *festis* lucescant compita flammis,
*Igne* iugi occiduum continuante diem.
Dicite *Iò, ciues*, & *Iò* bis dicite, *ciues*.
*Viuant Austriaci Albertus & Eugenia.*
*Iò triumphales spoliis* hostilibus arcus
Exstruite & *victori* alta *tropæa Duci*.
Hanc vt perpetuos celebret *victoriam* in annos
*Fama*. & venturo tempore posteritas:
*Virtutique* suus stet honos & gloria *facto*:

Fortia

Fortia & *Auſtriaci* nomina militibus.
*Flandria* ſume animos, & tantis debita rebus
Robora, *virtutis Auſtriacæ* meminens.
Tam diram & *medicabac* extirpans *cuſpide peſtem*,
Huius *viuifico* nunc medicatu animum
Seminecem recrea *palma*, vetereſque reſume
Vires, & nullis pectora fracta malis,
Triſtia cis pellens adductæ nubila frontis,
Lætare, & tantis facta beata *bonis*,
Deſine continuis *Diuorum* fletibus ora
Spargere, & inſanâ plangere nuda manu
Pectora, demiſſoque altaria verrere crine.
Sat lachrumarum illis, funeribuſque datum eſt.
Nunc tempus hilarè caperatam exporgere frontem,
Gratáque *victori* dicere verba *Deo*:
Nunc tempus, comptos in nodum torta capillos,
Et rutilum *Syrio* tincta liquore caput;
Dapſilia in multam conuiuia ducere noctem;
Electo & *vini* ſorte *Magiſterio*,
Dicere ſolemni, tua quæque ad pocula, more,
*Albertumque bene, Ambroſiumque bene.*
Carnificem triſti quo pellas pectore curam,
Et fiat tanti quo medicina mali.
Nunc tempus viridem alterno pede pellere terram,
Et teſtudineâ *carmen* hiare lyrâ;
*Principis Alberti* memorans *victricia bella*,
*Ambroſii ductu* geſta, patrata breui,
Adſpice vt inſignis *ſpoliis*, *Albertus*, opimis,
*Victor* agens capros, ſub iuga ſerua, Duces,
*Ille triumphali* redimitus tempora *lauro*,
Auratis vectus curribus altus eat:
Vtque iſdem forti; populus, cum milite, adhærens
Lauriger, *Iò*, alta voce, *triumphe* canat:
*Obſidis* ſimulacra ferens & *mœnia* victæ
*Vrbis*. quæ terris, *Flandria*, inantè tuis

Fatalice

Fatales toties sæuè minitata ruinas;
Terribilis latis finibus horrorerat)
At geminas nunc vincta manus & colla catenis;
Exilla niueis ritè *triumphat* equis,
Æternosque sibi *Alcidis* decerpsit *honores*;
Queis tibi tranquilla est, *Flandria*, parta *quies*.
Quare age præsentis capiens *bona dona* diei,
*Dona* tibi heu! multis empta cadaueribus!
*Ambrosii* & dubio vitæ quæsita periclo,
Securè hostili libera viue metu.
Interea concepta diu, pro hoc *munere*, *Vota*,
*Magno exercituum*, *Flandria*, *solue Deo*.
Et pete, *quo vincis*, *tibi Dux sit vt ille perennis*,
*Longam & Principibus*, *salua precare diem*.

---

## LAMBERTI LVDOLPHI PITHOPÆI DAVENTRIENSIS.

*Ad Dan. Tossan. de NIHIL Passeratii.*

AVrea nunc rediit miseris mortalibus ætas.
Vnum namque Nihil qui tenet, omne tenet.
Este procul curæ, duri procul este labores.
Vnica iam cunctos vocula parua beat.
Dives eris, doctusque vno Nihil atque beatus.
En tibi res, quantas quantula spondet opes!
Ergo Nihil cupias, vereare Nihil, tibi curas
Sit reliquas inter maxima, nosse Nihil.
Nec procul ignoto venit hoc Nihil orbe petendum,
Suppeditat quæuis hora locusque Nihil.
Mirus ab integro seclorum nascitur ordo,
Quod fuerat Nihil, est omne; quod omne, Nihil.
Ast ego, qui tanti es mihi muneris autor & auctor,

Pro

Pro, quod me ditas, munere, reddo Nihil.
Sic tua sunt nostris æqualia munera donis.
Nil mihi cum mittas, accipis ergo Nihil.
Pace tua verum liceat mihi dicere, reddo
Plus tibi, quam mittis: Nil tria: quinque Nihil.
Nam Nihil est melius cella plenaque crumena,
Et certa melius commodiusque domo.
Cui nihil est, cellam & plenam tenet ille crumenam:
Pulchram cui Nihil est, incolit ille domum.
Denique cui Nihil est, pleno tenet omnia cornu.
Vt teneas igitur cuncta, remitto Nihil.
Si sapis, auscultans pleno Nihil omnibus ore
Laudantem, vt teneas omnia. quære Nihil,
De Nihilo factum tenuis lege carmen amici,
Cui fandi & dandi copia summa Nihil.

*De eiusdem NIHIL noua efficacia.*

Ex Nihilo semper certo Nihil ordine factum,
Hæc ex quo mundi machina vasta stetit,
Nec posse ex Nihilo quenquam producere quidquam,
Hoc mundi donec grande manebit opus,
Dicunt & scribunt vno concorditer ore,
Quotquot Aristotelis dogmata cuncta probant,
Abdita scrutantes semper miracula rerum,
Naturæ varias & parientis opes.
Primus ego hoc veterum certa ratione, Sophorum,
Et quos dehinc ætas postera cunque tulit,
Hoc licet auditu fiet & mirabile dictu,
De Nihilo falsum dogma docere queo.
Non aliquid tantum sed multa & commoda magna,
Ex Nihilo, expertus posse venire, scio.
I nunc, & Nihil ex Nihilo dic posse creari.
Ecce nihil genuit χρήματα, farra, merum.
I nunc, & verbis Nihil hoc illude superbis.
Hoc vno, quoduis vincitur Omne, Nihil.

Aurea placatis redierunt ſecula diuis,
Cui Nihil hoc donant, huic dare cuncta volunt.
Primus ego hanc reperi, ſuperis monſtrátibus, artem,
Qua Nihil exïguo cuncta labore ferat.
Non mihi fas Diuûm ſecretam exponere mentem,
Conceſſum hoc vni munus habere mihi.
Vt res geſta, breui referam, celabitur autor,
Ne tantæ fiat vilior artis honos.
Ibam fortè vagas ſolus torrentis ad vndas,
Qui bifido pingueis flumine findit agros,
Hic vbi priſca Lupi ſeruans & nomina Montis
Deſpicit arx plani iugera culta ſoli,
Raraq; diſiecti ſuperant veſtigia clauſtri,
Aurata & tremulis ludere gaudet aquis.
Sollicito varias voluebam pectore curas,
Optima deſperans, peſſima quæq; timens.
Nec mihi tum præſto fidus qui ferret amicus
Auxilium curis conſiliumve meis.
Morbus & anguſtis vrgens in rebus egeſtas,
Cura domus, patriæ triſtia fata meæ,
Viginti exſulium quod durat, & amplius, annos,
Et grauis incerto vita trahenda loco,
Hæc veterem augebant mihi cuncta & ſingula luctum,
Et repetita, noui cauſſa doloris erant.
O quoties imo traxi hæc ſuſpiria corde;
Hei mihi quàm ſterili vita labore fugit.
En cerdo, & quiuis quàm cultos poſſidet agros
Sutor, & herboſi iugera multa ſoli,
Quàm grauidæ lætis redeunt de montibus agnæ,
Adſpice, dat quantas quantula vitis opes!
Aſt ego Grammaticos ſtultus voluenſq; poëtas
Nil profecturis littora bubus aro.
Per de leucis, dixi, calamos, & proijce libros,
Hæc ſi vilis acus vel dare marra poteſt,
Linque graueis tandem nugas & pulpita rara,

Lethæi radient lumine regna nouo:
Ipse vt turbatis, putet *Æquoris arbiter*, vndis,
Æthereis iterum mota duella Deis:
Sub pedibusque *Deum* celsi laquearia cœli
Conuexa; horrisono fracta fragore, crepent.
Non huic restiterint triplici cincta opida muro;
Quin crebro *Teli* hoc *Fulmine* quassa ruant.
Non quæ *Mulciberi* adsiduo fabricata labore
*Arma*, sub *Ætnais* ferre. verticibus.
Nam solido rigeat ferro *Mars* ipsemet; *Ære* hôc
Illius inclusum *Mors* trahet inde caput,
Illo *Bellonæ* nuper generosus alumnus
*Bourlottus*, misere, saucius, occubuit.
Cui satius fuerat medias inter legiones,
Pugnando *Batauum*, fortiter oppetere,
*Principis* ante sui ora; & honesto vulnere, inultus
Nunquam; acrem *Martí* sacrificâsse animam.
Tuque etiam hei! glandis quater hóc, animose *Catriis*
Lethali tactus vulnere, nunc humeros,
Nunc caput, audacem *Bourrelottum* æmulus, illum
Visum isti campos nuper ad *Elysios*.
Vt melius *Neoportensi*, & tibi funera campo
Issent, *Cattorum* cum hosticus ante furor
*Flandrorum* infestis terras inuaserat armis;
Tentantûm fidos seditione animos.
Absque *Illo* foret, *Herculeis* sua gloria factis
Non staret: nec quæ belliporente manu
Gessit *Apollinea Troia* sub mœnibus altis;
Cum *Danaas* violento vreret igne rates,
*Hectora* clararent: nec inexpugnabile *Achillem*
Robur: nec quotquot pristina concelebrant,
Vt miracla hominum, diuiná secula laude,
Et nostra attonitâ tempora mente stupent.
Verum inter reliquos, & vos quoque fulgeretis
Bellica *Ciuilis Fulmina* militiæ,

*Ducto-*

*Ductores Belgæ*. at tua, *Carole, cognita virtus*;
Vt *Solis* radii clariorante alios.
Nam quis te melius aut *castra* locauerit, illa
Clauserit aut vallis commodiore loco?
Iuerit aduersis quis in hostem animosius armis?
Et mage felici fuderit auspicio?
Quis melior vi *consili*, vbi subitaria res est,
Turbatis equitum vel peditum ordinibus;
Fractas restaurare acies? generose & in hostem,
Inque necem pulchris volucribus ruere?
Talis non tergo, aduerso sed pectore notus
Fortibus & *Gallis*, hostibus & *Batauis*.
Quid referam his socias belli virtutibus *artes*?
Queis te *Mnemosydes* erudière Deæ:
Et *Dea bellatrix*, & carminis auctor *Apollo*,
Sanctum alia & quæque *Numina* cœlum habitant.
Quorum quodque suo te ita *munere* condecorauit;
*Natura perfectum* vt videaris *opus*.
Hinc victrix meritò circum tua tempora *laurus*
Serpit, *Palladiis* plexa *oleæ* foliis.
Macte noua *virtute*, *comes*. tua fortia facta
Sic canat altisonâ, nuntia *famæ*, tubâ,
Omneis per terras: & sacri *Heroica vates*
Nomina *Mæonio* carmine perpetuent.
Qui verus tui *honoris* honos, *merceſque laborum*.
Condigna *Herois præmia* sola viris:
Omnibus & cupitis optanda ante omnia votis;
Namque negant sola vnquam hæc *monumenta* mori.

*Ad Ambrosium Spinolam, &c. I I I. Seuerini.*

At tua, si cuiusquam. *Heroica gesta* merentur
Inscribi alternis *Mnemosynæ* tabulis,
*Spinola*, auorum atauumque illustribus inclute factis,
Illorum & longis nobilis ordinibus:
Immortale *tuæ gentis decus*; atque tuorum

Eximia, ante alios, *laus & honos Ligurum.*
Non tantum *generis*, antiquâ ab origine, famâ;
Regali *Attalicarum* aut *opulentia* opum:
*Persarum* montes licet, aut *Marci* aurea *Crassi*,
Diuitis aut *Cræsi* tu atria possideas.
(Nempe potens, propriis, penè enutrire quotannis
Iusta equitum & peditum *Regia castra*, opibus)
Verùm animi diâ *virtute*; *duellica & artu*
(Sit mare vel terrâ) *robore & ingenio.*
*Martium* in ancipiti, constanti mente periclo
Adde animum & prudens *consilium* in dubiis.
Quem *sors*, venturi iamdudum conscia *fati*,
*Solum* è tam multis *militiæ Ducibus.*
*Tanta præstituit moli*; vt tua *nomina clarent*
*Expugnatæ Ostendæ & decora & tituli.*
Nam quanquam patriis satis auctus honoribus, æuum
Possis, *cum imperio*, transigere omne tuum,
Magnificâ cum laude *domi*: vel persequi inertis
Omnes, *priuatus*, delicias animi:
Tu tamen ingenitæ inflammatus pectora amore
*Virtutis*; tecum maius opus meditans,
Antiquos *generis* feliciter ausus *honores*
*Vincere, & Heroum* tollere ad astra *decus.*
Ad quod contendens simili studio atque labore,
At non tam faustis, hei miserum! auspiciis,
*Ille tuus frater*, illum dum ærata per æquor
*Sluisanum*, contra rostra mouet *Batauum*
Audaces, socio nuper cum milite, *remos*;
In mediis vitæ cursibus, eripuit
Vbertim subcrescenti *mors inuida famæ.*
Sæpe coronandum heu *fronde virente caput*,
Cuius adhuc mœsta immortalem *Hispania mortem.*
Et deflet lugens *Belgium & Ausonia.*
Quare vbi percelebri tua cognita nomina famâ
*Hesperiæ Regi*, *Principibusque* meæ

Hei

Hei infelicis *patriæ* hæc per *ciuica* bella!
Continuò in partem te sibi *consilii*.
Et *Regni* adsumpsere *decus*, dando & tibi sponte
Magnum hoc, cum domibus *fascibus*, *imperium*:
Præfecêre suis *legionibus*, ad maris vndas
*Oceani*, *Ostendam* quæ *obsidione* premunt.
*Ostendam*, *triplici* quam propugnacula vallo
Hinc cingunt, multis fortia militibus:
Illinc æquoreis munitam fluctibus; arcet
Accessum nostris, liberum at introitum,
Curuis secura ratibus statione recludens;
(Turbante vndosas nauifrago impete aquas
Crudeli *Borea*) lasso succurritur hosti,
*Annona* atque *nouis* cum *Duce*, *præsidiis*.
Sic vt non vllis illam expugnarier armis,
Nec diuturnâ *annorum* obsidione capi
Posse videbatur quam multis tu tamen vltrò
Suscipiens cœpti *pondera* consilii,
*Monstrasti reapse*, *viro forti atque volenti*
*Difficile in terris Marte vel arte nihil*:
Si modò ad effectum *vis bellica* suppetat, omni &
Tempore tam *faciles* insinuentur *opes*.
Nam simul ad latis vallatam mœnibus vrbem,
Et tumidum *hybernis* fluctibus *Oceanum*
*Venisti*, & cœptas operum procedere *moles*
*Vidisti* spisso, vt cætera quæque, gradu:
Extemplò in *melius* sapienter cuncta reformans,
*Æraque persoluens* menstrua militibus:
Omnibus & proprio bene lumine perlustratis,
(Scilicet haud facilis credere visa aliis)
Atque frequenti habito postillà ritè *Senatu*,
(Nullus enim ex omni parte beatus homo est)
Adgrederis magno, *veterem*, molimine, *portum*,
Iactis lignorum fascibus, obstruere;
Hostibus inuitis, contra & maris impetum inanem:

Cum propè iam factâ per *vada mole* operum,
Ecce rebellantes *Aquilone* equitante per vndas,
Cuncta procellosus dis Icit *Oceanus*.
At *tu fortunæ* nullo perterritus ausu,
*Neptuni* tumidas despiciensque minas,
Vastum *opus* instauras tanta hominumque & opum *vi*,
Vt *primo insultu*. post superata *vada*;
*Viceris exteriorem*, alacri certamine *murum*;
*Arcem vrbis*, multis non sine funeribus.
Mox alia, atque alia horribili munimine *valla*,
Structis per terræ *viscera* cœca *dolis*,
Congeminis cœli *tormentorumque* ruinis,
Volentûm in nebula fumificante diem.
*Duplicibus* tandem vt *vi* mœnibus *expugnatis*,
Fractisque illorum *clade* cruentâ animis;
*Compuleris victos vestra virtute rebelles*
*Dedere se in nostri Principis arbitrium*:
Turpiter & toties *abiurati* ante, sueta
Subdere sese iterum *iussa* sub *imperii*.
Quorum, inter reliquos, & *vos*, *pars tanta fuistis*
Æternum *Martis*. *Iustiniane*, *decus*,
*Italicæ ductor legionis*: tuque *Tribune*
*Gallum-Belgarum*, cum sociis *Heduis*;
Armipotens *Thoricourte* (cui ob belli egregiam artem,
Et merita *emeritæ* præmia militiæ;
*Sponte Tribunitios Princeps Albertus honores*
Cessit. *virtuti* gloria magna tuæ:)
Et tu *Grusoni*, quem plurima *laurus* inumbrat,
Et meritò *Ostendæ* contigit *imperium*:
Tuque *Balarsoni*, *trunco* qui poplite multos
Illustri laudis *Belgicæ* honore præis:
Atque tu *Eburonum*, *Tilli*, fortissime *Ductor*,
*Pugnacis* diuæ *Martia* progenies:
Tuque *Thori*, tu heu *Vossi*! & vos *Lusiburge*, *Chalom*;
Vnica *Mansfeldæ* & *fama* relicta domus,

*Ernestes*

*Investe; Biliæque comes*, tuque incluta bello
*Gens Germana*, decus non minimum *obsidii.*
Præcipuè vt *vestro Ostendani sanguine muri*
(Tantus erat vegeta in pectora *laudis* amor)
Commixto madeant *Batauum*, semperque madebunt,
Dum memor *obsidii fama perennis* erit.
At vos illustres *animæ*, *Manesque* beati,
Quos ante ora *Ducum relligio & pietas*
Fecit pro *patria* egregiam hanc occumbere mortem,
Et quorum hæc nobis *palma cruore* data est:
Qui nunc securi, *Elysii* per amœna vireta,
Sentitis veræ gaudia lætitiæ:
Et *veterum* septæ *Heroum* melioribus *vmbris*,
Quà per odoratum flat *Zephyri* aura nemus;
Narratis tanti, attonitis, noua prælia *belli*,
Atque *triennalis* passa *mala obsidii:*
Vos ego sæpe meo vos carmine compellabo,
Atque immortali *funera* laude colam.
Vestra super cœli tollam aurea sidera versu
*Robora*; *virtutisque* in noua secla nouæ
Diffundam *titulos*, & tantis debita *factis*
*Munera*, *Mnemosynæ* conspicua ante oculos,
Persoluam; fugiens seclis labentibus ætas
Nec vestra æternâ *nomina* nocte premat.
*Laureti* interea sacrâ *requiescite* in vmbra,
Vestraque perpetuò *molliter ossa cubent.*
Sed tibi quam vario *hæc victoria* parta periclo est,
*Spinola*, & audaci *laurea* vulsa manu!
Vt qui non tantùm, inter tot discrimina rerum,
Feceris eximii imperiosa *Ducis*
Officia, at patiens cunctorum, ex parte, *malorum*,
Martia quæ *hyberno* sidere castra gemunt:
Contemptoque metu *mortis*, te aptaris ad omne
Durum pugnacis *militis obsequium.*
Ergo & *multiplicem*, æterna cum laude, coronam

Deme

Demeritus. nec enim præmia militiæ
*Pugnata* vlla tibi satis ampla rependere possit
Libera, cum nostris, *Flandria, Principibus.*
Non, tua si *Hesperiæ* terræ *dominator & orbis,*
Quem primum roseo lumine *Sol oriens*
Adspicit; incingat *Heroo velleris aurei*
*Munere*, summorum vt, colla humeroque *Ducum.*
(Nam te illo ornandum mea mens præsagit *honore,*
Atque tibi *maius* augurat *imperium*:
Quæ omnia tum *reduci* gratabor pectore toto;
Istarumque *dierum* annua *festa* colam)
Isthoc nam *fraudans Alberti regna triumpho*:
(Ante vacillanti non bene tuta pede)
Dulcia compositæ tribuisti dona *quietis,*
*Pacato*, miseris, *littore, pleumosis.*
Quotum lucripetæ nunc per maris æquora, nautæ
Omni liberius tempore iter facient:
Fertilibusque dabunt, secura per otia terris
Semina, cum duplici fœnore, ruricolæ.
Queis tibi pro *meritis*, donec venerabile *nomen*
Nec minus horrendum *Belgicæ & Hesperiæ*
*Martis* erit; donec duris exercita fatis
*Cæsaridæ* meminens *Flandriæ* terra suæ:
Et suam, arenosis vallatam montibus, actam
Dum refluis tundet, fluctibus *Oceanus*:
Ætatem memori dicent tua *numina* famâ,
Partaque *victrici laude trophæa* canent.
Et *parrata* tuo, tam gnauè hæc *Flandrica, ductu,*
*Bella* (*Dei Heroum* bellipotentis opus)
Longævis vario inscribentes carmine *Fastis*:
(Vt quod mirentur postera sæcla habeant)
Sæpe fatebuntur, *se numine Principum, & vna*
*Pacificos magni viuere Spinulæ ope.*
*Lemnius ad eundem.*
*Obsidionalem*, virtutum insigne, coronam,

(Aptan-

(Aptandam capiti, *Dux* generoſe, tuo)
Interplectere *Murali huic* viridantibus herbis,
Cum tibi deuoto ſæpe pararem animo:
Suſtine. ab ærata *Fatorum* enuntiat arce
*Phœbus*. non etenim perfida conſilia
Quorundam, atque odia infeſtæ capitalia gentis
*Ambroſii* votis laudi operique fauent.
Illum ne cœpti tamen & tantæ *virtutis*
Pœniteat: quamuis inuidioſa fiet.
Nam ad noua ſic decora & *Maiorum* inſignia honorum
Latior hæc illi ſtrata & aperta via eſt.
Vna parum fuerat viridi de gramine ſerta
Hunc mage *Muralis tripla* corona decet.

V.

Dicite, *Iò Pæan*, & *Iò* bis dicite *Pæan*:
Dicite *Iò* pueræ, dicite *Iò* pueri.
Dicite, cum caſtis, infantes, matribus *Iò*:
Dicite *Iò* cincti tempora cana ſenes.
Infera cum ſuperis iterent *Iò Iò triumphe*.
*Viuant Auſtriaci Albertus & Eugenia.*
Candida, *Iò, ciues*, manibus date lilia plenis,
Et ſerta Auguſtis *Laurea Principibus*.
Floribus æratos portarum obnubite poſtes,
Votaque ſacratis pendite porticibus.
*Narciſſi* & *Paphio* tenerarum flore roſarum,
Et nitidam puris ſpargite humum violis.
Vndique nunc *feſtis* luceſcant compita ſtamis,
*Igne* iugi occiduum continuante diem.
Dicite *Iò, ciues*, & *Iò* bis dicite, *ciues*.
*Viuant Auſtriaci: Albertus & Eugenia.*
*Iò triumphales ſpoliis* hoſtilibus arcus
Exſtruite & *victor* alta *tropæa Duci*.
Hanc vt perpetuos celebret *victoriam* in annos
*Fama*. & venturo tempore poſteritas:
*Virtutique* ſuus ſtet honos & gloria *facto*:

Fortia

Fortia & *Austriacis* nomina militibus.
*Flandria* sume animos, & tantis debita rebus
Robora, *virtutis Austriacæ* meminens.
Tam diram & *medica hac* extirpans *cuspide pestem*,
Huius *viuificò* nunc medicatu animum
Seminecem recrea *palma*, veteresque resume
Vires, & nullis pectora fracta malis,
Tristia cis pellens adductæ nubila frontis,
Lætare, & tantis facta beata *bonis*,
Desine continuis *Diuorum* fletibus ora
Spargere, & insanâ plangere nuda manu
Pectora, demissoque altaria verrere crine.
Sat lachrumarum illis, funeribusque datum est.
Nunc tempus hilarè caperatam expergere frontem,
Grataque *victori* dicere verba *Deo*:
Nunc tempus, comptos in nodum torta capillos,
Et rutilum *Syrio* tincta liquore caput;
Dapsilia in multam conuiuia ducere noctem;
Electo & *vini* sorte *Magisterio*,
Dicere solemni, tua quæque ad pocula, more,
*Albertumque bene, Ambrosiumque bene.*
Carnificem tristi quo pellas pectore curam,
Et fiat tanti quo medicina mali.
Nunc tempus viridem alterno pede pellere terram,
Et testudineâ *carmen* hiare lyrâ;
*Principis Alberti* memorans *victricia bella*,
*Ambrosii ductu* gesta, patrata breui,
Adspice vt insignis *spoliis*, *Albertus*, opimis,
*Victor* agens captos, sub iuga serua, Duces,
*Ille triumphali* redimitus tempora *lauro*,
Auratis vectus curribus altus eat:
Vtque isdem forti; populus cum milite, adhærens
Lauriger, *Iò*, alta voce, *triumphe* canat:
*Obsidis* simulacra ferens & *mœnia* victæ
*Vrbis*, quæ terris, *Flandria*, inantè tuis

Fatales

Fatales toties sæuè minitata ruinas;
Terribilis latis finibus horrorerat:
At geminas nunc vincta manus & colla catenis;
Exilla niueis ritè triumphat equis,
Æternosque sibi Alcidis decerpsit honores;
Queis tibi tranquilla est, *Flandria*, parta *quies*.
Quare age præsentis capiens *bona dona* diei,
*Dona* tibi heu! multis empta cadaueribus!
*Ambrosii* & dubio vitæ quæsita periclo,
Securè hostili libera viue metu.
Interea concepta diu, pro hoc *munere*, *vota*,
*Magno exercituum*, *Flandria*, *solue Deo*.
Et pete, *quo vincis*, tibi *Dux sit vt ille perennis*,
*Longam & Principibus*, *salua precare diem*.

---

## LAMBERTI LVDOLPHI PITHOPÆI DAVENTRIENSIS.

*Ad Dan. Tossan. de NIHIL Passeratii.*

AVrea nunc rediit miseris mortalibus ætas.
Vnum namque Nihil qui tenet, omne tenet.
Este procul curæ, duri procul este labores.
Vnica iam cunctos vocula parua beat.
Diues eris, doctusque vno Nihil atque beatus.
En tibi res, quantas quantula spondet opes!
Ergo Nihil cupias, vereare Nihil, tibi curas
Sit reliquas inter maxima, nosse Nihil.
Nec procul ignoto venit hoc Nihil orbe petendum,
Suppeditat quæuis hora locusque Nihil.
Mirus ab integro seclorum nascitur ordo,
Quod fuerat Nihil, est omne; quod omne, Nihil.
Ast ego, qui tanti es mihi muneris autor & auctor,

Pro

Aurea placatis redierunt ſecula diuis,
Cui Nihil hoc donant, huic dare cuncta volunt.
Primus ego hanc reperi, ſuperis monſtrátibus, artem,
Qua Nihil exiguo cuncta labore ferat.
Non mihi fas Diuûm ſecretam exponere mentem,
Conceſſum hoc vni munus habere mihi.
Vt res geſta, breui referam, celabitur autor,
Ne tantæ fiat vilior artis honos.
Ibam fortè vagas ſolus torrentis ad vndas,
Qui bifido pingueis flumine findit agros,
Hic vbi priſca Lupi ſeruans & nomina Montis
Deſpicit arx plani iugera culta ſoli,
Raraq; diſiecti ſuperant veſtigia clauſtri,
Aurata & tremulis ludere gaudet aquis.
Sollicito varias voluebam pectore curas,
Optima deſperans, peſſima quæq; timens.
Nec mihi tum præſto fidus qui ferret amicus
Auxilium curis conſiliumve meis.
Morbus & anguſtis vrgens in rebus egeſtas,
Cura domus, patriæ triſtia fata meæ,
Viginti exſulium quod durat, & amplius, annos,
Et grauis incerto vita trahenda loco,
Hæc veterem augebant mihi cuncta & ſingula luctum,
Et repetita, noui cauſſa doloris erant.
O quoties imo traxi hæc ſuſpiria corde;
Hei mihi quàm ſterili vita labore fugit.
En cerdo, & quiuis quàm cultos poſſidet agros
Sutor, & herboſi iugera multa ſoli,
Quàm grauidæ lætis redeunt de montibus agnæ,
Adſpice, dat quantas quantula vitis opes!
Aſt ego Grammaticos ſtultus voluenſq; poëtas
Nil profecturis littora bubus aro.
Per de leueis, dixi, calamos, & proijce libros,
Hæc ſi vilis acus vel dare marra poteſt,
Linque graueis tandem nugas & pulpita rara,

Si sapis ingratæ & paupera regna scholæ.
Quid cum rhetoribus tibi virginibusq; nouenis?
Sunt iocus hæc tantùm difficilesque λόγοι.
Vix malè conducto latitas & paupere tecto,
Nec soli licet hoc incoluisse tibi.
Maxima pars domino ignotoq; secunda colono,
Hospitibus cedit tertia, quarta tibi.
Cum logicis Physici longumq; valete poetæ.
Subula plus vestris artibus vna potest.
Splendida res tituli vestri, sed splendida tantum;
Et nihil est præter nomen inane, schola.
Talia dum tacitis itero iustisq; querelis,
Consumens curis cor miser ipse meum,
Ecce leuis summo vicini vertice montis,
Hos mihi vel similes vox dare visa sonos;
Siue hominis vox illa fuit, seu fortè Dearum
Vnius in siluis quæ loca sacra colunt;
(Vox audita mihi tantum, non visa figura
Vllius: hac certum dicere parte vetat)
Quid frustra Musas, nec noxia carmina culpas?
Quid iacis in surdas irrita verba Deas?
Non solus primusve nec vltimus es, quod es. Omnis
Grammaticus debet pauper & esse miser.
Sic statuit, iusta qui ponderat omnia lance,
Arbitrio cuius sors sua quemq; manet.
Diues Grammaticus nunquam fuit atq; beatus,
Non est, non talem secla futura ferent.
Nec bene Grammaticus felix & diues, Ego omni;
In noua, Mecœnas, Si Deus. Arma docet.
Grammatici, Felix & Diues, limine semper
Exsulat. huic nimiæ sunt graue pondus opes.
Diuitias frustra qui pauper & est miser, optat,
Diuitibus tantùm nunc tribuuntur opes.
Tu quoq; pauper eris semper, quia pauper es. ergo

Mentæ

Mente, quod es, placida, si sapis, esse velis.
Cetera tranquillo permittas pectore Diuis,
Sedulus iniunctæ munera sortis agens.
Hi tibi sufficient modica clementeq; dextra,
Huius quam vitæ postulat vsus opem,
Cum victu cultum, non turgescente crumena,
Et, nihil vt superet, nil tibi deesse sinent.
Vtq; nouo possis hæc sic fore, discere signo,
Accipe mœroris pharmaca certa tui.
Cum Phœbo faciles dignantur Apolline Musæ
Hoc te quo nullum munere maius habent.
Ausoniis Nihil hoc, at Graiis dicitur OYΔEN;
Est patet huic OYΔEIΣ, OYΔEMIA est genitrix,
Et patria Vtopia est toto procul orbe remota,
Solus vbi regnum Maximus OYTIΣ habet,
Per populos latè qui dat sua iura volenteis
MHΔENAΣ, atque suo MHΔEN in orbe timet.
Ne tamen esse Nihil, Nihil hoc, nisi somnia, credas;
Nascitur Vtopico hoc semen & herba solo,
Aspera cui facies, color ater, amarus & vrens
Et sapor; at mira fertilitate valet.
Nam Nihil incultis vltro bene crescit in hortis,
Absq; Nihil duro terra labore dedit.
Et tamen est gemmis simul & pretiosius auro,
Dulcius est melle, & purius igne Nihil.
Præstanti melius vino Nihil, arida fauces
Cum sitis & durus macerat ossa labor.
Et Nihil est oculis, Nihil huius lumine cœli,
Est nihil argutæ dulcius arte lyræ,
Et Nihil est pulcra melius castaq; puella;
Suauius est placitæ coniugis ore Nihil,
Et Nihil est melius turdo pinguiq; ferina;
Et melius somno est vtiliusq; Nihil.

Denique, cui Nihil eſt, felix mage cuncta tenente,
Nam dare, cui, quoties vult, Nihil ille poteſt;
Cui Nihil eſt, Nihil ille poteſt amittere; tutæ
Præſidio vnius, ſunt ſua cuncta, Nihil.
At qui cuncta tenet, ſi quod dare munus amico
Fortè velit, dare non eſt potis ille Nihil.
Et, qui cuncta tenet, perdit facili omnia caſu,
Cum gemitu cernens, omnia facta Nihil.
Τοῖς ἓν ἀνθρώπων μόνον ἐς τ' οὐ πράγμασιν ΟΥΔΕΝ
Τῆς μεγάλης Κορίνθου ἄξιον ἠδὲ πόνου.
ΟΥΔΕΝ ΠΑΣ ὁ ΒΙΟΣ, ἢ πάντα τὰ πράγματα θνητῶν,
Ὅσα ἔχει ἐθέλεις πάντα, τὸ ΟΥΔΕΝ ἔχει.
Πάντα πέλει ΟΥΔΕΝ, ἢ ΟΥΔΕΝ τ' ἀνθρώπινα πάντα,
Πάντα ἔχων, ΟΥΔΕΝ, πάντ' ἔχει, ΟΥΔΕΝ ἔχων,
Πάντα ποιεῖν δύναται, καὶ νικᾷ πάντα τὸ ΟΥΔΕΝ.
ΟΥΔΕΝΟΣ οὐ γὰρ πᾶσι ἔστι τὸ μεγόμενον.
Sed quia non cuiuis contingit adire Corinthum
Vtopicam & pulcro rura beata Nihil,
En herbam Vtopicis natam tibi nuper in agris,
Quam cum flore ſimul ſemen habere vides.
Iſta tibi, mea ſi docilis præcepta ſequeris,
Producet ſubito χρήματα, farra, merum.
Aſt vbi cur, quando, qua ſit ratione ſerendum
Hoc Nihil, vt fructus proferat vſq; nouos,
Te præter, non fas homini cognoſcere cuiquam,
Te ſolum tanto munere Muſa beat.
Nec mihi fas artem verbis exprømere tantam,
Quam docet hæc tectis parua tabella notis,
Nulli audita prius, nulli conſpecta tuorum,
Tu primus tanta & munera ſolus habe.
Fas tamen eſt alijs tecum hinc decerpere fructus;
Ars ipſa & ſoli traditur herba tibi.

Ergo

Ergo vale doctaſq; caue culpare ſorores,
Quæ tibi dant larga munera tanta manu.
Dixerat, & notas ſubitò diſcedit in auras,
Siue hominis, ſeu vox numinis illa fuit.
Obſtupui primum, flexo dehinc poplite grates
Lætus ago Phœbo, Pieridumque choro.
Dicta fides ſequitur; triſti qui mente gemenſq;
Exieram, læta fronte reuerto domum.
Iuſſa vbi perficiens, mihi mox (mirabile dictu)
Ferre Nihil vidi χρήματα, farra, merum.
Sic igitur multum Nihil eſt. hoc deniq; ſolo,
De Nihilo veterum dogmata victa iacent.

*De eiuſdem Nihil mira metamorphoſi.*

Quid non loga dies, quid non peruertitis anni?
Quod bona nuper erat, iam mala res Nihil eſt,
Nec tantum mala, ſed factum eſt quoq; peſſima. namq;
Eſt vxore Nihil peius in orbe mala,
Intolerabilius Nihil eſt, quàm fœmina diues,
Non bene nummato cum datur illa viro,
Sæuius inuiſis Nihil eſtq; fuitque nouercis,
Cum miſcent auida dira venena manu.
Paupertate Nihil grauius reperitur in orbe.
Diues vbiq; placet, pauper vbiq; iacet.
Aſperius Nihil eſt, Nihil eſtq ſuperbius, atq;
Cum miſer ingenteis poſſidet Irus opes.
Stultius & miſeros Nihil infelicius omneis
Inter mortaleis viuit amante ſene.
Et Nihil in terris ad Gangem à Gadibus vſque,
Laſciua & bibula turpius extat anu,
Vicinoq; malo Nihil, atq; minante ruinam
Et Nihil incerta peius vbiq; domo,
Aſpidis & Nihil eſt morſu lethalius ictu
Scorpij, & obliquo dente minantis aprī,

Et Nihil est rabidæ canis implacatius ira,
Cùm patulo dirum virus ab ore vomit,
Tigribus atq lupis Nihil & truculentius vrsis,
Quos auidi rabies improba ventris agat,
Sæuius est iritati Nihil vngue leonis,
Innocuas miserè dilaniantis oues,
Porcorum impuris Nihil est impurius antris,
Obscœno cùm se prouoluere luto,
Et Nihil est hominis vetere atq; cadauere putri
Fœdius adspectu fœtidiusq; Nihil,
Tamq; Nihil malè olens est quàm fullonis auari
Cum vetus in medio frangitur olla foro,
Est importuno clamore rudentis aselli,
Et cuculi rauco durius ore Nihil,
Est & felle Nihil, Nihil est & amarius, atq;
Ex myrrha potus mixtus & ex aloe,
Pruritu Nihil & scabie mordacius acri,
Quam malè purgato corpore sanguis alit,
Et Nihil est tussi mage pituitaq; molestum,
Aspera cum rauco gutture verba cadunt,
Febre Nihil lentaq; phthisi, morboq; caduco,
Tristius est sæua peste fameq; Nihil,
Surdis & mutis claudis & Inmine cassis
Flebilius Nihil est debiliusq; nihil,
Chiragra Nihil est crudelius atq; podagra,
Cùm misero torquent languida membra toro,
Omnibus in terris, ingratæ crimine mentis
Detestabilius deteriusq; Nihil,
Fœdius ebrietate Nihilq; nocentius, omnes
Qua pereunt vires ingenijq; vigor,
Et mage ridiculum Nihil est, atq; ebrius, vsum
Qui nullum linguæ nec rationis habet,
In vita Nihil est mendace odiosius ore,
Ex rixis pugnas quod ciet atq; necem,
Et penetrabilius Nihil est, quàm frigus adurens,

Cum

Cum riget Arctoo terra ſubacta gelu,
Et Nihil eſt grauido pecori exitialius æſtu,
Cum grauis arenteis Sirius vrit agros,
Triſtius obſcura Nihil eſt quoq; nocte viatori
Quando ignota ſibi per loca carpit iter,
Fœtenti Nihil eſt & carcere tetrius, in quo
Vincta gerit dura compede membra reus,
Vanius & leuius Nihil eſt, quam ſomnia menteis
Quæ pauidas hominum falſa timere iubent,
Et Nihil eſt Ponto, Nihil eſt immitius igne,
Cum vento vireis ſumit vterq; nouas,
Et nihil eſt cella peius, vacuæq; crumena;
Hinc maleſuada fames prouenit atq; ſitis.
Horridius bello Nihil & certamine Martis,
Lex & vbi nullum Pax habet alma locum.
Quid multis? Morte eſt Nihil inclementius ipſa,
Quæ ſurda cunctas reſpuit aure preces,
Implacabilius Nihil atri limine Ditis,
Vnde poteſt fixum nemo referre pedem.
Sic, modò quo fuerat melius nihil, ordine verſo,
Triſtius eſt cunctis deteriuſque Nihil.
Vſque adeò conſtans nihil hoc ſub ſole, leuiq;
Omnia momento, quæ viguere iacent.
Sic patet, ex aliquo nihilum malè ſæpe parari,
Sic aliquid, nihil eſt, & nihil eſt aliquid,
Sic, vice mutata veterum ſtant ſarta Sophorum,
Stantq; Stagiritæ dogmata tecta ſenis.
Qui ſapit, is dirum miſeris mortalibus omen,
Hoc, cane deuitat peiùs & angue, Nihil.
At ſolus reliquos inter ſtultiſſimus omneis
Grammaticus triſte hoc pergit habere Nihil.
Coniugat infelix, Nihil haud declinat, & ipſe
Perpetuo, nota peccat in arte miſer.
Nam bene Grammatici declinant omnia; ſolum
Declinare Nihil Grammatici nequeunt.

Fortia & *Auſtriacis* nomina militibus.
*Flandria* ſume animos, & tantis debita rebus
Robora, *virtutis Auſtriacæ* meminens.
Tam diram & *medica hac* extirpans *cuſpide peſtem*,
Huius *viuifico* nunc medicatu animum
Seminecem recrea *palma*, vetereſque reſume
Vires, & nullis pectora fracta malis,
Triſtia cis pellens adductæ nubila frontis,
Lætare, & tantis facta beata *bonis*,
Deſine continuis *Diuorum* fletibus ora
Spargere, & inſanâ plangere nuda manu
Pectora, demiſſoque altaria verrere crine.
Sat lachrumarum illis, funeribuſque datum eſt.
Nunc tempus hilarè caperatam expergere frontem,
Grataque *victori* dicere verba *Deo*:
Nunc tempus, comptos in nodum torta capillos,
Et rutilum *Syrio* tincta liquore caput;
Dapſilia in multam conuiuia ducere noctem;
Electo & *vini* ſorte *Magiſterio*,
Dicere ſolemni, tua quæque ad pocula, more,
*Albertumque bene, Ambroſiumque bene.*
Carnificem triſti quo pellas pectore curam,
Et fiat tanti quo medicina mali.
Nunc tempus viridem alterno pede pellere terram,
Et teſtudineâ *carmen* hiare lyrâ;
*Principis Alberti* memorans *victricia bella*,
*Ambroſii ductu* geſta, patrata breui,
Adſpice vt inſignis *ſpoliis*, *Albertus*, opimis,
*Victor* agens capros, ſub iuga ſerua, Duces,
*Ille triumphali* redimitus tempora *lauro*,
Auratis vectus curribus altus eat:
Vtque iſdem forti; populus, cum milite, adhærens
Lauriger, *Io*, alta voce, *triumphe* canat:
*Obſidis* ſimulacra ferens & *mœnia* victæ
*Vrbis*, quæ terris, *Flandria*, inantè tuis

Fatales

Fatales toties sæuè minitata ruinas;
Terribilis latis finibus horrorerat.
At geminas nunc vincta manus & colla catenis;
Ex illa niueis ritè *triumphat* equis,
Æternosque sibi *Alberti* decerpsit *honores*;
Queis tibi tranquilla est, *Flandria*, parta *quies*.
Quare age præsentis capiens *bona dona* diei,
*Dona* tibi heu! multis empta cadaueribus!
*Ambrosii* & dubio vitæ quæsita periclo,
Securè hostili libera viue metu.
Interea concepta diu, pro hoc *munere*, *vota*,
*Magno exercituum*, *Flandria*, *solue Deo*.
Et pete, *quo vincis*, *tibi Dux sit vt ille perennis*,
*Longam & Principibus*, *salua precare diem*.

---

## LAMBERTI LVDOLPHI PITHOPÆI DAVENTRIENSIS.

*Ad Dan. Tossan. de NIHIL Passeratii.*

AVrea nunc rediit miseris mortalibus ætas.
Vnum namque Nihil qui tenet, omne tenet.
Este procul curæ, duri procul este labores.
Vnica iam cunctos vocula parua beat.
Dives eris, doctusque vno Nihil atque beatus.
En tibi res, quantas quantula spondet opes!
Ergo Nihil cupias, vereare Nihil, tibi curas
Sit reliquas inter maxima, nosse Nihil.
Nec procul ignoto venit hoc Nihil orbe petendum,
Suppeditat quæuis hora locusque Nihil.
Mirus ab integro seclorum nascitur ordo,
Quod fuerat Nihil, est omne; quod omne, Nihil.
Ast ego, qui tanti es mihi muneris autor & auctor,

Pro

Pro, quod me ditas, munere, reddo Nihil.
Sic tua sunt nostris æqualia munera donis.
Nil mihi cum mittas, accipis ergo Nihil.
Pace tua verum liceat mihi dicere, reddo
Plus tibi, quam mittis: Nil tria: quinque Nihil.
Nam Nihil est melius cella plenaque crumena,
Et certa melius commodiusque domo.
Cui nihil est, cellam & plenam tenet ille crumenam:
Pulchram cui Nihil est, incolit ille domum.
Denique cui Nihil est pleno tenet omnia cornu.
Vt teneas igitur cuncta, remitto Nihil.
Si sapis, auscultans pleno Nihil omnibus ore
Laudantem, vt teneas omnia. quære Nihil,
De Nihilo factum tenuis lege carmen amici,
Cui fandi & dandi copia summa Nihil.

*De eiusdem NIHIL noua efficacia.*

Ex Nihilo semper certo Nihil ordine factum,
Hæc ex quo mundi machina vasta stetit,
Nec posse ex Nihilo quenquam producere quidquam,
Hoc mundi donec grande manebit opus,
Dicunt & scribunt vno concorditer ore,
Quotquot Aristotelis dogmata cuncta probant,
Abdita scrutantes semper miracula rerum,
Naturæ varias & parientis opes.
Primus ego hoc veterum certa ratione, Sophorum,
Et quos dehinc ætas postera cunque tulit,
Hoc licet auditu fiet & mirabile dictu,
De Nihilo falsum dogma docere queo.
Non aliquid tantum sed multa & commoda magna,
Ex Nihilo, expertus posse venire, scio.
I nunc, & Nihil ex Nihilo dic posse creari.
Ecce nihil genuit χρήματα, farra, merum.
I nunc, & verbis Nihil hoc illude superbis.
Hoc vno, quoduis vincitur Omne, Nihil.

Aurea placatis redierunt secula diuis,
Cui Nihil hoc donant, huic dare cuncta volunt.
Primus ego hanc reperi, superis monstratibus, artem,
Qua Nihil exiguo cuncta labore ferat.
Non mihi fas Diuûm secretam exponere mentem,
Concessum hoc vni munus habere mihi.
Vt res gesta, breui referam, celabitur autor,
Ne tantæ fiat vilior artis honos.
Ibam fortè vagas solus torrentis ad vndas,
Qui bifido pingueis flumine findit agros,
Hic vbi prisca Lupi seruans & nomina Montis
Despicit arx plani iugera culta soli,
Raraq; disiecti superant vestigia claustri,
Aurata & tremulis ludere gaudet aquis.
Sollicito varias voluebam pectore curas,
Optima desperans, pessima quæq; timens.
Nec mihi tum præsto fidus qui ferret amicus
Auxilium curis consiliumve meis.
Morbus & angustis vrgens in rebus egestas,
Cura domus, patriæ tristia fata meæ,
Viginti exsulium quod durat, & amplius, annos,
Et grauis incerto vita trahenda loco,
Hæc veterem augebant mihi cuncta & singula luctum,
Et repetita, noui caussa doloris erant.
O quoties imo traxi hæc suspiria corde;
Hei mihi quàm sterili vita labore fugit.
En cerdo, & quiuis quàm cultos possidet agros
Sutor, & herbosi iugera multa soli,
Quàm grauidæ lætis redeunt de montibus agnæ,
Adspice, dat quantas quantula vitis opes!
Ast ego Grammaticos stultus voluensq; poëtas
Nil profecturis littora bubus aro.
Per de leueis, dixi, calamos, & proijce libros,
Hæc si vilis acus vel dare marra potest,
Linque graueis tandem nugas & pulpita rara,

Si sapis ingratæ & paupera regna scholæ.
Quid cum rhetoribus tibi virginibusq; nouenis?
Sunt iocus hæc tantùm difficilesque λόγοι.
Vix malè conducto latitas & paupere tecto,
Nec soli licet hoc incoluisse tibi.
Maxima pars domino, ignotoq; secunda colono,
Hospitibus cedit tertia, quarta tibi.
Cum logicis Physici longumq; valete poetæ.
Subula plus vestris artibus vna potest.
Splendida res tituli vestri, sed splendida tantum,
Et nihil est præter nomen inane, schola.
Talia dum tacitis itero iustisq; querelis,
Consumens curis cor miser ipse meum,
Ecce leuis summo vicini vertice montis,
Hos mihi vel similes vox dare visa sonos;
Siue hominis vox illa fuit, seu fortè Dearum
Vnius in siluis quæ loca sacra colunt;
(Vox audita mihi tantum, non visa figura
Vllius hac certum dicere parte vetat)
Quid frustra Musas, nec noxia carmina culpas?
Quid iacis in surdas irrita verba Deas?
Non solus primusve nec vltimus es, quod es. Omnis
Grammaticus debet pauper & esse miser.
Sic statuit, iusta qui ponderat omnia lance,
Arbitrio cuius sors sua quemq; manet.
Diues Grammaticus nunquam fuit atq; beatus,
Non est, non talem secla futura ferent.
Nec bene Grammaticus felix & diues, Ego omni;
In noua, Mecœnas, Si Deus, Arma docet.
Grammatici, Felix & Diues, limine semper
Exsulat. huic nimiæ sunt graue pondus opes.
Diuitias frustra qui pauper & est miser, optat,
Diuitibus tantùm nunc tribuuntur opes.
Tu quoq; pauper eris semper, quia pauper es. ergo

Mentæ

Mente, quod es, placida, si sapis, esse velis.
Cetera tranquillo permittas pectore Diuis,
Sedulus iniunctæ munera sortis agens.
Hi tibi sufficient modica clementeq; dextra,
Huius quam vitæ postulat vsus opem,
Cum victu cultum, non turgescente crumena,
Et, nihil vt superet, nil tibi deesse sinent.
Vtq; uouo possis. hæc sic fore, discere signo,
Accipe mœroris pharmaca certa tui.
Cum Phœbo faciles dignantur Apolline Musæ
Hoc te quo nullum munere maius habent.
Ausoniis Nihil hoc, at Graiis dicitur OYΔEN;
Est pater huic OYΔEIΣ, OYΔEMIA est genitrix,
Et patria Vtopia est toto procul orbe remota,
Solus vbi regnum Maximus OYTIΣ habet,
Per populos latè qui dat sua iura volenteis
MHΔENAΣ, atque suo MHΔEN in orbe timet.
Ne tamen esse Nihil, Nihil hoc, nisi somnia, credas;
Nascitur Vtopico hoc semen & herba solo,
Aspera cui facies, color ater, amarus & vrens
Et sapor; at mira fertilitate valet.
Nam Nihil incultis vltro bene crescit in hortis,
Absq; Nihil duro terra labore dedit.
Et tamen est gemmis simul & pretiosius auro,
Dulcius est melle, & purius igne Nihil.
Præstanti melius vino Nihil, arida fauces
Cum siris & durus macerat ossa labor.
Et Nihil est oculis, Nihil huius lumine cœli,
Est nihil argutæ dulcius arte lyræ,
Et Nihil est pulcra melius castaq; puella;
Suauius est placitæ coniugis ore Nihil,
Et Nihil est melius turdo pinguiq; ferina;
Et melius somno est vtiliusq; Nihil.

Denique, cui Nihil est, felix mage cuncta tenente,
Nam dare, cui, quoties vult, Nihil ille potest;
Cui Nihil est, Nihil ille potest amittere; tutæ
Præsidio vnius, sunt sua cuncta, Nihil.
At qui cuncta tenet, si quod dare munus amico
Fortè velit, dare non est potis ille Nihil.
Et, qui cuncta tenet, perdit facili omnia casu,
Cum gemitu cernens, omnia facta Nihil.
Τοῖς οὖν ἀνθρώπων μόνον ἐς τ' ἐν πράγμασιν ΟΥΔΕΝ
Τῆς μεγάλης σπουδῆς ἄξιον ἠδὲ πόνου.
ΟΥΔΕΝ ΠΑΣ ὁ ΒΙΟΣ, καὶ πάντα τὰ πράγματα θνητῶν,
Ὅστις ἔχειν ἐθέλεις πάντα, τὸ ΟΥΔΕΝ ἔχε.
Πάντα πέλει ΟΥΔΕΝ, καὶ ΟΥΔΕΝ τ' ἀνθρώπινα πάντα.
Πάντα ἔχων, ΟΥΔΕΝ, πάντ' ἔχει, ΟΥΔΕΝ ἔχων,
Πάντα ποιεῖν δύναται, καὶ νικᾶν πάντα τῆς ΟΥΔΕΝ.
ΟΥΔΕΝΟΣ ἐκ γὰρ πᾶν ἐστι τὸ γεγνόμενον.
Sed quia non cuiuis contingit adire Corinthum
Vtopicam & pulcro rura beata Nihil,
En herbam Vtopicis natam tibi nuper in agris,
Quam cum flore simul semen habere vides.
Ista tibi, mea si docilis præcepta sequeris,
Producet subito χρήματα, farra, merum.
Ast vbi cur, quando, qua sit ratione serendum
Hoc Nihil, vt fructus proferat vsq; nouos,
Te præter, non fas homini cognoscere cuiquam,
Te solum tanto munere Musa beat.
Nec mihi fas artem verbis expromere tantam,
Quam docet hæc tectis parua tabella notis,
Nulli audita prius, nulli conspecta tuorum,
Tu primus tanta & munera solus habe.
Fas tamen est alijs tecum hinc decerpere fructus;
Ars ipsa & soli traditur herba tibi.

Ergo

Ergo vale doctaſq; caue culpare ſorores,
Quæ tibi dant larga munera tanta manu.
Dixerat, & notas ſubitò diſcedit in auras,
Siue hominis, ſeu vox numinis illa fuit.
Obſtupui primum, flexo dehinc poplite grates
Lætus ago Phœbo, Pieridumque choro.
Dicta fides ſequitur; triſti qui mente gemenſq;
Exieram, læta fronte reuerto domum.
Iuſſa vbi perficiens, mihi mox (mirabile dictu)
Fe re Nihil vidi χρήματα, farra, merum.
Sic igitur multum Nihil eſt. hoc deniq; ſolo,
De Nihilo veterum dogmata victa iacent.

*De eiuſdem Nihil mira metamorphoſi.*

Quid non loga dies, quid non peruertitis anni?
Quod bona nuper erat, iam mala res Nihil eſt,
Nec tantum mala, ſed factum eſt quoq; peſſima. namq;
Eſt vxore Nihil peius in orbe mala,
Intolerabilius Nihil eſt, quàm fœmina diues,
Non bene nummato cum datur illa viro,
Sæuius inuiſis Nihil eſtq; fuitque nouercis,
Cum miſcent auidæ dira venena manu.
Paupertate Nihil grauius reperitur in orbe.
Diues vbiq; placet, pauper vbiq; iacet.
Aſperius Nihil eſt, Nihil eſtq ſuperbius, atq;
Cum miſer ingenteis poſſidet Irus opes.
Stultius & miſeros Nihil infelicius omneis
Inter mortaleis viuit amante ſene.
Et Nihil in terris ad Gangem à Gadibus vſque,
Laſciua & bibula turpius extat anu,
Vicinoq; malo Nihil, atq; minante ruinam
Et Nihil incerta peius vbiq; domo,
Aſpidis & Nihil eſt morſu lethalius ictu
Scorpij, & obliquo dente minantis apri,

Et Nihil est rabidæ canis implacatius ira,
Cùm patulo dirum virus ab ore vomit,
Tigribus atq lupis Nihil & truculentius vrsis,
Quos auidi rabies improba ventris agat,
Sæuius est iritati Nihil vngue leonis,
Innocuas miserè dilaniantis oues,
Porcorum impuris Nihil est impurius antris,
Obscœno cùm se prouoluere luto,
Et Nihil est hominis vetere atq; cadauere putri
Fœdius adspectu fœtidiusq; Nihil,
Tamq; Nihil malè olens est quàm fullonis auari
Cum vetus in medio frangitur olla foro,
Est importuno clamore rudentis aselli,
Et cuculi rauco durius ore Nihil,
Est & felle Nihil, Nihil est & amarius, atq;
Ex myrrha potus mixtus & ex aloe,
Pruritu Nihil & scabie mordacius acri,
Quam malè purgato corpore sanguis alit,
Et Nihil est tussi mage pituitaq; molestum,
Aspera cum rauco gutture verba cadunt,
Febre Nihil lentaq; phthisi, morboq; caduco,
Tristius est sæua peste fameq; Nihil,
Surdis & mutis claudis & Inmine cassis
Flebilius Nihil est debiliusq; nihil,
Chiragra Nihil est crudelius atq; podagra,
Cùm misero torquent languida membra toro,
Omnibus in terris, ingratæ crimine mentis
Detestabilius deteriusq; Nihil,
Fœdius ebrietate Nihilq; nocentius, omnes
Qua pereunt vires ingenijq; vigor,
Et mage ridiculum Nihil est atq; ebrius, vsum
Qui nullum linguæ nec rationis habet,
In vita Nihil est mendace odiosius ore,
Ex rixis pugnas quod ciet atq; necem,
Et penetrabilius Nihil est, quàm frigus adurens,

Cum

Cum riget Arctoo terra ſubacta gelu,
Et Nihil eſt grauido pecori exitialius æſtu,
Cum grauis arenteis Sirius vrit agros,
Triſtius obſcura Nihil eſt quoq; nocte viatoꝛ
Quando ignota ſibi per loca carpit iter,
Fœtenti Nihil eſt & carcere tetrius, in quo
Vincta gerit dura compede membra reus,
Vanius & leuius Nihil eſt, quam ſomnia menteis
Quæ pauidas hominum falſa timere iubent,
Et Nihil eſt Ponto, Nihil eſt immitius igne,
Cum vento vireis ſumit vterq; nouas,
Et nihil eſt cella peius, vacuæq; crumena;
Hinc maleſuada fames prouenit atq; ſitis.
Horridius bello Nihil & certamine Martis,
Lex & vbi nullum Pax habet alma locum.
Quid multis? Morte eſt Nihil inclementius ipſa,
Quæ ſurda cunctas reſpuit aure preces,
Implacabilius Nihil atri limine Ditis,
Vnde poteſt fixum nemo referre pedem.
Sic, modò quo fuerat melius nihil, ordine verſo,
Triſtius eſt cunctis deteriuſque Nihil.
Vſque adeò conſtans nihil hoc ſub ſole, leuiq;
Omnia momento, quæ viguere iacent.
Sic patet, ex aliquo nihilum malè ſæpe parari,
Sic aliquid, nihil eſt, & nihil eſt aliquid,
Sic, vice mutata veterum ſtant ſarta Sophorum,
Stantq; Stagiritæ dogmata tecta ſenis.
Qui ſapit, is dirum miſeris mortalibus omen,
Hoc, cane deuitat peiùs & angue, Nihil.
At ſolus reliquos inter ſtultiſſimus omneis
Grammaticus triſte hoc pergit habere Nihil.
Coniugat infelix, Nihil haud declinat, & ipſe
Perpetuo, nota peccat in arte miſer.
Nam bene Grammatici declinant omnia; ſolum
Declinare Nihil Grammatici nequeunt.

At tu, de Nihil, hæc Nihili cui metra remitto,
Viue vale, & cautus perge timere Nihil,
Atq; tuis reduci, Christo duce fretus, adesse
Magnanimo precibus consilijsq; Duci.

*In Gigantomachiam Eilardi ab Alma.*

Instabileis iuuenum curas & pectoris æstus
Haud nihil est elego ludere posse breui;
Amplius est puris librum concludere ambis,
In qua Douza, nouus Roscius arte cluit,
Quem laudat præsens, quem postera diliget ætas;
Ingenij id meruit dexteritate sui;
Cum Ioue pugnantum sed pangere bella Gigantum,
Versibus Herois, maius vtroq; reor.
Constat, idem multos veteres tentasse Poetas,
Sed bene susceptum nemo peregit opus.
Nostra nouum fausto genuerunt sidere vatem
Secula, Frisiaci spemq; decusq; soli,
Cui docta ingenium cum Pallade Phœbus Apollo,
Grandiaq; Aonides metra dedere Deæ,
Quîs fretus, cœlo minitantum vincula fratrum
Anguipedum, docto carmine bella canit.
Ergo macte noua virtute Eilarde, Gigantes
Hi stabunt, dum stant pontus & astra, tui.
Conueniens equidem es nomen sortitus ab Alma.
Nam vates almum perficis almus opus.

*In Anatem.*

Fingunt anas pingui, si quis me iudice certet,
Cocta olere, Ionias pectore vincit aues.

# HELIÆ PVTSCHII ANTVERPIENSIS.

*In Nuptias Io. Hertogij.*

NVper vt audiui (neq; enim iam litera fallit,
Allata est fida quæ mihi scripta manu)
Iampridem Veueri te succubuisse volentem,
Et struere ad Dominæ limina celsa gradum.
Quid rear? illud erat mihi quod iurare solebas,
Luminibus nullam posse nocere tuis.
Nil prodesse oculos queîs victos fertur amantes,
Virginibus domitas sæpe dedisse manus.
Non quæ purpureo figuntur basia collo,
Et poterant summum sollicitare Iouem.
In gremium pluuio Danaës descendat vt auro,
Aut bouis in ficta cornua fronte gerat.
Nec quæ præterea sano instrumenta furori,
Turba puellarum luxuriosa mouet.
Nunc nihil hoc est omne tuum; quod mente ferebas
Iactabasq; tuis, ô male caute, bonis.
Nam tua virgineis religantur pectora vinclis
Et venit optatis sola puella tuis.
Iam Dominæ tibi cura tuæ est, nunc dulcia poscis
Basia, & amplexus quos tibi Sara dabit.
Nec curas tot dicta tot aspera facta, petisti
Queîs Veneris toties castra sacrumq; latus.
Dicebam desiste tuos iactare triumphos,
Militia ex ista præmia nulla feres,
Non commissa tonas audaci prælia dextra,
Ante, eheu! pugnam laurea serta petis;
Serta tibi venient, sed myrtea; desine, telis

Inueniet Veneris te puer ille ſuis.
Inueniet, noſtræ hæc habeas oracula mentis,
Quæ precor, augurio Iupiter ipſe probet.
Luſerat haud vna Cephiſius arte puellas,
Spreuerat agreſtes non ſemel ille Deas.
Et tandem ignotæ deceptus imagine formæ,
Nollet vt alterius arſit amore ſui.
Hæc ego dicebam, ſed qui mihi credere nollet,
Qui Veneris patitur vincula, tanus erat.
Qui Dominæ tantum roſeis incumbit ocellis
Nec valet ardorem continuiſſe ſuum.
Diſſimiliſq; ſibi ex imo ſuſpiria ducit
Pectore, & ad thalamos iam cupit ire nouos.
Scilicet hic vexat furor omnes, nec pote quiſquam
Effugere æternis condita fata locis.
Ergone cum faciles tot erant in amore puellæ,
Quas beat externis Iuno, Venuſq; bonis.
Queîs inter cunctas Hamburgum nobilis vrbes
Turget, & externis non ſinit eſſe locum.
Solane præ reliquis potuit tibi Sara placere,
Furarique oculos inſidioſa tuos.
Nil mirum, Veneris quis enim neget eſſe miniſtram,
Et ſuperare tuas Græcia vana Deas.
Stet Paris & veniant rurſum ad certamina Diuæ
Et tua ſit quarto Sponſa beata loco.
Non vinces Cytherea, licet tua munera iactes
Promiſſiſq; iterum iudicium illud emas.
Cedite dicetur vobis non numina, Diuæ,
Cedite habet veſtris hæc meliora bonis.
Purpureas modo cerne genas, miſtumq; ruborem,
Et totum auratas per caput ire comas.
Et niueos dentes, & eburnea colla, pedeſq;
Compoſitos promtas in bona multa manus.
Parua quid hæc memoro: nam gratæ munera formæ
Internis animi ſtant cumulata bonis.

Lingua

Lingua poteſt varias hominum proferre loquelas,
Gallicaque arguto ſuauiter ore loqui.
Quid pietas & ſancta fides & amica voluntas,
Munera ab ætheriis ſedibus iſta fluunt.
O felix animi iuuenis, quæ ſidera fas eſt
Dicere natalem concelebraſſe tuum.
Non tibi Mars, fauſtam non læſit Falcifer horam,
Quæque ſolent triſtes omnia ferre dies.
Adfuit alma Venus, quique omia Iupiter implet.
Adfuit optato Phœbus & ipſe loco
Lunaque & vtiliter poſitos tibi præbuit ignes,
Quem genuit ſummo candida Maia Ioue
O iterum felix en! nunc tua nauis ab vndis
Libera vicini littoris æquor habet,
Lætaque victrici puppis redimita corona,
Turgentes vario murmure ridet aquas.
Innumeris gaude iam nunc defuncte periclis
Scylla tibi hac, illac dira Charybdis erat.
Quæ poterat medio caput hoc vrgere profundo,
Opprimere in cæcis & tua vota vadis.
Calliroë fruſtra, iam nunc ſua brachia monſtrat,
Et te deliciis fallere poſſe putat.
Fruſtra oculos torquet, fruſtra mouet omnia Laus,
In ſua queis iuuenes reria tecta trahit.
Hoc tua Sara poteſt, quæ te facit vna beatum,
Ponit & in tuto teque tuoſque loco.
Hac duce defectum poteris ſeruare parentem,
Dum videt ante oculos pignora veſtra ſuos.
Spem generis per vos non defeciſſe, ſed annis
Creſcere non rarum poſteritatis opus.
Totque ſimul molli ridentes agmine fratres,
Maternum circum ſæpe ſalire latus.
Et toties blanda Matrem voce ciere,
Nec bene compoſitos fundere ab ore ſonos.
Interea iuuenis tibi tot noua gaudia ſurgent,

Et

Cum procul à patriis operantem Lucifer oris,
Me videt antiquis inuigilare libris.
Atque aliqua hinc miseræ solatia quærere vitæ,
Mens intenta suis ne fleat vsque malis.
Interea tristes bis se ostendêre tabellæ;
Bisque cadaueribus litera mœsta fuit.
Schottus ad infernas descendit auunculus vmbras
Cum natis caram deseruitque domum.
Quem Susanna meis requies tutissima curis,
Heu festinata morte secuta fuit.
Astego vix tanto poteram superesse dolori,
Optabam nigras nam simul ire vias.
Quosque ego ceu fidos nimis impatienter amabam
Depositos simili mentis amore sequor.
Quid tamen hæc tanti fuit euasisse pericla,
In portu saluam vel posuisse ratem?
Vt magis infensis in me Fortuna sagittis
Obrueret vitæ commoda tota meæ.
Heu quid referam? Frater, quem plus ego semper
Officio colui luminis, ille fuit.
Ah fuit ah, tristes pridem venêre tabellæ
Deque obitu tali nuncia fama fuit.
Quid facerem? trepidusque metu plenusque doloris,
Aspecto tantum nomine mœstus eram.
Et mihi iam toto dolor hic non deficit anno;
Fraterna ante oculos permanet vmbra meos;
Permanet, & timido toties vocat ore, sequique
Meq; Charontæa puppe venire cupit.
Quo possim infernas tuto properare per vmbras,
Et loca mortali non adeunda pede.
Heu quoties notos volui prensare lacertos,
Mutuaque alterna verba referre vice:
Dum studeo rerum communia per cunctari,
Quæ noua Mattiaci littoris ora ferat!
Qui tot ab Indiaco remeantes æquore classes,

Seu

Seu Iauane tuo, siue Molucce tuo?
Omnia quæ tecum quondam garrire solebam,
Occurrunt media nocte dolente mihi:
Occurrunt, sed qui reddat responsa roganti,
Aut queat alloquio fallere nullus adest.
Nec mihi corpus adest, miseri sed corporis vmbra,
Vmbra heu frustrata sæpe petita manu.
Non aliter mediis (eyx demersus in vndis,
Coniugis in thalamo terruit ora suæ.
Dum venit infelix, madidusque à vertice crines
Susceptæ memorat tristia fata viæ.
Sed mea sors longe grauior, non vlla fuerunt
Aut maris aut Boreæ flabra timenda mihi.
Nec procul à patria sciratum oracula Phœbi,
Intempesta maris per freta vectus eras.
Middelburgiaca tantum requiescere in vrbe;
Et sedem hic Laribus ponere cura fuit.
Vsque adeo Geniusue loci aut vrbs ipsa placebat,
Vt tibi vel patria dulcior illa foret.
Nec poterat febris, sæuique iniuria morbi
Abstrahere à caris languida membra locis;
Non mater toties quæ te indignata venire
Hinc tadam missis iussit epistoliis,
Et monitor tibi sæpe fui, fratresque fuerunt,
Sed monita hæc surdo dicta fuêre viro.
Dic quid te tantum potuit dilecte tenere,
Esset vt vsque nouas nectere dulce moras?
Non hic sunt syluæ non hic loca grata Camœnis
Nec rigui fontes, nec Cerealis ager.
Sed Boreæ assiduis littus tuibatur arenis,
Altæque crescenti se mouet vnda mari;
Subducuntque diem ex oculis exorta repente
Nubila quæ solis non sinunt esse sinunt.
Æolus hic vastos emittit carcere ventos,
Imperium soceri non timet ille sui.

Non

Non procul hinc Circe ſocios mutauit Vlyſſis,
Hîc Scylla hîc quondam ſæua Charybdis erat.
Nunc quoque tam multis remanent infeſta periclis,
Et prohibent ſano corpore poſſe frui.
O patris exemplo didiciſſes rectius vti,
Exemplo alterius qui cauet, ille ſapit.
Fors ſupereſſe etiam nobis tibi fata dediſſent,
Et vitæ longas continuare vias.
Nunc tibi vita perit, nunc primo flore iuuentæ
Ante diem flos vt ſolſtitialis obis.
Et lacrymis me pæne necas, ô quæ fuit illa
Qua mihi Stadenſi viſus in vrbe dies.
Iactatus variis terræque mariſque periclis,
Et vectus per tot non memoranda loca.
Hic ego lætitiæ plenus noua gaudia menti
Fingebam, & thalamos me celebrare tuos.
Carmineque optatum tandem deducere Sponſum,
Et fidibus noſtros applicuiſſe ſonos.
Omnia quis credat ſubito mutata fuerunt,
Et peiora prius orta fuere malis.
O dolor ô, voluor nunc huc nunc fluctibus illuc,
Et lacrymæ lacrymas appoſnere nouas.
Nec tamen inuenio finem, requiemque dolori.
Omnibus vmbra locis obuia mœſta venit.
Ecquis erit finis! dubito ſed proximus hic eſt,
Quem poterit ſola ponere Parca manu.
Nirapiant nigras, vmbræ mihi corpus ad vmbras,
Triſtitiæ nullo tempore finis erit.

II.

Ah quænam veniet noſtris meta vltima curis,
Ah lacrymas quænam ſiſtet amica dies!
Viuus ego nil ſum gelidæ niſi mortis imago,
Et veluti corpus quod modo funus erit.
Quocunque aſpicio nihil eſt niſi luctus; & annos
Impediunt lætos hei mihi multa meos.

In pullis si forte aliquis mihi vestibus hospes
Obuius it pallor cuius in ore sedet,
Me mouet, & veteres iterum irritare querelas
Incipit, & luctus ingeminare meos:
Siue aliquis forma egregius florente iuuentâ,
Decidit ex oculis tunc quoque gutta meis.
Semper enim fratris facies occurrit in illo
Oraque quæ frustra chara fuêre mihi.
Dum placide primos vitæ transegimus annos,
Et dedimus studiis tempora nostra bonis:
Corporibus certe semper mens vna duobus,
Et fuit ingenij par similisq; vigor.
Illaque quæ paucos sequitur Concordia fratres,
Semper erat nostro conspicienda choro.
Rara fides, sincerus amor commendat amicos,
Euryalem Nisus, Thesea Pirithous.
Euryalus Nisusque mihi fuit ille, suëtus
Et vitia & mores vsque notare meos.
Si bene quid factum mihi erat laudare solebat,
Sæpe mihi censor sæpe magister erat.
Tristis eram memini Bataua peregrinus in vrbe
Solus & in nullis notus amicitiis.
Pro multis mihi frater eras, absensq; tabellas
Mittere cessabas non tamen vsque nouas.
Confectum curis quæ solarentur & ægro
Eriperent animo tot male grata meo.
Tu portus statioque mihi, fortuna fremebat,
Semper erat vestro dulce latere sinu.
Nunc desiderium supereſt, nunc cura dolorque
Ad tumulum posito me premit hei capite.
Et lacrymis me pene necant, ô quæ vehet illam
Aura diem læto detur vt esse mihi.
Et veteres reuocare iocos, Musasque fugatas
In numerum suetis sollicitare modis.
Sed quid ego demens opto, quid gaudia posco

Quæ

Quæ non vlla mihi fertque feretque dies?
Accipiam pleno fortunæ munera cornu
Meque beet donis diuitiisq; suis:
Imperfecta tamen nisi me complere voluptas,
Non poterit quæstus vel tenuisse meos.
Quid solidi queat esse boni cui fratris ademti
Ad tumulum lacrymas fundere cogit amor?
Totque dies sine luce, & tot sine lumine noctes
In tenebris magnâ viuere tristitia.
Ah fuit ah frater, fuit & mihi vita, fuerunt
Gaudia. nunc animus nunc mea vota cadunt.
Aduenies mors atra suis me comprimat vmbris,
Quod dolor est aliis hoc mihi munus erit.

*In obitum Isabellæ ab Achelen, vx. Corn. de Hertoghe.*

Siccine terrenas oras sic tecta relinquis?
Feminei vere lux Isabella chori.
Cuius in aspectu virtus, pietasque pudorque
Lucebant, animi munera rara boni.
Sic igitur primis moreris miserabilis annis,
Sic rapitur vitæ flosque vigorque tuæ.
Et circumstantes moribunda relinquis amicos
Quorum de lacrymis commaduêre genæ.
Et tuus ah misero plenus pallore maritus,
Hinc erepta sibi gaudia sueta dolet.
Nec te iam posthac thalamo concluſus eodem
Participem humani sperat habere boni.
Stant etiam circumnati, matremque iacentem
Singultu voces impediente vocant.
Primaque progenies tanus (quid tristius illo?)
Soluitur in luctus te moriente nouos.
Quid faceret caris Dominæ priuatus ocellis
In squallore suos ah sinit ire dies.
Nam nisi tu caderes mater, iam iamque parabat
Cum Dominâ optató ponere membra thoro.

Æthereo, & Nato, Spirituique ſonant.
Sed neque iam Patriæ finis liquiſſe, maloſque
Fugiſſe, aut longam pœnitet iſſe viam.
Brabantoſque Lares terris mutaſſe remotis,
Albis vbi Oceano proximus ambit agros.
Totque per amfractus & tædia longa viarum
Fatalem domui conſtituiſſe locum.
Pro meritis capiunt omnes nunc præmia, Chriſtus
Sufficit æternâ gaudia plena manu;
Gaudia terrenas ſubito delentia curas,
Gaudia non vllâ qnæ peritura die.
Sit ſatis in miſera lacrymarum valle, tot ante
In fletu longos imminuiſſe dies.
Nil niſi crudeles infenſi militis enſes
Et ſenſiſſe bonis aſpera fata viris.
Nam quid id eſt ſi forte etiam lux nubila pellit,
Nubibus opprimitur lux tamen illa nouis.
Nec diu ſe oſtendit miſeris Cynoſura, ſed Hœdus
Aſſiduas vrget imbre madente minas
Quodque dedit ſubito tollit Fortuna rapitque,
Inſtabili ſemper quæ ſolet ire gradu.
Eheu quanta ratem tempeſtas preſſit euntem
A patria in terras Saxonis ora tuas.
Illa ſed exortu Solis luciſque fugata eſt,
In mediis venit ſic Cynoſura malis,
Ad patriam quæ duxit humum, certaque locauit
Sede ratem & tantis fluctibus eripuit.
Vlterius non ire cupis, nunc anchora iacta eſt,
Et manet in certa nunc ſtatione ratis.
O te felicem, quod nos ſperare iubemur,
Indultum eſt votis ô Iſabella tuis.

*In Doctoratum Tobiæ Mierbekium.*

Nauta per vndarum manifeſta pericula vectus,
Diſponens dubiam per vada cæca viam,

Si procul aſpiciens modo ſumma cacumina cernit,
Præcipiens animo gaudia læta ſalit,
Et tumidæ pertæſus aquæ, feſſuſque malorum,
Æquoris vndoſo quæ tulit ante freto,
Cum ſimul abruptis incumberet Auſter habenis,
Certarentque minis ventus & vnda ſuis,
Vela legens magnâ tellurem voce ſalutat,
Soluit & æquoreis debita ſacra Deis.
Redditus & tandem patriæ ſua fata recenſet:
Quæ graue erat quondam ferre, tuliſſe iuuat.
Non aliter tibi, noſter amor, doctiſſime Mierbeck,
Incipiunt animi gaudia ſumma tui;
Hoc vno modo nata die, quo numine dextro,
Applaudit cæptis turba Nouena tuis.
Nam tibi fas aliquam nunc eſt ſperare quietem,
Cum natat in tuto veſtra carina lacu,
Hactenus à variis pelagi iactata procellis,
Hactenus inſano ſæpe petita Noto.
Nunc tibi mobilibus Zephyrus Pater annuit alis,
Et comes optatæ non negat ire viæ.
Aura leuis blando Zephyrum comitatur amore,
Præluditque rati concha Erycina tuæ.
Naiades hic circum glomerantur, & omina læta
Auſpiciis iterant voce manuque tuis.
Et ſedet ad proram, quo non prudentior alter
In terris olim Iuſtinianus erat:
Arte ratem regit ille tuam, clauumque gubernat:
Dirigit & dubiæ per vada nauis iter;
Vt neque ventorum rabies, neque turbida Ponti
Ira queat cæptis ſe oppoſuiſſe tuis.
Gaude animæ pars magna meæ, gaude inclyte vatum,
Et Mierbekanæ certa columna domus.
Nunc tibi parta quies, certi cumulantur honores,
Præmia nunc duri magna laboris habes.
O Superi! quantum eſt vigilatas ordine noctes,

Et

Et ſeriem vitæ peruolitare tuæ,
Tædia & innumeros alta ſub nocte labores,
Quos tibi Iuſtitiæ quos tulit artis amor?
Cum puer in patriis non vis torpeſcere tectis,
Nec ſtudium vitæ Mercurialis amas;
Sed Lugdunenſem mature tendis in vrbem,
Et celebras Batauæ clara Lycæa ſcholæ.
Hìc cura Aonidum fuerit tibi quanta Sororum,
Triueris & quanta ſedulitate Sophos,
Vtque ad Ariſtotelis diuinaque ſcripta Platonis
Sederis, & quanta hinc gloria parta tibi,
Scotia teſtatur concedens prima laborum
Præmia, virtuti debita iure tuæ.
Non tamen his animus potuit miteſcere donis,
Aut ſatur ingenij dote placere noua.
Maiores iterum quin ſuſcitat ardor in auſus,
Teutonicoſq; iubet te penetrare ſinus.
Per clypeoſq; enſeſque Hiſpani militis, omnes
Qui Batauis vellent claudere poſſe vias.
Scilicet artis amor tendit per tela, per ignes,
Et ſtudii vincit cuncta calore ſui.
Argolici proceres, Graiûmque animoſa iuuentus,
Per mare quæ ratibus dona tulere ſuis?
Vellera quæ auratis fuerant inſignia villis,
Ad templi haud pridem vellera fixa tholum,
Sed procul à patria vigili ſeruata Draconi,
Phaſidos ad fluctus Colchiacoſque ſinus.
Aſperitaś non vlla viæ, non tanta pericla
Detinuere ſuis fortia corda focis,
Quin tandem vigili multum ſeruata Draconi,
Ad patriam veherent dona petita ſuam.
Tu, cui Phryxæis multo maiora petuntur
Vellera, non iſtis æquiparanda bonis,
Temnis odoratas Maurorum frugibus vrbes,
Et patriæ linquis dulcia rura tuæ.

Æternam cupiens Parnassi è fronte coronam,
Non fugis angustum scandere montis iter,
Quem circumsistunt labor & vigilantia constans,
Et pudor, & vitæ nescia cura malæ.
O multis via plena anfractibus! heu mihi quanta
Hîc opus ingenii vi vigilare fuit!
Ne vel ad illecebras Sirenum corpora flectas;
Aut tua des auidis membra voranda lupis:
Ortaque se tollat nigro ex Aquilone procella,
Quæ simul euertat teque tuamque domum:
Neue nimis facilem Bacchi te munere præstes,
Quo calor extingui vitaque nostra solet,
Quo fugitiuus honor primis flaccescit in annis,
Et subito flos vt solstitialis obit,
Decutiturque decus primæ lanuginis, & mox
Funus in ignota contumulatur humo.
Sunt aliæ pestes, inimicaque turba malorum,
Struxere insidias quæ tibi sæpe suas.
Victa sed hæc cessere. agedum tibi laurea parta est,
Quóque aspirasti dulce cacumen habes.
Non est Scylla vorax, non est metuenda Charybdis,
Quæ triplici mersas gurgite versat aquas.
Gloria sola tua est: tanta euasisse pericla
Ingenii certè est experientis opus.
Magna satis tibi parta quies: tu candide gaude,
Et Seruatori concipe vota Deo.
Auspiciis cuius mare vix enabile tandem
Post tergum lætus esse videre potes.
En circumfusi votis gratantur Amici,
Miranturque nouæ dexteritatis opus,
Et capiti insuetas subitò venisse corollas,
Et nomen summis te posuisse viris.
En ego, si fas est, inter tot nomina Vatum
Pars etiam turbæ parua fauentis ero.
En manibus tibi plaudo meis, tacitasque susurrans

Conci-

Concipio pro te luce Oriente preces.
Succedant mea vota, vigor succrescat in annos,
Et patriæ præstes commoda multa tuæ,
Laudatæ virtutis amans iurisque sacerdos,
Et patribus gratus Principibusque viris.
Fallor, an euenient? nec tu postrema Senatus
Pars eris, & patriæ gemma coruſca tuæ.
Illa dies læto tandem se proferat astro:
Ante meos obitus surgat at illa dies.
O superi! num lux mihi gratior vlla futura est,
Quam quâ pars animæ nostra Senator erit.

---

## ERICII PVTEANI.

*In Iustum Lipsium pietas.*

LÆtam, Musa, Lyram doloris vdo
Conde murmure: Tibiamque prome
Aptam lugubribus Sacris, modisque.
Læsæ nunc Pietas obire mentis
Suadet officium, Fidesque suadet;
Mœstâ Voce, Stiloque. nam luctas
Odit delicias Loquela; amatas
Odit delicias Tabella, & ægris
Vrgetur lachrymis. nec est Tabella
Bella hæc, aut lepida: at Feraliorum
Altrâ imagine vulnus, atque funus
Refert, heu! miserum atque luctuosum.
Iustus Lipsius occidit, virorum
Ille Maximus Optimusque; Musæ,
Et Suadæ, & Sophiæ decus vetustæ;
Ille Moribus inclytus Vetustis:
Orbum lumine qui reliquit orbem,

Orbum numine qui reliquit orbem
Lumen nam fuit ille Litterarum,
Numen & fuit ille Litterarum:
Ipſe, Muſa, Minerua, Suada, Apollo.
Heu! Thaleſque meus, Paterque ſancto
Doctrinæ melioris inſtituto.
Duram heu præcipitis neceſſitatem
Fati! quæ violenter æuiterni
Carpit exuuias viri Deique,
Carpit exuuias mei Thaletis.
Quis deſiderio pudor moduſve
Tam cari capitis, Viri Deique.
Tam cari capitis mei Thaletis?
Largo proluitur dolore pectus,
Largo proluitur dolore cera;
Et ſulcos tremuli ſtili frequentes
Preſſi ſtillæ animi replent, Piumque
Laborem violant. Quid ergo? ceſſo:
Nec totum tabula hauriet dolorem.
Vos mecum querulam mei Sodales
Vocem fundite, quotquot eſtis, omnes:
Iuſtus Lipſius occidit, virorum
Ille Maximus Optimuſque; Muſæ
Et Suadæ, & Sophiæ decus vetuſtæ.

---

## IOANNIS RAMI GOESANI ZELANDI.

*Ad Iac. Latomum, de Pſalmis ab eo verſis.*

HEbræi partim diuina poemata vatis
Feciſti in Latios molliter ire pedes.
Feciſti: pergas ventis dare vela, quouſque

Impleat

Impleat extremam meta suprema manum:
Aut iusto semper colophone poema carebit,
Et qui perficiat cætera nullus erit.
Nec tantum assumet quisquam sibi, vt addere tentet
Carmina carminibus æqua futura tuis.
In quibus & vires atque ornamenta, fidemque,
Et quidquid vates summus haberet, habes.

*Testamentum Nicolai Comitis à Salm.*

Virtutem Natis atque æmula gesta relinquo:
Vxori viduos & sine labe toros.
Terroremque hosti, patriæque ex hoste triumphos,
Et terræ corpus: cætera Numen ero.

*Eiusdem ad Iulium Filium.*

Diuitias alii Gnatis, fragilesque relinquunt,
Sollicitè vulgus quas rudè quærit. opes.
At ego te nostræ potius virtutis, Iule,
Hæredemque mei nominis esse velim.

*Manibus Ioan. Hasselii, Tridenti mortui.*

Si mors, vt fertur, visu foret orba, nec vnquam
Conspiceret sua quam spicula corripiant:
Forsan ab Alpinis non tam citò montibus isset
Hasselii ad Stygias vita trilinguis aquas.
Sed quia nec cœca est, nec luminis orba, videsne
Miserit in quantum tela cruenta caput?
Quippe volens Musis studiisque nocere probatis,
Qua tandem poterat parte nocere magis?

*Mors tamen æqua.*

Horrida terribili Mors demetit omnia falce,
Regalesque nihil sæua moratur opes.
Expendit iusta tamen omnia lance: per ipsam
Præmia tum bene, tum qui male vixit habet.
Hos vocat ad Superos, requies vbi summa laborum:
Ad pœnas illos carnificemque vocat.

# INDEX
# IN POETARVM
## Belgicorum Tomum tertium.


A.

ABrahami Ortelii epitaphium 192 m
Admonitio ad æquum Lectorem 28 f
Adrianus Turnebus 2 m
Ægidius Cardinalis 92 m
Æneæ Mariuordæ epitaphium 608 f
Ænigma in Catharinam quandam 449 p
Ænigma explicatum 435 f
Alberici Mothæi epitaphium 538 m
Albertus Pighius 99 m
Alberti & Isabellæ lætitiæ & auspicii indices 358 f
Albertus Magnus 66 m
Alber. Pius Carpensis 92 m
Albius Tibullus 615 f
Alchimia 307 p
Alexander Achillinus 84 p
Αλληγόρικον in laudem Iusti Lipsii 213 m
Amans ad Cupidinem 621 m
Amans cum amore pugnãs 445 m
Ambros. Monachus 69 m
Amicitia sal vitæ 812 f
Amicitia Pyladis & Orestis 455 f
Amoris descriptio ad Luciam 624 m
Amor magnum fatelitium 814 f
Amor faber 5 f
Amphion fonti impositus 525 m
Anatomia 307 m


Andreas

Andreas Naugerius 90 m
Andreas Maro 88 f
Andreas Matthæus Æquiuiuus 89 p
M. Annæus Lucanus 614 p
Angelus Politianus 77 m
Anſelmi Opitii Adurni obitus 182 f
Antidotum vitæ patientia 812 f.
Antiochus Tibertus 81 f
M. Anton. Turrianus 84 m
Antonius Campanus 72 m
Anton. Panhormita 69 m
Anton. Nebriſſenſis 86 m
Antonius Tebaldeus 95 m
M. Anton. Caſonoua 99 p
Antonii Lotharingiæ Ducis epitaphium 525 m
Anton. Gabatheus 103 m
Anton. Meierii anagr. 560 f
Amius Tileſius 104 m
Ara & votum perennitati in natali I. Douſæ 307 m
Argyropilus 73 f
Arturus Ionſton. 692 m
Aſſimulatio 603 m
Aſtrologia 307 p
Auarus 56 m
Auguſtinus Niphus 94 m
Auguſtin. Iuſtinianus 106 m
Auram Scorpionis infauſtam 398 m
Aurelius Augurelli 87 m

B.

BAldus 68 m
Balthaſ. Caſtellio 90 m
Baptiſta Mantuanus 85 m
Baptiſta Pius 98 m
Bartolus 68 p
Bartol. Cocles 83 p
Baſium. 136 p m f 132 m f 144 m f 141 f 140 m Agathiæ baſium 149 m Ruffini 149 m Philodemi 149 f Incerti 149 f ad Cl. V. Max. Vriendium Senatui Gandauēſi à ſecretis 148 p Meleagri 148 m Agath. Scholaſtici 148 f 141 p f 134 m 131 m f 135 p m f 130 p Leontii 150 p Dionyſii Sophiſtæ 150 m Ruffini 150 m Macedonii Conſulis 150 f Iuliani 150 f 139 m 142 f 147 p f 138 p m f Iuliani 151 p Silentiarii 151 m Platonis 151 m Angeli Politiani 151 f 146 m 143 m p de capta Caleto 176 f ad Mich. Bulteliū V. N. Iprenſium Senatorem primariū ſuper ſyluam baſiorum Latinorū veterem 161 m ad Cl. V. Io. Bapt. Blotagrium ſuper baſia Latinorum huius ſeculi 161 f ex Italico Tor-

Torquati Tassi basium 164 m ad V. N. Ioannem van Haureum Wallæi dominum super basia Gallicorum Poetarum 164 f ad Victorem Giselinum 172 m 163 p m f
Benedictus Iouius 99 f
Bernard. Iustinianus 102 p
Bernardus Bibienna 86 f
Bernardinus Corius 84 m
Bessarion 72 f
Bonus bonis & malis 815 m.

C.

CÆlius Calcagnin. 105 f
Cæl. Rhodingi⁹ 103 m
Calumniator 40 p 41 p f
Calumniator 38 m 43 m f 42 f 35 m
Callimachus 78 m
Calumnia 817 p
Camillus Ghilinus 109 m
Camillus Quernus 91 f
Capricorni aura vtilior 398 m
Carmen 128 p m f 120 m f 121 m f 126 p m f 125 m f 124 f 117 m f 128 f 135 m f 118 m f 123 m f 127 p m 114 m 122 m f 117 f 124 p 132 m f 125 m 123 p m f 126 m f de Francisco I. Rege Rhodanum transeunte 520 f ad Ianum Thierium Hen. Reg. à secretis 521 m ad Mellinū Sangelasium 521 m Hugoni Sabellio Iliada Gallicè scribēti 521 f de fœmina quæ generi amore capta filiam occidit 525 p de suo & amicæ mutuo amore 524 p de Venere Dianam mentita, & Diana à Cupidine vulnerata 524 m de Huberto Goltzio 544 p in Nonnum à Franciſco Nansio emendatum 544 m de Marte & Venere Cupidinis telo vulneratis 518 m ad Georgium Patricium 623 p Petro Ronsardo & Ioan. Bellaio 623 f Carolo Lotharingo Cardinali 514 f ad Claudium Robertum 522 p in numismata antiqua Pisonis 542 f in Antiquitates Laurini ac Goltzii 543 m f
Casp. Contarenus Cardinal. 98 p
Ceruix flectenda, dū nondum induruit ætas 35 p
Christophor⁹ persona Romanus 162 m
Christophorus Langoius 87 m

Chri-

Christus 56 m
Ciconia peregrina siue pietatis liberorum in parẽtes typus 678 m
Claudii Lotharingi Ducis epitaphium 527 m
Claudii Primicerii D. Apri cœnob. epitaph. 532 f
Colloquium Vrbani & Solitarii 667 m
Conotaphiũ Bernardi Buchonis 441 f
Conscientia 812 m
Consiliũ ante rem 625 m
Cõtrariũ de Æmil. 225 m
Conualescentis hymnus in Deum 541 m
Cor in iuuene canũ 814 p
Cosmus Pacius 110 m
Crescentibus annis exemplo domestico nihil magis efficit 33 f
Cymba Amoris 441 m

D.

DAlgothii obitus 3 m
Dantes 67 p
Daphnis in laurum 624 m
Dauid Liquæus 691 f
Dedicatio ad Ordines Flãdriæ 817 m
Denii tumulus 334 f
Demetr. Chalcocondyles 74 p
Descriptio amoris ad Luciam 624 m
Des. Erasmi epitaph. 445 f
Deus in Iudæa notus 184 f
Dialogus 616 f 621 p
Dianæ Baldoriẽ vxoris epitaphium 533 m
Doctoratus Gerardi Buitevvegii 313 f
Dolo carens nauis Anagr. 560 m
Domitius Calderinus 72 p
Donatus Acciaiolus 70 m
L. Ducatii epitaphiũ 222 p

E.

ECloga nautica 610 f
Eduardus puer indignº quem pallida rabes lancinet 9 m
Effigies Lipsii 703 m
Elegia ad Ianum Douzam à Noortvvijck 165 m in Iani Gruteri inscriptiones 189 m Hulsto in potestatem veteris Domini redacta 181 p ad Iustum Lipsium 174 f in lachrymas Fr. Svvertii 190 f debellata Ardea 179 m in Anselmi Opitii Adurni V. N. obitũ 182 f 408 p in manus amicæ 409 p 404 m 405 p 406 m 411 m 402 m 410 p f 407 p Carolo v. ad Belgas reuerso 425 m

Guil. Diemeno Roterodamo 428 p in imaginē Vulcani, ſagittas Amori fabricātis 448 p in Phaetontis caſum 448 m in Icari caſum 448 m de Nic. Buslydio 448 m in Icarū cereum in balneis 448 f in Annam Brugenſem 440 m in buculam Myronis 440 f in eandē è Græco Anacreōtis 440 f Io. Stratio nouo amico 430 p de moro exciſa 419 m ad ciuitatē Brugā in diſceſſu 431 m ad Secundum fratrem, cum is Montiſſonii eſſet reſpōdens Elegiæ eius incipienti: Arragonum mores 426 m de libellis ſuis à plagiario reuindicatis 446 p in expeditionem Principum 81 f

Eliſius Calentius 79 m

Encomium alterum vrbis Ypræ 294 m

Encomium vrbis Ypræ 293 p

Encomium vrbis Gandæ 276 m

Ennius 612 f

Epicedium 210 p

Epicedium 208 p 200 p 204 f

Epigramma ad Carolum Huginum, Longaſt. 1 p ad Andream Hoium in Henrici Stephani Anacreontem 4 m in Fabri Tetraſticha à Florente verſa 4 m in raptum Orithyę Barthol. Tagantii 4 f ad Fredericum Morellum Profeſſorem 5 p in Menchenem Medicū 5 m in mordacem quendam 5 m in parētum indulgentiam 29 f in Regis & Reginæ Symbola Philippi 28 p ad Philippum Regem 28 m in Fr. Gryphium tumulus 3 m in Dalgothii obitum 3 m in Ioachimum Ballaium Poetam clariſſimum 3 f in Adrianum Turnebum 2 m in Iacobum Pamelum Epiſcopum deſignatum 2 f in nuptias Philippi & Marię Hiſpaniæ Angliæ 7 p Typis vitæ humanæ ex tabula Cebetis 44 m in Abrah. Ortelii theatrum Orbis 37 m de potatorib. duobus blaſphemis vera narratio 49 p in Odas Salm. Macrini 57 f de Scipione, ex Val. Max. l. 3. 60 p

de Catone ex eodem 60 m de Prætore contra se ferente sententiam 60 f Angl° 42 m Gallus Frãcus 35 f de Diogene contra populum nitente 62 p in Elegia Ionii ad Roberti à Bernemicourt pios manes 62 f in Europam seditionibus agitatam 34 m de furibus & legib. 59 m ad P. Iouium iuniorem 66 m in obitũ Io. Fleming. cuius scitũ erat. Mors & amor 105 m ad N. V. Ansel. Opitium Adurnum 128 p de basiis 129 p ad Venerem 129 m ad amicũ, excusatio cur de amore potissimum dicatur 152 m ad I. Lipsium 168 m ad Victor. Giselinum 224 p ad Ponticum 224 m in Miluium 224 m ad Salvagum 224 m ad Papilum 224 f ad Ia. Douzam 216 m ad Godefr. Haestium 216 f de Venere & Rosis 217 p ad Furium 217 m in Viperam 217 f de filio ani Douzæ 221 p ad Faculam 221 m in Stellionem 221 m ad Ædilũ 221 f ad Linũ 220 m. in Ollũ 220 m in Quintũ 220 f ad Hyellam 220 f ad amicum 222 fin Hyarenam 219 p ad Ian. Douzam 219 m ad Afrum 219 m in Antonium 219 f de Macrino 225 in Antiquarium 225 p ad Attalum 225 m ad tumulum Fr. Petrarchæ 225 m de Philandro 225 m cõtrarium de Æmilio 225 f in quendam 225 f ad Florum 218 p de Basso 218 p ad Iacobum Hæstium 218 m in militiam tẽporis nostri 218 m de Ioue & amore 218 f in Viperam 218 f in laudem Ioa. Secundi 220 p Manibus I. Secundi 225 f de vrbe recepta 233 m ad Ioan. Stadium 228 m de Christoph. Plantino 228 p in Maxim. Vrintii 228 m ad Ioan. Bochium 229 m ad Lectorem 229 fin Lucii Fruteri mortẽ 217 m ad Auger. Gislen. Busbequium 217 f de victoria Ostẽdana 230 f ad I. Douzam de basiis 226 m in thesaurũ Geographicum Abr. Ortelii 226 m Manib. Car. Langii in Eburonib. mortui Flandria

dria loquitur 226 f de Frederici Spinolæ Triremium præfecti morte 254 m ad Flandriæ Nymphas, ac nemorum ruriſque deos 246 p de victoria Atuatica 247 m de receptis Lochumo & Grollia 257 m ad Senatum Vrilatorum 285 f de Victoria Bergenſi ad Renum 259 f ad Principem Sarauaillæ Spinolam pectoratio 262 p de claſſe ſtatus Eccleſiaſtici 267 f ad Eccleſiaſticos Flandriæ primates 266 f ad Senatum Gaudauēſem 275 m ad Magiſtratum Brugenſem 278 m de origine ſitu & celebritate Brugarum 279 m de pudica fœmina Baſil. 304 m de furno & latrina 296 f in Godofredum Pharmocopolam 297 m ad Senatum Yprenſem 292 m in obitum Iuſti Lipſij 301 f in natali Iani Douzæ 320 f in Epiſtolicas quæſtiones 305 m ad Hautenum 305 p in Gerardi Buitevvegij doctoratum 313 f ad Andreæ Damonij doctora. 308 f ad amicū amantē 308 p ad Lernut. de vrbe Roma 316 m ad Hubertum Goltzium 306 m de Ioanne Secundo 306 f in Frāciſci Modij Poëmata 401 f in Goltzij theſaurum Antiquitatis 401 p in inuidos 408 p in manus Amicæ 409 p Biturigibus alieno nomine ſcripta 404 m D. Philipp II. de felici eius in Germaniam aduentu 386 m ad candidam de malo gypſeo miſſo 402 m in Epiſtolam ſic ſcriptam, vt legi non poſſet niſi madefacta 407 p Carolo V. ad Belgas reverſo. 425 m Guil. Diemeno Roterodamo 428 p è græco Eueni. 441 p Leonidæ 441 p Antipatri Sido. 441 m Marci Argentarij 441 m Demetrij 441 m in picturam Ioannis Schorelli 441 m in Lucretiam Romanam 436 p in imaginem Chriſti crucifixi 436 m ad Calidonium Vicentinum 436 m ad Melitē è græco Rufini 445 p ad puellam è græco Melea-

gri 445 m in Venerillam 445 m in Nycillam è græco Lucilli 444 p ad Puellam è græco Platonis 444 m de amoris perseuerantia ex Petrarcha 444 m in Vulpium 444 m in Nanum è græco Ammiani 437 f in Postumium 435 p in Lycinnam 435 m in Venerem Cnidiam 435 f in Bibliothecam Hariana 438 p in Marc. pigrum è Græco Lucillij 438 m in Imaginem Hercul. à Cupidine deuicti 438 m in Postumum 438 f in Caroli V. Victoriam Afric. 443 p ad Stellam è græco Platonis 443 f in Menestratum è græco Leonidæ 443 f ad Guilielmum Diemenū 434 m ad Bacchum 434 f in Cymatopotum 434 f ad Cādidam 447 m in Andromachen, filium in patris tumulo abscondentem 447 f in puellā lyram pulsantem 442 m in Demphilum è græco 442 m in capellam lupum lactantem è græco 442 f in Laidem anum. 436 m in Veneris ac Palladis statuas, è græco 436 m in Carmen ineptum Bubali Morbilogum 436 f in Catharinam quandam ænigma. 449 p in Bubalum 449 m in Nanum 449 f in furem Iberum 456 p ad Iulianum Aurelium Lessingęum 456 m in Carolum V. Imper. Numerale 456 m ad Ioan. Langium 456 f in dicta Alciati authoris manu excepta 457 m in imaginē Cupidinis circa focum locatam è græco 452 m in picturam Herculis dormientis, à pygmæis oppugnati 452 f in mortem passeris 453 m in doctoratum Ioanni Mylij 476 f Florentio Grebovallo nouo amico 462 m in libellum inepti Poetæ 451 m ad Ioannem Betsium, cum Carmen à se conscriptum ostendisset 451 m in Salmonium Macrinum qui in Carolum Imp. acerbissime & falso scripsit 451 f Ioa. Secundo fratri, de

rii, de crepidis ferreis quib. glacies percurritur 459 m in Postumum 454 f in mortem Vrsini Velii 450 p ad ciuitatẽ Brugam 450 m in Secundi fratris Imaginem à Schorello depictam 450 ad Casparum Schetum 463 m M. Ant. Caimo & Hier. Montio Mediolanensibus 458 m ad Victoriam 455 m in picturam Mutii Scæuolæ 455 m in Imaginem Petri Bloccii Soceri 455 f ad Vilielmum Hanetonium 467 m ad Carolũ Lotharingium Cardin. in obitum Ioannis Secundi fratris 471 m ad Ianum Bellaium Cardinalem 485 f ad Ianum Lotaringium Cardinalem 505 f ad Petrum Castellanũ Sammarit. cœnobiarcham 495 p ad Carolum Lotharingium Cardinal de Samuelitano agello suo 510 f ad Claudium filium infantem 498 f de Panagio Hocedio Leucor. Antistite 506 m de cæde Ioannis Sequanorũ ducis 503 m ad Ianum Guilielm. 545 m Iano Grutero 552 m Gruterus Veneri 552 f Venus Cupidini 555 m ad Ianum Douzam 548 p Iana Smetia ad Ianum Gruterũ 557 p ad Sponsos lectiss. 557 m Epistolæ Heroidum Alcyone Ceyci 561 p Ariadna Theseo. 569 p. Biblis Cauno 573 m ad Ioann. Posthium 559 p ad Venerem 624 p ad Ianum Lernutium in mortem Gemmæ Frisii 609 in mortem Iacobi Rœuardi I.C. 609 m Brugæ Flãdrorum 616 m ad Iuliũ Ep. V Virtzb. Fr. Orientalis ducẽ 617 f ad Conradum Leium 621 m ad Luciã 621 f Verbis recte nuptæ 620 m Cereri Baccho, Pali 625 f de Reusardo 622 m in effigiẽ Berchemii I. C. 622 f ad Luciam 619 p de effigie Luciæ sculptili 619 m Verbis male nuptæ 619 f ad formosam speculũ consulentẽ 623 p in quendã 623 f ad Emss. Neustetterum cog. Sturmerũ 618 p ad Ioachimũ Mathaei 2 num

num. Gallũ 618 m Verbis inuenusti Amantis 618 m in Symbolum Eraſ. Neuttetteri, amar ardua virtus 630 m ad virum illuſtrem Michaëlem Ennium Berencurianum 631 p ad Ianum Douzam Nordouicem 664 m Odas Iac. Montani Spirenſis 665 f ad Iacobum Sanctaragundum 668 f ad Balduinũ ſuum 671 m ad Charroniũ de morte rẽgis 688. m in Soſibianum 688 m in Iſaacum Caſaubonũ 688 m ad Maximilianum à Burgundia 673 m Adriano Matheneſio & Corn Mylio 680. m. Maxim. Berhuneo marchioni Rhodonic 680 f quercus proſtratos, ante Bullionẽ reconciliationem 681 m Duci Bullionæo Reſp. Sedanẽſis 681 f de ſponſo imberbi 685 p D. Tileno 685 m Iſaac. fratri lugenti obitum vxoris 685 f Manibus Hieron. Marchemii 704 p Petronellæ Coſteriæ matri 704 m Nicol. Oudarto Patruo 704 m Ioanni Latomo 704 m Andreæ Papio in Moſa extincto 704 f in leges Scholæ Sedanenſis 689 m in effigiem Querceta. Chymici. 689 f ad D. Villerium 701 p in manes Lipſij ſecundi adfectus 701 m in nuptias Ioann. VVouerii 693 f Ioanni Arnoldo 691 p Albo Iani Rutgerſij 691 m in Chærilum 690 m Hieremiæ Bertaldo patrem lugenti 690 m de Deſid. Eraſmo cœlibe. 690 f in domum Guil. Bardeſii Alcmariẽ 690 f in Lipſii effigiem 703 m de Gerardo Hertenio Eccleſiaſte 686 p de Charronia & Ionſtono amicorum pari 686 m in Pappum 686 m in Budæi ep iſtolas à Bercheto illuſtratas 686 f Albo Ioan. Arnoldi inſcript. 686 f ad Lãberd. Guilielmum paſtorem 678 f de Quirino Blauio Couorde propugnatore 683 m de Effigie Ludouic. Guiliel. Naſſouii 683 m Guil. Cragio ducenti Claudiam Gorinam

nam 683 f m Gualteri albo 687 p Arnoldi Vrisii albo 687 m Nicolao Haristoeckero 687 m D. Brucio cũ ei daret Grotii Christum patientem 687 m de Thieriato Poëta 687 f in Epigrammata sacra Augu. Cailleti 687 f Philippo Mornæo 682 m in Philippei Mornæi mortem 682 m Reduci Tileno 682 f Carolo Frederico, Principi Iuliæ 705 p Nicol. Perenoto. Granuellano 705 m Adriano Blienburgio 705 f ad Gerardum Cornelium 713 f Gerardo Hamercurio Episcopo Audomarensi 708 m ad Iacobum Pullanum 717 p ad Ioannem Ogerium 721 m ad Petrum Ernestum Facueum 728 m ad Ioannem Macariũ 729 m ad Gasparum Philippum 715 f ad Ioannem Iacob. Tonialum. 706 p ad Arnoldum Scoytæũ 719 m ad Petrum Ernestum Facuæum 714 m ad Aam Fluuium 622 f ad Ioannem Brantium 731 f ad Alfardum Ogetum fratrem 730 m ad Valerianũ Flossium 737 m in insigne Gregorii XIII. 745 m ad Guilielmum Sirletum Cardinal. 745 m ad Artesiam 740 m ad Fredericum Cerutum 768 m ad Onfredum Iustinianũ 768 f in obitum Principis Cliuiensium 756 m ad Iacobum Muzolum 756 m in Veronam 757 m de nomine Alexandri 739. m ad Antonium Theobaldum 739 m ad Gregorium XIII. Pont. Max. 747 m in Daphnen. 738 m ad Gilbertum Ogerium fratrem 738 m. ad Marcum Anton. Muretum 741 m ad Alphonsum Morandum 758 m ad Petrum Ronsardum 781 m ad Albertum Lauezolam 780 p de Abrahamo Læschero 800 p de Antonio Mela. 800 p de Benedicto duce 800 m de Bonifacio Amerbachio 800 m de Adriano Scorelio 800 m de Antonio Siluio 800 m de Cont. Goclenio 800 f de Conrado Celte 800

f ad Frederic. Thymoleontem 785 m ad Ioan. Liſcam 793 m ad Ioan. Delphin. 788 m ad Auguſtinum Valerium 788 m in Ephemerides Nic. Oudartii 797 m in obitum Iuſti Lipſii 796 p ad M. Anton. Grati. 769 p in nuptias Vincentii Gonzagæ Mantuani & Leonoræ Medicææ 774 m ad Lauram 783 m in Hub. Goltzii Siciliam & magnam Græc. 798 ad Frederic. Cerutum 790 m ad M. ad Anton. Gratianum 790 m ad Vinciguerram 793 m ad Fredericum Cerutum 791 p f ad Adamum Fumanũ 791 m de Cypria. Vommelio 801 p de Eraſmo Læto 801 p de Franciſco Raphaële 801 p de Franciſco Fabro 801 m de Gabr. Humelbergio 801 m de Gemma Friſio 801 m de Georg. Maiore 801 f de Georg. Fabrico 801 f de Leonhardo Badenhornio 804 de Leonhar. Engelhardo 804 m de Math. Colino 804 m de Martino Cuthæo 804 m de Mart. Henrico Sãganenſi 804 m de Nico. Mameran. 804 f de Ortvvino Gratio 804 f de Petro Pagano 805 p de Radeuico Friſingen. 805 p de Sebaſti. Brando 805 m de Sebaſt. Munſtero. 805 m de Steph. Gerar. 805 m de Vito Iacobæo 805 m de nihil noua efficacia 832 m ad ordines Flandriæ dedicat. 817 m in expeditionẽ Princip. 817 f de Ioan. Roth. 803 p de Ioan. Alto 803 p de Iacobo Scheckio 803 m de Ioan. Rinio 803 m de Ioan. Regiomonta. 803 m de Theocrito Ioachi. Camerarii 803 m de Ioanne Poſthio 803 f de Ioan. Stigelio 803 f de Gerar. Nouiomagõ 802 p de Guil. Cantero 802 p de Guili. Neſſerio 802 m de Hartman. Schedelio 802 m de Eobano Heſio 802 m de Henrico Gondano 802 m de Henrico Glareano 802 m de Hiobo Magde. 802 f de Iaco. Strebelio 802 f de Iacobo Cantero Codri-

Codri amiciſſimo 802 f ad Daniel. Toſſa. de Nihil Paſſeratii 831 m ad Ambroſium Spinolam 823 f de mira Nihil metamorphoſi 837 m in Gigantomachiam Eilardi ab Alma 840 p in anatem 840 f in nuptias Ioannis Hertoghii 841 p in obitum fratris Ioannis Putſchii 844 f in obitum Iſabellæ ab Achelen vxoris Corn. de Hertoghe 849 m in Doctoratum Tobiæ Mierbek 851 f in Iuſtum Lipſium pietas 855 m ad Iac. Latomum de pſalm. 856 f

Epinicium ad Ambroſium Spinolam, de reb. ab eo geſtis per annum 249 p adumbratum ex Pſalmo 245 m

Epinicium ad Ambroſium Spinolam 230 p

Epiſtola Angelo Andreæ Reſendio Luſitano 457 f Scylla Minoi 593 m, Procris Cephalo 581 f ad Ianum Guilielm. 600 p ad Comitẽ Car. Egmondanum 601 m ad natalem Eraſ. Neuſtetteri, Sturmeri 601 f ad Eraſ. Neuſtetter. de I. Poſthii poematis 604 f ad Hier. Berchem. I. C. 597 m Myrrha Cinyræ 586 p ad Annam Pallantiam 602 f

Epitaphium Æneæ Mariuordæ 608 f

Epitaphium Rumoldi Stenemolæ 452 m

Epitaphium Dianæ Baldoriæ vxoris 533 m

Epitaphium Franc. Lotharingiæ Ducis 526 m

Epitaphium Claudii Lotharing. Ducis 527 m

Epitaphium Franciſci Clementis 526 p

Epitaph. Claudii Penicerii D. Apri cœnob. 532 f

Epitaphium à ſemetipſo occiſi 443 m

Epitaphium Rainaldi tabellarii Iperenſis 442 m

Epitaphium Deſid. Eraſmi 445 f

Epitaphium Ioan. Secundi fratris 450 m

Epitaphium Danielis van der Baren 367 f

Epitaphium Nic. Euerardi patris 444 f

Epitaphiũ L. Ducatii 222 p

Epitaphium Antonii Ducis Lotharingiæ 525 m

Epita. Abra. Ortelii 192 m
Epitaph. Flaccillæ 220 m
Epitaph. familiæ Svvertianæ 340 f
Epitaphium 368 m
Epitaph. Ioan. Houii 360 f
Epitaph. Iani Douzæ 367 p
Ep. iuuenis formosi 220 m
Epitaph. Faustini 440 p
Epitaphium Galli 440 m
Epitaph. Io Riccii 435 m
Epitaph. Iac. Curtii 217 p
Epit. Hier. Moresinii 418 f
Epit. Alber. Mothæi 538 m
Epitaphium Lipsii 701 m
Epithalamium Vigilii Zuichemii 432 m
Exilium inter malos 815 f
Expende 816 m

F.

FAustini epitaph. 440 p
Felicitas vnica, intus nil strepera 812 m
Felix virtute qui comitatus abit 56 m
Flaccillæ epitaph. 220 m
Flandriæ votum 247 m
Flauius Blondus 70 m
Fortuna fallacior quo blādior 814 f
Fortuna nouerca cui bono 559 m
Francisci Clementis epitaphium 526 p
Franciscus Arsillus 98 f
Francisci Gryphii tumulus 3 m
Franciscus Petrarcha 67 m
Francus Marius Grapaldus 85 m
Frenum in lingua 816 m
Fridericus Palatin. 691 m
Funus Lipsianum 294 p
Furnus & latrina 296 f

G.

GAbriel Attilius 104 f
Gaguinus Gallus 108 p
Galeottus Martius 79 m
Galli epitaphium 440 m
Gandæ vrbis encomium 276 m
Geprgius Valla 101 m
Georg. Sauromanus 105 m
Georg. Trapezuntius 73 m
Georgius Merula 77 m
Gerardi Buitevvegii Doctoratus 313 f
Germanus superior siue Almanus 38 p
German' inferior, Teuto, Belga 38 f
Germanus Brixius 109 p
Gloriæ custodia difficilis 816 f
Gregor. Tiphernates 102 f
Guarinus Veronens. 100 m
Guido Postumus 87 f
Guilelmus Clytius 6 f
Gula quot perimit pernicioſa viros 56 m

Hector

H.

HEctor Boëthus 107 m
Heden siue Paradisus 631 p
Henricus IV. Galliar. Rex 692 f
Henric. Cornelius Agrippa 98 m
Hermolaus Barbarus 76 m
Hercules Stroza 82 m
Hieronymus Donatus 83 f
Hierony. Sauanarola 78 f
Hier. Moresinii epita. 438 f
Hierony. Alexander 97 m
Hyemem studiis esse vtilissimam 397 p
Hymnus conualescētis in Deum 541 m

I.

IAcobi Pamelii Episcopi designati tumulus 2 f
Iacob. Cardinalis Papiensis 71 f
Iacobi Curtii epitaphium 217 p
Iacobus Syncerus Sannazarius 91 m
Iacobus Angelus 107 p
Iacobus Zieglerus 108 m
Iacobus Faber Stapulensis 103 f
Iacobus Bracelius 101 m
Iani Lotharingi Card. epitaphium 530 m
Ianus Parrhasius 105 m
Iani Douzæ epitaph. 367 p
Icari sepulchrum 626 m
Imago Petri Bloccii 455 f
Indomitus despuit obsequium 35 m
Indulgentia parentū 29 m
Ingeniosus & rarus 692 p
Intus formosior 813 m
Inuidiæ cibus optima 815 m
Inuitatio ad Senecā 367 m
Ioannes imonetta 101 f
Ioannes Polletus 560 p
Ioannes Colardus 560 m
Ioannes Rutgersius 692 p
Ioannis Secundi obitus 476 m
Ioannes Schotus 66 f
Ioannis Costeri obitus 61 f
Ioan. Franciscus Picus Mirandula 92 f
Ioannes Boccatius 67 f
Ioan. Houii epitaph. 360 f
Ioann. Reuchlinus 109 m
Io. Regiomontanus 109 f
Ioannes Lascarus 74 f
Ioannes Cotta 83 m
Ioannes Ruellius 95 p
Io. Marius Catanæus 90 f
Ioannes Tortellius 100 m
Ioannes Manardus 91 f
Iouinianus Pontanus 80 m
Iudex, Dei vicarius 559 m
Iusti Lipsii obitus 796 p
Iustitia 57 m

Iustitia gratuita 816 f
Iuuentus 56 m

L.

LAncinus Curtius 85 p
Latrina cõqueritur 295
Laudator 40 f 41 m
Laudator 38 p f 43 m 42 m 35 f
Laurea sacra 337 m
Laurentius Medices 75 f
Laurentius Valla 69 f
Laurent. Laurentian' 81 m
Leo Baptista Albertus 75 m
Leonardus Aretinus 68 m
Leonicus Tomæus 94 p
Linæanus epitaph. 437 p
Lipsianum funus 294 p
Lipsii obitus 695 m
Lipsii effigies 703 m
Lipsii manes 701 m
Lipsii epitaphium 701 m
Longè fugit, qui se fugit 622 m
Ludouicus Viues 110 p
Ludouicus Areostus 92 m
Luna Sole potiens, Anagr. 560 m
Lusus in Europæ nationes 37 f

M.

MArgaridis Egmontæ, Vallismontanæ Comitis epitaphium 531 f
Magnum satellitium amor 814 f
Malo vita semper brevis 559 f
Manes Lipsii 701 m
Mapheus Vegius 100 p
Marcellus Virgilius Florent. 105 p
Marcus Musurus 74 m
Marinus Becichomus 101 m
Marinus Molsa 99 m
Marsilius Ficinus 79 m
Martyrium D. Simpliciani 673 f
Math. Palmerius 106 f
Matthæus Sladæus 692 m
Matrimonium 625 m
Medicina 306 f
Miscellanea. Vertumnus custos ad hospitem 302 m in Ioan. Miræi inaugurationem Episcopalẽ 298 f ad Victorem Giselinum 318 p ad Collegas: de se non vate 318 f ad Pet. Diuæum in laudem Propertii 315 p ad Musas vt abeant è Belgica 319 p in mortem amitæ Mariæ Lipsiæ 319 m ad Ianum Douzam de iuuenum & virginum lusu in glacie 336 p Nic. Micaultio cũ laurea donatur 336 f ad I. Hautenuũ de versione eius Plauti 328 p de frigore

gere inimico Poetis 328 m Fr Martinio mortuo Neapol. 329 m ad I. Douzam 329 m ad Vict. Giselinũ 324 m in Car. Clusii historiã stirpium 332 m ad Clusii nomen lusus 332 f in nuptias I. Bernarti 325 m in pennã Hallis ante B. Virginis aram suspensam 352 m in Io. Heurnii compendiosam artẽ 344 p ad Guil Breugelium 344 f in Gerardi Sandelini promotionẽ 345 m ad Calorem pro I. Douza 340 m de insigni Iac. Monauii, trium Lunarũ 349 p in scitũ: Ipse faciet ad M. Ant. Muretum 349 f in P. Forestii libros contra vanos Vromantas 348 m in Fastos sacros Nic. Oudarti 348 f ad Hier. Columnam 341 p Erycio Puteano 341 m in Phil. Geringi libellũ de aquis Spadanis à Th. Ryetio latinè redditum 841 f in nuptias Victoris Giselini 323 m de S. Eucharistiæ Sacram. 326 m in effigiẽ & scitũ Io. Matalii Metelli 331 in Albo amicorum I. Gruteri 331 m ad Petr. Oranum I. C. 331 f ad Stellam Veneris p horto 332 m ad Grammaticã Ant. Caucii 339 p ad Marc. Velserum 339 m ad laudem Ios. Scaligeri 330 m in fœminam famosam 327 m ad Belgicam Lud. Guicciardini 327 m pro commẽtariis Delrii in Senecam 342 f super inclinatione vrbis Louan. 347 m ad collegas 338 m in tres poetas à I. Douza illustratas 338 f Manibus Aug. Gislenii Busbequii 351 p ad Diuam Hallensem 351 m in Papinium à Ioan. Bernartio emendatum 346 p in Echinum siue Erinaceum Douzæ 343 m Iusti Harduyni albo inscriptum 368 p in aduẽtum Phil. Principis recens in Episcopũ electi 368 f ad Diuam Sichemẽs. 351 m in Mariam Aug. Ferreoli Locrii 360 p in pinum ad Nic. Brandium 360 m in Corn. Kiliani Etymologicon 361 m ad Ioan. Gerulph. 361 f in Gytonem 356 p in panegyres Marianas Delrii 356 f in canes

Lipsio

Lipsio in delitiis 365 p
Francisco Verdugio & vxori Dorotheæ 365 fin
Britan. Richardi Verstegani 364 p ad Guil Richardorum Ioan. Bapt. Baronium Thil. Rubenium 364 m in Delrii disquisitiones magicas. 357 m in tabellam Rudolphi I. Imper. 357 f in Philippi præconiũ 376. m in Sacra carmina Torrentii 366 m in Heuerleam Dûcis Arschotani 355 m in Imagines Vrsini Schvveertio F. illustras 355 f in Aub. Miræi logica Belgica 355 f in præscriptiones Henrici Sedulii 358 m in libros de Virtutib Leonh. Lessij 363 p in Boëtl consolat. Iani Bernartii 363 m ad Antuerpiam & inibi amicos 363 m Ioan. Vergerio Aurano 354 m in Basilij Seleuc. orationes Claudij Dausquii 354 f superss. patrum Syntagmate Petri Pantini 362 m ad Nicolaum Oudartum 362 περὶ ἀπλέρου 350 p ad Archiducẽ Albertum 350 m ad Isabellam 350 f Huberto Goltzio Antiquario 400 p in eiusdem effigiẽ à Moro Sculptam 400 m
Mopsulus 362 m
Mopsus 365 m
Mors tamen æqui 857 f
Multis nimium, nemini satis 813 p
Mundi cultores 56 f

N

Narratio vera de duobus potatorib. 49 p
Natura 307 m
Ne bis puer 816 m
Nec spe nec metu 28 p
Nicolaus Tegrinus 709 m
Nicol. Macchiauellus 93 p
Nicolaus Lonicerus 88 p
Nocere promptum, prodesse abstrusum 813 f
Non extorquebis amari 816 p
Notus in Iudæa deus 184 f
Nuptiæ Martini coleri 550 p

O

Obitus Lipsij ad Dionys. Villerium 699 p
Obitus Iusti Lipsij 796 p
Obitus Ioanni Fichardi 608 m
Obitus Principis Cliuensium 756 m
Obitus Ioan. Costeri 61 f

Obitus

Obitus Dalgothii 3 m
Obitus Lipſii 695 m
Obitus Ioannis Secundi 471 m
Obitus Anſelmi Opitii Adurni 182 f
Oda ad bonã valetudinem 215 m
Ode in parẽtum indulgentiam 29 m
Otium cõmendatur 329 m
Otium fugiendum 671 m

P.

PAndulfus Collenucius 79 f
Parentum indulgẽtia 29 m
Patientia antidotum vitæ 812 f.
Paulus Æmilius 108 f
Pecunia ſolerti ac vigili nubit 57 p
Petrus Leoninus 76 p
Petrus Candidus December 70 m
Petrus Paulus Vergerius 100 f
Petrus Pompanatius 88 m
Petri Bloccii imago 455 f
Petrus Crinitus 83 m
Petrus Alcyonius 104 m
Pet. Martyr Angleria 104 f
Petrus Gratina 89 m
Philippus Decius 93 m
Philip. & Mariæ Hiſpaniæ Angliæ nuptiæ 7 p
Philippus Beroaldus 82 m
Philelphus 70 f
Picus mirandula 78 p
Pietas filiæ erga patrem 455 m
Platina 71 m
Poghius 69 p
Polydorus Virgilius 107 m
Pomponius Lætus 78 m
Pomponius Gauricus 89 f
Potatorum duorum vera narratio 49 p
Principis Cliuenſium obitus 756 m
Prologus laudator 37 f
Pyladis & Oreſtis amicitia 455 f

Q.

QVantum diſcendum, quomodo viuendum 445 p
Qui parcit, angue peius odit liberos 35 p
Quis verè potens 59 f

R.

RAdix virorum 679 m
Rainaldi tabellari Iperenſis 442 m
Raph. Volaterranus 103 p
Robertus Valturius 106 m
Robertus Monchius 56 m
Rumoldi Stènemolæ 452 m
Res herbaria 306 f
Roſſenſis Cardinalis 93 f

Rosa 625 m
Rudolphus Agricola 75 m
Rutilius 97 p

S.

SAbellicus 81 p
Sal vitæ amicitia 812 f
Sapiens longæuus 813 f
Satyra vna 468 m
Satyra 805 f
Scorpionis auram infaustam 398 m
Scopus vitæ Christi 812 p
Segnitia fugienda 57 p
Sepulchrum Icari 626 m
Sextus Propertius 616 m
Simon Ogerius 6 m
C. Silius Italicus 613 f
D. Simpliciani martyrium 673 f
Solerti ac vigili cara pecunia nubit 57 p
Sponsus imberbis 685 p
Strena annuli in forma serpentis ad puellam 436 p
Symbolum Arn. Gronuelti 690 p

T.

TEmperantia Scipionis Africani 455 m
Temperantia 57 m
Temperies grata placet 29 f
Temporis minister 814 m
Temporis caritas 814 m
Terrena qui petit, errat 56 f
Theodorus Gaza 73 m
Thomas Linacrus 85 f
S. Thomas 66 m
Thomas Morus 93 m
Tibicen fortunæ virtus 812 m
Tota pulcra es amica mea 58 p
M. Tullius Cicero 614 m
Tumulus Franciſci Gryphii 3 m
Tumulus Deiuii 334 f

V.

VEnatrix mulier facta 626 p
Ver cunctis putatur esse vtile 397 m
Veritati splendor comes 815 m
Veritas tēporis filia 28 m
Vertunnus custos ad hospitem 302 m
Victoria sui maxima 690 p
Vigilii Zuichemi 432 m
Vini potentia 55 f
Vino miserè natus, Anagr. 560 f
P. Virgilius Maro 613 m
Virtus non sanguis nobilitat 814 m
Virt' fortunæ tibicē 812 m
Virtus pluris quam fama 815 f

Virtutis radices altæ 816 m
Virtus nos ornat 692 m
Virtus 56 p
Vita malo semper breuis 559 f
Vita hominis quid 457 m
Vita, mare 560 m
Vitiorum radix 679 m
Viuendo morimur 560 p
Viue vt viuas 814 m
Vmbra Theod. Pulmanni loquitur 610 m
Votum Flandriæ 247 m

FINIS.